EUGRAPHII COMMENTARIUS IN FABULAS PUBLII TERENTII.

IN ANDRIAM.

CUM omnes Poëtae virtutem oratoriam ſemper verſibus exequantur, tum magis duo viri apud Latinos, Virgilius & Terentius. Ex quibus, ut ſuſpicio noſtra eſt, magis Terentii virtus ad rationem Rhetoricae artis accedit: cujus potentiam per ſingulas Comoedias, ut poſſumus, explicabimus. Ac prima nobis ea ſit, quae & pueris ſemper eſt tradita. ANDRIA igitur Prologum habet.

1. POETA CUM PRIMUM ANIMUM AD SCRIBENDUM APPULIT.] Omnis Prologus triplici inducitur cauſſa, vel ut argumentum Fabulae poſſit exhibere, vel Poëtam populo commendare, vel ut a populo audientiam poſtulet. Sed his omnibus cauſis Terentius non ita uſus eſt. Habuit enim adverſarium, veterem Poëtam, Luſcium Lavinium, cujus Comoediae cum non placerent, ſemper maledictis adverſus Comoedias Terentii pugnabat. Propter hunc igitur Terentius Prologum ſemper inducit, ut ejus maledictis reſpondeat. Quod ſi ita eſt, omnis Prologus Terentii habet controverſiam. ANDRIA igitur controverſiam tenet. Mos eſt uti ex Graeco in Latinum ſermonem aliquid transferri liceat. Terentius Comoediam Graecam ANDRIAM cum transferret, adjunxit & PERINTHIAM, quae altera Graeca eſt Comoedia. Fit ergo reus, quia non debuerat alteram Comoediam contingere, in Comoediae alterius translatione. Iſthaec controverſiae qualitas, An juſte fecerit. cujus argumenta ſic perſequitur, ut per abſolutam qualitatem habitus ſemper ſit in diſputatione tractatus. Is omnino, ut dixi, duplex eſt. Si feci, juſte feci: & feci, quia licuit per exemplum. Sed prius exordium ſumitur, quod propoſitum ita eſt, ut Poëtam populo commendet, aliter enim benevolentiam auditorum non poteſt comparare, niſi perſonae ſuae pudorem honeſtatemque declaret. Eſt igitur ad comparandam benivolentiam ſumtum principium. POETA CUM PRIMUM ANIMUM.] Benivolentia Rhetorica certe captatur ex noſtra perſona. Hoc ſupra poſitis verbis expoſitum eſt, cum docuit ſibi pudorem propoſitum, & certam gloriam captaturum. Unde a perſona adverſarii, cum ejus impudentia declaratur, hoc ſubjunxit: *Verum multo aliter evenire intelligit. Nam in Prologis ſcribundis operam abutitur: Non qui argumentum narret, ſed qui malevoli Veteris Poëtae maledictis reſpondeat.* Huc uſque principium eſt habitum a noſtra perſona, & ab adverſariorum.

Digitized by Google

rum. ſequitur propoſitio quaeſtionis: ſed primo permiſſio.

POETA CUM PRIMUM ANIMUM.] Senſus hic eſt: Cum primo Poëta Comoediam ſcribere voluit, hoc tantummodo arbitratus eſt negotii ſibi dari, ut placerent populo Comoediae, quas feciſſet. Ergo quod ſequitur, *Verum aliter evenire multo*, ille ſenſus eſt, ut hoc ſolum ſibi crederet propoſitum, ut Comoediae ſuae placerent. Et illud, ut adverſario debeat reſpondere. Ergo *In Prologis ſcribundis operam abutitur*, hoc eſt valde utitur opera Prologorum. *Non ut argumentum narret*, quod Prologorum eſt ſemper officium: ſed ut ſemper malivoli Poëtae maledictis reſpondeat. Adjecit *veteris Poëtae*, quo facilius hominem, ex vetuſtate notare poſſet, qui cum vetuſtate commendatus non ſit, & notus per maledicta, invidere videatur.

8. NUNC, QUAM REM VITIO DANT.] Haec dicit quaeſtionem praemittens. proponit autem ita, ut cum argumento quaeſtionem ſolvat. Quaeſtionem proponere videtur, *Menander fecit Andriam, & Perinthiam: Qui utramvis &c.* Quaeſtionem illam ſupra diximus eſſe, quia non debuerit ex duabus Comoediis Graecis, unam Latinam ſcribere. Et huic reſpondit ita, quod liceat: ac primum unam dicit, quamvis duae ſint, quae inter ſe quoque quadam cognatione conveniant. Hoc enim dicit: *Menander fecit Andriam, & Perinthiam: Qui utramvis recte norit, ambas noverit: Non ita diſſimili ſunt argumento, ſed tamen Diſſimili oratione ſunt factae, ac ſtilo.* Licet duae ſunt numero, in unam tamen rationem conveniunt. Quod ita eſt: Quae ex Perinthia in Andriam convenerunt, ad Andriam jure tranſlata ſunt, unde non videtur aliter feciſſe, quam liceat. nam cum liceat ex una Comoedia Graeca unam Latinam ſcribere, hic quodammodo ex *Andria* Graeca *Andriam* fecit Latinam. Et quidem ex *Perinthia* tulit, quae in *Andriam* convenirent. Igitur adverſarii id vituperare audent? Adjicit argumentum abſolutae qualitatis, uti ſupra diximus, quia quae fecit, per exemplum fecit. *Qui cum hunc accuſant, Naevium, Plautum &c.* Et quoniam ſemper exemplis laborandum eſt, nec tamen ſumamus, quae aliquando reprehenſa ſunt, adjecit: *Quorum exoptat aemulari negligentiam Potius, quam iſtorum obſcuram diligentiam.* Subjungit poſtea Epilogorum virtutem, ut liberatus a culpa terrere incipiat adverſarios: & honeſte oſtendit, adverſarios multa peccare, ſed illa ſe nolle maledicere. Concludit a precibus, ut benevolentiam ab audientia populi petat, *Faveta*, ſimul pollicens quaſi quoddam praemium de Comoediis futuris, ſi fuerit libenter auditus. Hactenus controverſia tractata eſt. QUAM REM VITIO DANT.] Hoc eſt, quam rem culpent, & accuſent.

1. NON ITA DISSIMILI SUNT.] Vult *diſſimile* eſſe argumentum duarum Comoediarum, non tamen plurimum diſſimile. Et ne Menandrum accuſare videatur, qui pene ex uno argumento duas Comoedias fecerit: adjunxit, quod ad ejus laudem maxime pertinebat, *Diſſimili oratione, ac ſtilo.*

13. QUAE CONVENERE IN ANDRIAM.] Multa enim conveniunt. Haec igitur Terentius in *Andriam* tranſtulit.

17. FACIUNT, NAE INTELLIGENDO.] Hoc eſt, quaſi plurimum intelligendo.

26. QUAS FACIAT DE INTEGRO.] Hoc eſt, de integro, cum unam Graecam in unam Latinam tranſtulerit. Non enim tranſtulit quaſi duas. Atque ex hoc videtur illud Terentius declaraſſe, quod fecerit, jure feciſſe, & per exempla, Verumtamen jam non eſſe facturum, ut de duabus Comoediis unam Comoediam faciat.

27. SPECTANDAS.] Hoc eſt, probandae. EXIGENDAE.] Foras mittendae.

ACT. I. SCENA I.

PRIMA Scena hujus Comoediae cauſam continet quaſi Deliberativam, ubi certum conſilium exploratumque mandat ſervo dominus. Ne tamen hoc injuſtum conſilium ſit, quod ex deliberatione videtur inventum, ex narrationis partibus colligitur, quod juſtum. Habet quidem finem haec Scena, imperium atque mandatum, quod ſervo detur. Sed ne imperii atque mandati injuſtitia ſit, cauſae eſt conſilium ſumptum; ubi ſimiliter qualitas eſt, An injuſtum conſilium ſit. Sed jam ut ad ſpeciem veniamus, mandat ſervo dominus, bene ut adſimilet nuptias. Conſilium autem id eſt, *Et nunc id operam da, ut per falſas nuptias Vera objurgandi cauſa ſit, ſi deneget.* Conſilii ratio quaerenda eſt, quae ſupponitur ſic: Filium credo amare meretricem. Haec ratio per conjecturam tractatur, An filius amet meretricem. Omnis igitur Scena in hoc conſumitur, ut argumentis conjecturalibus colligatur filium amare. Quare conjectura conſilium ſuum probat, ut filium debeat objurgare, ſi amat. Quo conſilio probat & juſtum declarat imperium, quo eſt ſervo imperaturus, ut bene aſſimulet nuptias. Haec per ſingulorum capita verſuum plenius aperientur. Primum ne quid turpe dominus adverſus filium ſervo mandare videatur.

Siqui-

Siquidem ille filius, hic ſervus eſt. Non illa vulgaris abjecta perſona ſervi eſt, neque in conditione vivit, neque in turpi officio ſervitutis, ſed cujus animus & integritas fuerit per officia completa liberalis. Hoc igitur tangit Simo, cum laudat ſervum Soſiam: & dicit opus eſſe non arte, ſed his potius rebus, quas in eo ſemper agnovit, *fide & taciturnitate.* Nam fides eſt, ut compleat quae mandat. Taciturnitas autem neceſſaria videtur, ut caveat. Sed parva laus data ſervo videtur, quem coëgit dominus impoſita mandata ſervare. Sed quoniam apud ſervum bonum dumtaxat potuit eſſe conſideratio, quod dominus major ſibi, neſcio quid, adverſus minorem dominum imperaverat. Cujus ſi non eſſet, imperium adoleſcentis aetatemque timere deberet, quia illi poſt ſenis mortem erat dominus futurus. Idcirco laborat ſenex. Primo in animum ſuum ſervi animos inclinare dicit. Ergo ex illo tempore, quo emtus ſervus ſit, ſe juſta & clementia ſine duris laboribus imperaſſe.

8. Ego enim POSTQUAM TE EMI A PARVOLO, inquit.] Vere enim praeſtat, quia ei praeſtat qui meretur. Nam circa juvenem inofficioſum imperare fortaſſe imperantis eſt metus. Et cum dixit *a parvulo*, utique beneficiorum ſuorum longum tempus oſtendit; deditque ei continuationem praeſtandi. Hinc illud in Jugurthino: [cap. 10.] *Parvum ego te Jugurtha, amiſſo patre, ſine ſpe, ſine opibus in meum regnum excepi.* Adjecit autem ad cumulum beneficiorum, non quod tantum bene ſervierit, cum ei dominus clementiora quae fuerant, imperaret: ſed quia ex ſervo fecerit liberum.

10. FECI, E SERVO UT ESSES LIBERTUS MIHI.] Summum etenim pretium ſervientibus videtur eſſe libertas. Et quoniam omnis libertus patrono debet ſervitutem, ideo adjecit, *Mihi* non Pamphilo, hoc eſt, non filio. Ut ille non crederet, licet libertum, ſe debere filio ſervitutem.

QUOD SERVIEBAS LIBERALITER.] Pulchre hoc videtur adjunctum, ut non propter alias cauſas dominus dediſſe videatur. Sed quia hanc ſemper habuerit in ſervitutis conditione voluntatem, liberaliter omnia, quae juſſa fuerant, implere.

12. SUMMUM PRETIUM PERSOLVI TIBI.] *Summum pretium* dixit libertatem. Et ita debitorem jam ſervum ad domini officia fecit, ſicut in ſervo dominus quod habebat, exolvit.

13. IN MEMORIA HABEO.] Recte ſervatum a ſervo, ut in memoria habere diceret; neque enim domino referre gratias poteſt, niſi ſola officiorum reſtitutio in memoria perſeveraret. HAUD MUTO.] Mihi videtur juris rationem reſpicere. Ingratus enim libertus a patrono revocari in ſervitutem poteſt. GAUDEO. SI TIBI QUID FECI.] Vehementer ſervus ſe gaudere dicit, ſi ex factis ſuis domini reddiderit voluntatem. Et ſimul duo tempora conjunxit, ut non ſolum feciſſe, ſed & facturum eſſe declararet.

15. ADVERSUM TE.] *Apud te* intelligendum. Quidam enim, quoniam ſupra dixerat, *Quod ſerviebas liberaliter*, hoc intelligunt, ut libere quoque diceret quae ſentiebat. Has propterea voces ex libertate prolatas, in convicium aut injuriam ſecundum rationem veritatis proferret. Quod ſi ita eſt, dicta ſunt a ſervo contra dominum: idcirco intelligunt, *adverſum te*, contra te. Sed melior eſt interpretatio ſuperior. Eſt vero huc uſque figura συναθροισμὸς, quod eſt congregatio criminum vel beneficiorum ad commovendos animos.

17. QUASI EXPROBRATIO EST.] Beneficiorum commemoratio cum oſtenditur, ingrati exprobratio dicitur.

19. PRIMUM IN HAC RE PRAEDICO.] Antequam narrationem incipiat ponere, ſummam primo proponit, quae talis eſt: *Quas credis eſſe has, non ſunt verae nuptiae.* Partitur hic ſenex, eaque partitio triplex eſt. *Eo pacto & gnati vitam, & conſilium meum Cognoſces: & quid facere in hac te re velim.* Ergo ſecundum ſupra diviſionem poſitam gnati vita cum exponitur, conjecturalia continet argumenta. Conſilium cum exponitur, per qualitatem dicitur. *Quid facere in hac te re velim.* Similiter qualitatis ratione conſiſtat. Utraque autem qualitas negotialis eſt. Incipit primo nati vitam.

24. NAM IS POSTQUAM EXCESSIT EX EPHEBIS.] *Exceſſit ex ephebis.* Tempus puerilis aetatis exceſſit. Hic argumenta conjecturalia diligenter debemus advertere, quod Pamphilus videtur amare meretricem. Argumentorum loci traduntur alii eſſe artificiales, alii inartificiales. Et inartificiales quidem ex auctoritate ſumuntur, vel opinione. Artificiales vero aut a perſonis, aut a negotiis. Cum autem omne argumentum rei dubiae faciat fidem, his vel noſtram, vel adverſariorum cauſam confirmamus, vel infirmamus. Quorum loci ſumuntur ante rem quidem unde agitur, a perſona, a cauſa, a tempore, a loco, a materia, a modo, a ratione. In re unde agitur, a toto, a parte, a ſpecie, a differentia, a proprio, a diffinitione, a nomine. Circa rem unde agitur, a ſimili, a diſſimili, a pari, a contrario, a majore, a minore, a praecedente, ab eo quod

eſt ſimul, a conſequente. Poſt rem vero, ab eventu, a judicatis. Qui loci ideo communes dicuntur, quia in omni genere cauſarum ex his argumenta duci poſſunt. Nam a perſonis conſideratur patria, nomen, genus, corporis habitudo, mores, vita, amicitia, aetas, inceſſus, vultus. Vel aliter a perſona nomen, natura, victus, fortuna, habitus, affectio, ſtudia, conſilia, facta, caſus & orationes.

28. Plerique omnes.] Apud antiquos iſta dictio ponebatur, ut *omnes* ſupervacuum fieret, & ſuperior tantum ſermo propriam ſignificationem contineret.

30. Ad Philosophos.] Ad ſapientiam atque doctrinam.

31. Nihil egregie praeter caetera.] Hoc eſt, omnia aequaliter. nihil amplius ante omnia.

33. Non injuria.] Non ſine cauſa, id eſt, juſte. Jus enim contrariam habet injuriam.

34. Ut ne quid nimis.] Quidam arguunt Terentium, quod iſtam ſententiam dixerit ſervus, quam Sapientum ſummus ex ſeptem protuliſſe dicitur. Quae quidem res non digna reprehenſione. Nam primo omnium, in hominibus natura, id eſt ſenſus, aequalis eſt. Ita concipere & ſervus poteſt cum virtutibus ingenium: quod omnibus ſit aequale naturaliter attributum. Deinde fieri poteſt, ut iſta ſententia jam a Sapiente dicta percrebuerit, & omnium in ore verſaretur. Non enim Terentius vel quilibet alius hanc comprehendit. unde & ſervus, non tamen ut callidus, auditam rem potuit in ſermonibus collocare.

35. Sic vita erat: facile omnes.] Honeſte pater narraturus vitam filii ſui ſuſpectam, docet praeterito tempore integritate vivendi obſcuram tenuiſſe in ſuis moribus diſciplinam. Ex quo oſtendit ſibi curam ſemper fuiſſe, ut filii vitam cognoſceret.

40. Hoc tempore obsequium.] Et ex hac ſententia intelligi datur, ſervum bonum eſſe atque ſapientem. Ita & in ſuperioribus & Sapientis eſt conceſſa ſententia. *Hoc tempore* autem quod dixit, mihi videtur ad omnia tempora ſpectandum. Numquam enim non valet iſta ſententia.

42. Interea mulier quaedam.] Et haec interpoſita narratio demonſtrandae perſonae cauſa dicitur, quae ab Oratoribus *digreſſio* nominatur: quoties a narrationis tenore in alia, narrandi neceſſitate, dilabimur.

44. Inopia, et cognatorum negligentia.] Quorum debuerat ope auxilioque fulciri.

45. Egregia forma, atque aetate.] Duo quae neceſſaria ad voluptatem fuerant, complexus eſt: ut & vultus & aetas placere potuiſſet.

46. Et vereor, ne quid Andria.] Cautus ſervus cum adoleſcentem ſciret, timuit mulierem, & vultu & aetate laudabilem.

50. Unus, et item alter.] Hic arguto intellectu tres accipiuntur. Nam *unus* utique numerum ſuum oſtendit: *alter* vero de duobus poſt unum alter eſt. Ita ſi alter eſt, duo ſignificat, & *unus* praeceſſit. Quo interventu ſolvitur, quod poſtea dictum eſt: *Nam hi tres tum ſimul amabant.* Hoc & intelligi in Virgilio volunt: [Ecl. VIII. 39.]

Alter ab undecimo tum me jam ceperat annus.

Undecim enim numerum ſuum habent. *Alter* vero, ut diximus, de duobus, hoc eſt, de duodecimo & tertiodecimo. Ut iſta copulatio, *Alter ab undecimo*, tertium decimum annum ſignificet, qui vicinus eſt pubertati, quo veriſimile fieret, illum Veneri potuiſſe ſervire.

52. Accepit conditionem.] Probavit ſcilicet quod offerebatur ab his. Deinde quaestum occepit.] Deinde meretrix eſſe coepit. Cauta narratio. Docet ſe in omnibus filii factis ſemper adhibuiſſe curam & metum quam plurimum, ne in malos mores contubernio duceretur. Sumſiſſe & officium pene ſervorum, ut interrogaret ſervos contubernalium, & diu quaereret de filii moribus: nec prius requieſceret, quam diſciplinam integram reperiret. Quibus jam rebus fidem facit ad futuram quaeſtionem. Ut veriſimile videatur eſſe, quod motus eſt in filium juſte, qui ſemper de moribus inquiſitionem habuerit: nec aliquando integra omnia reperiri potuerit iratus, eo quod Pamphilus amaret. Pulchre poſt interrogationem, nihil aliud a ſervis videtur eſſe reſponſum, niſi de aliis amatoribus. Ne tamen ſervorum reſpondentium calliditas Pamphilum celare videretur, & ipſe interrogabat, uti prudens ſervus interrogatus de Pamphili nomine, facile actus ejus poſſit exponere. Quamquam jam ſignum fuerat caſtitatis, inter amatores † non fuiſſe coenatum.

62. Item alio die quaerebam.] Et hic perſeverat ſimiliter ſenis diligentia, ne unius diei judicium circa diſciplinam verum eſſe non poſſit.

66. Nam qui cum ingeniis conflictatur ejusmodi.] Confirmat per ſententiam vitam filii, & integram diſciplinam. Negat eſſe melius eo ingenio, quod cum inter vitia verſatur, ſuam teneat firmitatem.

69. Cum id mihi placebat.] Probat filii vitam non judicio ſuo tantum, ne videatur hoc feciſſe amore: ſed & teſtimonio civium caeterorum. Quae quidem res ad futuram quaeſtionem argumenta ſuggerit maxima. Nam ſimiliter ejus filius judicio

patris,

† *Nu.* Forte legendum, *tantum*

Digitized by Google

patria, & teſtimonio civium comprobatus eſt, quod nondum amare coeperit.

70. LAUDARE FORTUNAS MEAS.] Ubique fortunae attribuit, quod boni filii ſunt. Ut & Salluſtius, [Catil. 25.] *Praeterea viro atque liberis ſatis fortunata.*

72. QUID VERBIS OPUS.] De moribus filii ſui cum pronuntiatum civibus diceret, magnum teſtimonium & Chremetis ponit, quod *ultro venit*, quod *unicam gnatam*, quod *cum dote ſumma* filio promiſit uxorem. Sequens enim videbatur, ut cum & ipſe probatum filium ſciret, optimam conditionem matrimonii non repudiaret. Ergo eum dicit, *placuit*, Chremeti conditionem optimam declarabat.

79. BEASTI.] Beatum feciſti.

82. NONNUMQUAM CONLACRUMABAT.] Has lacrymas ſundebat Pamphilus propter eam familiaritatem, quam habebat ex conjunctione ejus mulieris, quae Chryſidi chariſſima fuerat. Sed quoniam Chryſis mortua, ſalva autem illa quam diligebat, ideo *nonnumquam conlacrumabat*, id eſt, cum aliorum lacrumis ſuas quoque miſcebat.

84. HUJUS MORTEM TAM FERT FAMILIARITER.] Hoc eſt, ſic dolet ut familiaris.

86. HAEC EGO PUTABAM ESSE OMNIA HUMANI INGENII.] Cum nondum argumentum aliquod officium malae oſtenderat diſciplinae, tamen dolor jam ſutura prorupit, cum eſſet admonitus falſa fuiſſe, quae ante credebat pietatis indicia.

88. EGOMET QUOQUE EJUS CAUSA.] Ut quoniam filium perſpexeram praebere ei lacrymas, quam non diligebat, ego quoque officium obſequiumque praeſtarem. [IN FUNUS PRODEO.] Hoc eſt, in obſequium funeris.

89. NIHIL SUSPICANS ETIAM MALI.] Hic auditorem *mali* interpoſitione ſuſpendit, qui mitiori narratione tenebatur.

91. ADSPICIO ADULESCENTULAM, FORMA.] Et hic ſimiliter duo tetigit, aetatem, quod *adoleſcentulam* dicit: & vultum, quod *formam* poſuit.

92. ET VOLTU, SOSIA.] Quaſi tertium, videtur adjeciſſe *voltum*. Namque *forma* naturalis facies: *Vultus* vero animi motus, faciei ad tempus aptatus.

98. PERCUSSIT ILLICO ANIMUM.] Cum formam vidiſſem. Cum lacrymas perſpexiſſem, cum Chryſidis ſororem hanc cognoviſſem, ſum neſcio quid, inquit, continuo ſuſpicatus. Hoc ILLUD EST! HINC ILLAE LACRYMAE!] Hinc illa ſunt argumenta conjecturalia, quae ſupra diximus; veriſimile eſſe filium amare meretricem, quod tam familiariter ad Chryſidem ſe adplicarat, quod ejus tam familiariter fleret interitum. Hoc eſt enim quod dixit, *Hinc illae lacrymae.* Sed quoniam adhuc parva ſuſpicio eſt, adjecit argumenta.

102. INTEREA HAEC SOROR, QUAM DIXI.] Nullum majus poteſt argumentum reperiri quam quod ſubjungit, Pamphilum neceſſitate compulſum, amoris ſui flammam non potuiſſe celare, quoniam in materia conjecturae, accuſantis haec argumenta ſunt ſemper, a voluntatè, a ſummo ad imum. His enim tribus partibus nititur accuſator. Hic autem voluntatis eſt quaeſtio. Ergo probationes a ſummo ad imum ſuſcipientur, quae continent dicta & facta; & quod a doctoribus adjungitur, pathos. Namque pathos eſt ſupra, quod *flevit*. Facta ſunt iſta quae ſubjunguntur, quod *accurrit*; quod *mediam mulierem complectitur*. Deinde dicta ſunt, quod dixit.

107. MEA GLYCERIUM, INQUIT, QUID AGIS? CUR TE IS PERDITUM?] Ita omnia orator conjecturalia argumenta complexus eſt. Quamquam accedit & illa pars, quod ipſa Glycerium. *Rejecit ſe in eum, flens quam familiariter.* Saepe etenim non ſolum noſtris, ſed noſtrorum factis poſſumus accuſari. ut cum de Verris animo quaereretur, An Ciceronem nollet eſſe accuſatorem, quod Hortenſius tantum laborabat, ut Ciceroni non daretur. Accuſat quoque palam ſic, Verris hanc eſſe voluntatem, ne Cicero accuſator exiſteret. Verum haec de argumentis. Omnis autem conjectura proprium hoc habet. Nam argumenta cum caeteris videntur eſſe communia; haec & praeter argumenta habet a teſtibus probationem, haec etiam hic ſunt, quippe cum dicat, *Venit ad me Chremes poſtridie, clamitans indignum facinus! comperiſſe.* Utique *comperiſſe*: etiam ab aliis iſta res dicta eſt, ut ipſe hoc compererit. Ut teſtimonium quaſi quaedam ſit multitudo.

110. REDEO INDE IRATUS, ATQUE AEGRE FERENS.] Bene indignationem totam argumentis excitatam ſibi eſſe commemorat. Verumtamen dicit, ſe equidem crediciſſe, ſed filium accuſare non potuiſſe. Propterea derivatio cauſſae eſſe potuit. Namque duae partes ſunt, quae reum ſunt ſolitae defendere. Derivatio cauſſae, quae Graece *μετάθεσις αἰτίας* dicitur. quam rem tractat ſenex cum dicit ex perſona filii, *Quid feci? quid commerui, aut peccavi, pater? quae ſeſe in ignem projicere voluit, prohibui; ſervavi.*

114. HONESTA ORATIO EST. NAM SI ILLUM OBJURGES, VITAE QUI AUXILIUM TULIT.] Purgationem filii ſui & ipſe confirmat per ſententiam, ut iſte videatur nunc iraſci, qui aliquando alias admiſerit cauſas. Et eſt lo-

Digitized by Google

cus argumenti, qui dicitur a contrariis.

117. VENIT CHREMES POSTRIDIE.] Qui hoc facilius probatum omnibus doceat, continuo & Chremes venit: adjecit & CLAMITANS, ut indignatione oſtenderetur verum eſſe compertum.

118. INDIGNUM FACINUS! COMPERISSE SE.] Pulchre ex perſona ſoceri *indignum facinus* dictum eſt, ut & ipſe doleat Pamphilum eſſe corruptum, quippe cum ipſe venerit prior, ut filiam polliceretur.

119. PRO UXORE HABERE HANC PEREGRINAM.] Magna juſtitia ſoceri: ſiquidem non Pamphilum dolet amare alteram, ſed dolet *pro uxore habere hanc peregrinam*. Conſiderat enim perſonam ſoceri, merito uxorem dolet alteram.

EGO ILLUD SEDULO NEGARE FACTUM.] Ne leniter crediſſe videatur, & negaſſe dixit.

120. ILLE INSTAT FACTUM.] Ita comprobata res eſt, perſeverante ſoceri teſtimonio.

DENIQUE ITA TUM DISCEDO AB ILLO.] Jam apud ſocerum probatam rem dixit, quod filius amet. Siquidem ipſe qui promiſerat, hoc cognito, ſocer filiam negavit.

122. NON TU IBI GNATUM?] Deeſt, *arguere aut accuſare debuiſti*. Et eſt ἔλλειψις, quae ſolet fieri aut nimia laetitia, aut nimia triſtitia. Hocquidem magna procuratione perfectum eſt, ut jam ſervus crediſſe videatur, quod amat filius. At vero ſenex, ut juſtitiam ſuae iracundiae doceat, & hanc cauſam non idoneam docet, qua filius accuſandus eſſe videatur: ſed jungit rationem.

124. TUTE IPSE HIS REBUS FINEM PRAESCRIPSISTI, PATER.] Poteſt enim filius dicere, *Uxorem nunc ſum ducturus, tempus veniet cum aliena lege & alienis moribus vivam. Interim ſine, dum tempus eſt, meo me more vivere.* Unde ſervus & hac re dejectus, objurgandi interrogat cauſas.

127. QUIS IGITUR RELICTUS EST OBJURGANDI LOCUS?] Et bene *objurgandi* dixit. nam de crimine jam conſtat, quod amat filius: ſed *objurgandi* quaeritur locus.

128. SI PROPTER AMOREM UXOREM NOLIT DUCERE.] Hoc eſt illud, quod ſecundum propoſuerat Simo: *Et conſilium meum cognoſces*. Credit enim ad iracundiam hanc eſſe cauſam. non quod amet filius (nam id aetatis eſt & temporis) ſed unde incipit cauſa peccati, *ſi propter amorem nolit ducere uxorem*

130. ET NUNC ID OPERAM DO, UT PER FALSAS.] Hoc eſt conſilium, ut falſae nuptiae fingantur, quo & animus victus adoleſcentis circa amorem poſſit agnoſci. Simulque & Davi ſervi, qui favet plurimum Pamphilo, conſilia falſa nuptiarum vanitate fruſtreutur.

135. MAGIS ID ADEO, MIHI UT INCOMMODET.] Ut mihi magis, inquit, noceat, quam filio proſit.

137. MALA MENS, MALUS ANIMUS.] Quia occultum ſervum videbat aliquid facere, ut alteri noceat, non ut profit: idcirco hanc adjunxit cauſam, Quod *mala mens*, *malus animus*, illa ſemper fecerit.

138. SIN EVENIAT, QUOD VOLO.] Hic ſenſus eſt: Quod volo veniet, illud ſcilicet, *ut in Pamphilo nihil ſit morae, hoc jam reſtat ut Chremes exorandus ſit*.

141. NUNC TUUM EST OFFICIUM.] Hoc eſt tertium quod in propoſitione poſuerat: *Et quod facere in hac re te velim*. Ut bene ſcilicet aſſimulet nuptias, Davum terreat, filium obſervet, vel quid agat, vel quid conſilii habeat.

ACT. I. SCENA II.

1. NON DUBIUM EST, QUIN UXOREM NOLIT FILIUS.] Remanſit ſenex, & hic ſecum loquens habet conjecturalem ſtatum. Nam quaeſtio eſt, An uxorem nolit filius. Confirmat autem quod nolit uxorem; & hujus confirmationis argumentum hoc eſt quod dixit.

2. ITA MODO DAVUM TIMERE SENSI.] Dixi enim ſupra, quod non ſolum de factis noſtris, ad conjecturam argumenta colligi poſſunt, verum & noſtrorum.

4. MIRABAR, HOC SI SIC ABIRET.] Haec Scena mandatum tenet, quamquam mandati cauſa praecedit, quod amare dicitur filius. Manet illa conjectura, quae ſimiliter habet & argumenta, & probationes ſuas, poſtea mandati actio eſt; ut quod obſervet Davus per mandata cognoſcat. Egreditur namque non aſpiciens dominum, cujus oratio talis fingitur, ut quaedam temere dicta proferat. Quod lenitatem domini latentem, ſuam & demonſtrat calliditatem: quod miratus ſit, verbum ſibi a domino non eſſe factum, hoc eſt ſecum non locutum, neque aegre dominum tuliſſe, quod audiſſet non dari uxorem.

8. AT NUNC FACIET.] Hoc eſt, At nunc tecum loquetur.

14. MEUM GNATUM RUMOR EST AMARE.] Et haec omnis probatio eſt, An amet filius, ſed conjecturalis probatio a teſtibus. Unum teſtimonii genus eſt *rumor*. Hunc autem rumorem ex relatione Chremetis Simo tenet; quippe cum ſupra dixerit: *Poſtridie venit clamitans, indignum facinus! ſe comperiſſe*.

Id

Digitized by Google

Id populus curat, scilicet.] Haec defenſio eſt contra rumorem. Veriſimile non eſſe omnem populum de, neſcio cujus adoleſcentis, amore cogitare.

15. Hoccine agis, an non?] Obſcurus ſenſus, & tamen talis eſt: Curae tibi eſt quod populus loquatur? Denique hoc intelligit ſervus, & reſpondit domino, ſibi curae eſſe, cum diceret;

Ego vero istuc. Si. sed nunc ea me.] Hanc defenſionem, quam ſupra collocarat, & nunc memorat quod amare adoleſcentem criminis non ſit, maxime ante nuptias. ideo adjecit:

16. Nam, quod ante haec fecit, nihil ad me attinet. dum tempus ad eam rem tulit, sivi, animum ut expleret.] Deinde incipit mandata obliqua oratione proponere.

21. Tum si quis, magistrum.] *Magiſtrum* dicit monitorem. Improbum.] Hanc rem quia oblique dixerat, Davus non intellexerat, itaque plane ſcire coepit.

25. Si sensero hodie quicquam in istis te nuptiis.] Deinde cum minis mandat & verberibus:

28. Te caesum, Dave, in pistrinum dedam.] Et omnis admonitio eſt quae ſequitur.

ACT. I. SCENA III.

1. Enimvero, Dave,] Haec Scena Deliberativae vim tenet. Nam terretur a domino ſeniore Davus. Deliberat cui obtemperet; an adoleſcentis animo, an imperio ſenis ſatisfaciat. Habet igitur Deliberativae exordium, in qua exhortatio eſt.

Enimvero, Dave, nihil loci est segnitiae.] *Segnitiae* poſitum eſt, ut ea quae inventa ſunt, non praetereantur. *Socordiae* vero, ut ea quae ſunt neceſſaria corde inveniantur. quae ipſa exhortatio a periculis incitatur. illis ſcilicet:

3. Quae si non astu providentur, me aut herum pessumdabunt.] *Herum* autem dixit Pamphilum.

4. Nec quid agam certum est.] Hinc incipit Deliberativa, cujus partes ſunt duae: Pamphilumne adjutem, an auscultem seni. Deinde partium tractatus,

5. Si illum relinquo, ejus vitae timeo.] *Ejus vitae*, hoc dicit ne periclitetur. Scit enim amorem Pamphili ex alia parte. Sin opitulor, hujus minas.] Senis videlicet: & adjecit neceſſitatem.

6. Cui verba dare difficile est.] Hic tractata eſt qualitas utriuſque partis. Sed incidit conjectura, An falli ſenex poſſit. Hinc argumenta colliguntur, quod non poteſt: ideo, quia *comperit jam de amore*. quod *infenſus me ſervat*, ne fallaciam ad nuptias faciam. Deinde ad qualitatem. quoniam etſi nihil ipſe fecerit fraudis ac doli, dominus circa ſervum magnam habeat poteſtatem, ut ex nulla cauſſa inferat poenas. Appoſuit etiam majorem difficultatem, quod doceat, ſenem falli jam non poſſe, quod gravida eſt de Pamphilo iſta mulier: quod ita ſe invicem diligunt, ut partus tollatur: quod etiam jam iſta fabula fingatur, ut civis eſſe doceatur. Quibus rebus jam amica iſta ad nomen accedit uxoris. Quod ſi ita eſt, falli non poteſt ſenex. Atqui hac Deliberativa utriuſque partis unum tantummodo videtur inveniſſe Davus, ut Pamphilo cuncta narraret. Hoc ſolum & non ſine periculo ſuo facit, ſi indicaverit patris ſilio voluptatem, ut conveniat Pamphilum, *Ne de hac re pater imprudentem opprimat.*

ACT. I. SCENA IV.

1. Audivi, Archilis jamdudum.] Haec Scena mandatum tenet. mittitur namque ancilla Myſis, ut obſtetricem arceſſat. Paraturque habitus, ut Pamphilus terrentis patris orationem, qua adigere eum conatus ad nuptias, poſſit audire.

2. Temulenta.] Ebrioſa. *Temetum* enim antiqui vinum dicebant.

Temulenta et temeraria.] Duo poſuit; unum ad vitium accedens, aliud ad naturam. Nam *temeraria* naturae malum eſt, cui accedit, quod vino ſaepius obruatur.

ACT. I. SCENA V.

1. Hoccine est humanum factum aut inceptum!] Haec Scena deliberationem habet, quae talis eſt: Adoleſcens amans, qui promiſit ſe eam ducturum uxorem, a patre cogitur ut alteram ducat. Deliberat quid faciat. Hic omnis Deliberativae partes ſunt, & ab ipſo qui deliberat, percurruntur. Verum quoniam optima deliberatio eſt, cui alius perſuaſor accedit: idcirco Myſis ancilla praeſens invenitur, ut ejus aſpectu facile in unam partem memoria dominae ejus, & ſui amoris, poſſit incumbere. quippe cum hic ex una parte pater ſit, cujus imperium filius debet implere: ex alia parte amor, qui vinculo ſuo animum adoleſcentis aſtringit. Saepiſſime autem exordium ab indignatione incipit.

Hoccine est humanum factum aut inceptum!] Quam indignationem ita diviſit, ut accuſaret primo

primo homines, deinde patrem. Poſtea jungit propoſitionem ipſam injuriae.

3. UXOREM DECREVERAT SE MIHI DARE HODIE.] In hoc adoleſcens collocat injuriam, quod pater ſibi nuptias repente mandaverit. Non quod nubere injuria ſit (quamquam eſſe videatur:) verum intelligit, ſi ante mandaſſet pater, conſilium ſe facile adverſum imperium patris invenire potuiſſe. ideo adjecit: NONNE OPORTUIT PRAESCISSE ME.] Tangitur & illud, An patrum imperiis obſequi filii debeant. Conſtat enim circa nuptias eſſe filiis liberam voluntatem; ideo ſervata ratione pietatis, COMMUNICATUM OPORTUIT. Sed cum animadvertit patrem cogere, ut ipſe ducat uxorem, credit & Chremetem mutaſſe ſententiam.

7. IMMUTATUM VIDET.] Id eſt, *mutatum.* Nam motus ſpecies ſunt, *commutatio* & *immutatio.* Et eſt illud circa quantitatem, iſtud circa qualitatem. ut cum quis ex magno parvus ſit, *commutatus*: ſi quis ex nigro albus, *immutatus* dicitur.

8. OBSTINATE.] Perſeveranter, pertinaciter. UT ME A GLYCERIO MISERUM.] Nominata ea quam diligebat, continuo in calamitatem praeſentem dolore gemituque proſiluit. ut Virgilius, [Aen. III. 311.] *aut ſi lux alma receſſit,*
Hector ubi eſt?
Et, [Aen. III. 312. ſed legendum: *effudit.*]
dixit, lacrymaſque refudit.
Ita nominata jam Glyeerio, quaſi propoſitio rurſus alterius partis effecta eſt. Cumque duos ſenes, patrem & ſocerum, ſupra ad imperium poteſtatemque poſuiſſet; hic adverſus tantam duorum propoſitionem, unum amicae nomen repoſuit. Deinde rurſus revertitur ad querelas. Intellexit enim ſe amori non poſſe obſiſtere: ideo ſubjungit:

10. ADEON' HOMINEM ESSE INVENUSTUM, AUT INFELICEM.] Ut iterum ſit exclamatio, quod Chremetis affinitatem non poſſit evitare. Hic jam conjecturalis tractatus interponitur, cum Chremes veluti repudiatus ſaepe, non diſcedat, & cum rurſus promittat uxorem.

13. QUOT MODIS CONTEMTUS, SPRETUS?] Melius de Pamphilo intelligimus, *contemtus* & *ſpretus.* Denique ipſe adjungit; HEM! REPUDIATUS REPETOR.] Deinde continuo conjecturae (*addit*) rationem:

15. ALIQUID MONSTRI ALUNT.] Hoc eſt, fortaſſe aliquid monſtri inauditi nutriunt: quae res rapit auditorem ad diverſa. OBTRUDE.] Impingi, opponi.

17. NAM QUID EGO DICAM DE PATRE?] Rurſus eſt officium de ſenibus mutuatus. Nam cum primo de patre, mox de ſocero dixiſſet, interpoſito Glycerii nomine redit ad Chremetem. hinc de patre ſuggerit. Queritur autem de ſocero per conjecturam, quod filiam ſuam ſaepe polliceri cupiat repudiatam: de patre autem, quod ſegniter & negligenter de filii nuptiis cogitare videatur. Ita quod de patre ſupra generaliter dixerat, *Nonne oportuit praeſciſſe me ante,* nunc per ſpeciem proponit:

18. PRAETERIENS MODO MIHI APUD FORUM, UXOR TIBI DUCENDA EST, PAMPHILE.] Modo autem tempus reſpirandi non habet * tunc patris imperio & praeſentia territus reſpondere non potuit.

23. QUID FACEREM, SI QUIS NUNC ME ROGET?] *Quid facerem, ſi aliquis nunc me interroget.* Huic reſponſio datur: *Aliquid facerem, ut hoc ne facerem.*

24. SED QUID NUNC PRIMUM EXEQUAR?] Hic eſt propoſitio ipſius Deliberativae per duas ſcilicet partes, an imperio obtemperet patris, an amori potius ſerviat.

25. TOT ME IMPEDIUNT CURAE.] Ab amoris parte haec ſunt argumenta: primum neceſſitas. *Amor,* inquit, deinde humanitas: *miſericordia.* A parte patris, An imperio patris obtemperet.

26. NUPTIARUM, inquit, SOLLICITUDO, TUM PATRIS PUDOR.] Hoc eſt, quod erubeſco ex patre. Et adjecit non leves cauſas: primum quod pater; deinde quod bonus pater, obtemperare utique deberet. Bonum autem ſic confirmat.

27. QUI ME TAM LENI PASSUS EST ANIMO USQUE ADHUC, QUAE MEO CUMQUE ANIMO LIBITUM EST, FACERE.] Hac parte inclinatam ſententiam declaravit: unde rurſus oratio concluditur ob querelas.

28 EINE EGO ADVERSER MISER.] Sed non jam electio conſilii eſt. ut hoc facere velle videatur. verum obſiſtente amore rurſus ad incertam ſententiam devolutus eſt.

29. INCERTUM EST, inquit, QUID AGAM.] Optimo loco Myſis ſeſe interponit, ut in parte aliqua adoleſcens vel praeſentia Myſidis, vel commemoratione Glycerii poſſit inverti. Denique intercedit, & ut utiliter triſtis eum interrogaret, exponit Glyeerium aegram eſſe duabus de cauſis; ex dolore & ſollicitudine. Hic dolor a partu ponitur: hoc enim dixit, *laborat ex dolore.* Maxuma enim adoleſcenti efficitur concitatio, ſi ſe propter amorem intelligat pati. Deinde adjecit ſollicitudinem, cujus cauſſam ponit, quod olim conſtitutae ſunt nuptiae, & vereatur, ne illam deſerat Pamphilus. His rebus perfecta perſuaſio eſt, ut amori adoleſcens potius debeat obtemperare. Denique

*Habet * tunc.* Forte, *Habens, tum.*

que concitatus jam unam elegit partem & proponit.

35. Eoone istuc conari queam?] Hic rationes narrat, quibus non ſit veriſimile, quod amicam ſit deſerturus. Primum ne illa miſera decipiatur, quae omnem vitam ei credidit, quam ille dilexerit, & pro uxore ſemper habuerit. hoc ab utili eſt. Sequitur ab honeſto; quoniam pudice ejus doctum & eductum ingenium, non debet neceſſitate immutari. Huic rei quaeſtio opponitur, An hoc facere poſſit adoleſcens, cum in patris ſit poſitus poteſtate.

41. Haud verear, inquit, si in te solo sit situm.] Adverſus iſtam propoſitionem argumentum rurſus ſupponitur. An fieri poſſit, (quod conjecturale eſt) quod tali animo Pamphilus ſit, ut neque inhumanus, neque ferus ſit, nec amet, neque ſine pudore ſit. Quibus rebus per ſe nota omnia argumenta ſunt, ut facile poſſit noſci adoleſcentem, & contra imperium patris, in amore fidem poſſe ſervare. Suggerit illa, quo magis adoleſcentem incendat, meritam eſſe Glycerium, ut ejus Pamphilus memoriam contineret.

46. Unum hoc scio, meritam esse, ut memor esses sui.] Adjecit rurſus adoleſcens ſuae memoriae: ſiquidem dicit in animo ſe haec, Chryſidis morientis & commemorantis Glycerium, ſcripta verba pertenere. In qua re allocutionis ſunt praecepta & poteſtates: hoc eſt, quibus verbis potuit, ut Chryſis moriens ei commendaret Glycerium. Sed quoniam hoc profecit ad affectum, ut exinde profiteatur adoleſcens, ſe Glycerium non deſerturum, ſingula excutienda ſunt. Nam primum quo tempore locuta ſit, non ſine affectu eſt.

49. Moriens enim inquit.] Quae res habet maximam pietatem, cum poſtrema vox eſt: quod ſoli ſumus, & quod ſemotis omnibus. plus enim fidei meae dedit, quando teſtem adhibere neglexit. Deinde ſequitur ipſa oratio, quae magnum affectum tenet.

51. Nam, mi Pamphile, inquit.] Primo quod familiariter allocuta eſt, dicendo *mi*, deinde ipſa commendatio, quae duas ad miſericordiam continet cauſas, *formam atque aetatem*: quam rem & Simo laudaverat dicendo ſupra: *Ibi aſpicio unam adoleſcentulam, forma! &c.* Ex his enim rebus omnis cauſa pietatis eſt, & ſpes ad amorem.

53. Ad pudicitiam, et ad rem tutandam.] *Ad pudicitiam*, forma: *ad rem tutandam*, aetas. Sed melius utrumque ad pudicitiam. Nam neque forma, neque aetas pudicitiam poterit cuſtodire: *ad rem tutandam* ſola aetas ſufficit.

54. Quod ego te.] Omnis allocutio has diviſiones habet, quid velit, & quid metuat. Ita quod metuat ſupra poſitum eſt, *Et aetate & forma*. Nunc quid velit. Quod ego, inquit, nunc te per hanc dexteram oro.] Ipſum quod velit jungit cum precibus. Impetrabile enim fit, ſi quod volumus, in allocutione cum precibus collocemus. Ut, [Virgil. Aen. IV. 314. Sed vide locum.]

Per has te lacrymas egomet dextramque tuam te;
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam
Dulce meum.

Non potuit enim per partes impetrabile facere, quod rogabat. Hic autem vide, quod in jurejurando collocat primo *dexteram*, quam tenebat; quae ſemper fidei teſtis eſt. Nam inde etiam Tullius, *Per dexteram tuam te oro: non tam in praeliis & in bellis, quam in pace & fide firmiorem.* Et ingenium ſimul adjecit & fidem: tum etiam ut pietatem captet, ſolitudinem mulieris, & ipſum poſtremo deſiderium.

56. Ne abs te hanc segreges, neu deseras.] Sunt autem duo *Ne abs te eam ſegreges*, ne non eam ducas uxorem: *Neu deſeras*, neve non periclitantem defendas. Scit enim eſſe peregrinam, ſecundum ſuſpicionem ſuam. Adjungit meritum ſuum dicendo:

57. Si te in germani fratris dilexi locum.] Quomodo Virg. [Aen. IV. 317.]

Si bene quid de te merui.

Jungit autem meritum puellae.

58. Sive haec te solum semper fecit maximi, seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.] *Tibi fuit morigera*, id eſt, tuis moribus inſerviens. Et in merito puellae maximam vim declaravit, quod *ſolum ſemper fecit maximi*. Accepit a me beneficium, quod ſervata ſit, quod vivat, & tamen *te ſolum maximi fecit*. Poteſt etiam dici, quod ſolum amaverit in domo meretricis. Allocutionem efficaciter concludit per mandatum & monitum.

60. Te isti virum do.] Quod ſupra dictum, *Ne abs te eam ſegreges*. Amicum, tutorem, patrem.] Hoc ſupra dictum *Neu deſeras*. Adjungit & ab utili.

61. Bona nostra haec tibi committo.] Poſt haec quo major vis ad memoriam poſſit accreſcere, ut mandatorum verba in animo fixa remanerent, illud adjecit.

62. Hanc mihi in manum dat. mors continuo eam occupat.] *Continuo*, inquit, tamquam uſque ad mandati creditam ſententiam

vita ſuffecerit. Concludit deliberationis ſuae partem per electionem.

63. ACCEPI, inquit, AECAPTAM AARVABO.] Conſentit continuo & Myſis, & ipſe curam illius habendo, cum dixiſſet, *Perge ad obſtetricem*, monetque ne aliquid dicat dominae de nuptiis, quod pulchre eſt collocatum. Nam nonnihil ex hoc fidem dat amoris, cui & miſeretur. Et urbane, ne ei quam diligit ex aliquo nuntio aegritudo cumuletur, hoc poſuit: *Atque audin'? verbum unum cave de nuptiis: ne ad morbum hoc etiam.*

ACT. II. SCENA I.

1. QUID AIS, BYRRHIA! DATURNA ILLA HODIE PAMPHILO?] Charinus indignatur quod ſibi nuntiatum eſſet, Philumenam quam diligebat, Pamphilo eſſe nupturam: vehementi dolore ſucceſus, primo conqueritur, deinde deliberat, an Pamphilum conveniat, ut eam non ducat uxorem. Deliberativae formam in hac Scena debemus animadvertere: ac primum an verum ſit, quaerit. Ideo interrogat quaſi verum audierit. Eſt & familiare timentibus, nolle audire quod inimicum ſit voluntati. Interrogat autem rem; *Quid ais, Byrrhia?* Deinde cum conſenſus eſt commodatus, ſic & perſonam quaerit a quo audierit.

2. QUI ACIS?] At vero nuncius compendium interrogationi faciens, & perſonam & locum dicit, ubi audierit. APUD FORUM, inquit, MODO DE DAVO AUDIVI.] Quare confirmatus in quaeſtione, continuo prorupit adoleſcens, qui dixit; VAE MISSRO MIHI!] Quod nunc certum periculum ſit, ante incertus fuiſſet † inventus: & ex diverſis rebus ſit argumentum a pari. Poſt Byrrhiae adhibet conſolationem. Quod genus orationis in materia oratoria raro verſatur. Hic autem poſita eſt, ut voluntas ab eo quod fieri non poteſt, conſolatione ſuſcepta, ad id quod fieri poteſt, convertatur: quod vocatur diſſuaſio. At vero adoleſcens cupidus amoris ſui voluntatem perterritam continet.

6. NIHIL, inquit, ALIUD VOLO, NISI PHILUMENAM.] Sed ſervus conſolationem reddit, ut ſi fieri poſſit, adoleſcena aeſtus contrarii amoris excludat. Et ipſum amorem loquendi dolore ſuſpendit. Huic reſpondit ſententiae naturaliter. Quod omnes cum valemus, aliis dare conſilium poſſumus: at ſi in aegritudine ipſi ſimus, de eo, de quo conſilium dedimus, neceſſe eſt aliter ſentiamus. Viſo Pamphilo deliberat Charinus an adeat, & roget, ut nuptiis aliquot proferat dies, id eſt, protrahat: ut periculo jam certo ſpes aliqua dilatione pariatur. Ac deliberationem indicat ſervo Byrrhiae, quid ſibi videatur. At ille diſſuadet ab inhoneſto & inutili, ſpem * eſt cadere Pamphilum, ſi nihil impetraret, ille continuo ſibi credat Charinum uxorem tollere. Hoc nam ſignificavit. Quid ni? ſi nihil impetres: ut ſit ſenſus quod mihi videtur.

16. UT ILLE ARBITRETUR PARATUM ARBI MOECHUM, AT TU NIHIL IMPETRES.] Alii diſtinguunt ſic, ut ſimul dicant, non ſeparatim: *Quid ni, niſi.* qui vere nullus eſt ſenſus. Poteſt tamen dici, *Quid ni?* id eſt, certe. Et poſt, *Si tu nihil impetres*, ſc. reſtat ut arbitretur tanquam ab eo impetraturus. ‡ * Ut defendat Deliberativae utitur partibus, (id ſemper impetrationem eſſe docuimus) quae habet principium ad benevolentiam conciliandam precibus.

19. AD TE VENIO, SPEM, AUXILIUM, SALUTAM AXPRTANA.] Pamphilus propter amorem ſuum iſtud aliter accipit, & reſpondet, *Neque pol conſilii locum habeo, neque ad auxilium copias.* Interrogat tamen ille, quoniam pudoris ſuerat dicere, *Uxorem tuam diligo.* Prius interrogat an duceret uxorem: reſpondet Pamphilus quod in opinione eſt, non in ejus voluntate. Adjungit Charinus ad impetrationem vitae ſuae periculum.

22. SI ID FACIS, HODIE POSTREMUM ME VIDES.] Sed interrogatus a Pamphilo, cur iſtud dixerit, pudore confunditur. Allegat ſervum, ut ipſe dicat. Servus vero callidus, ne minus impetrabile, ſed certe contumelioſum eſſet, ſi diceret, amat uxorem tuam, *ſponſam*, inquit, *tuam amat*. hoc enim eſt, quod adhuc ſibi uxor non ſit. Unde adulterii nulla ſuſpicio eſt, quod ille ſponſa eſt, hic amat tantum. Sed Pamphilus memor conſilii ſui & voluntatis, quaerit utrum Charino aliqua conſuetudo ſit cum ea. Sed Charinus neſciens conſilium, cur haec interrogaverit Pamphilus, ſimpliciter negat factum. Volebat autem Pamphilus cauſam ſimpliciter reperire, cur eam non duceret uxorem, quam nolebat. Quod ut ille intellexit, ſe ad preces vertit, & petit ex more poſtulantium, quo ſemper prima, quae majora ſunt, petimus: deinde ea quae volumus. Nam uti ſupra dixit Charinus, nihil aliud a Pamphilo cupiens, niſi ut aliquot ſaltem nuptiis proferret dies. Hoc igitur cum deſiderio ſit, aliquid amplius primo poſtulat, ſicut diximus. Quia moris eſt ut per partes primo, deinde quod volumus poſtulemus; ut ſi negatum fuerit, quod primo petitum ſit, jam pudori ſit a quo petitur

† *Inventus*. Forte, *Eventus*.

‡ In MſS. lacunae ſignum nullum.

tur denegare. Primo petit ne ducat, ſecundo ſi id noo poteſt, *Aut tibi nuptiae hae ſunt cordi*, ſaltem aliquot proferat dies, dum proficiſcatut aliquo. Hoc eſt, quod fuerat petitum: ſimiliter & Juno ab Aeolo poſtolavit, primnm quod magnum eſt. Virgilius, [Aen. I. 73.]

Incute vim ventis, ſubmerſaſque obrue puppes.

Ita ſecundo loco, quod volebat petit.

Aut age diverſas, aut disjice corpora ponto.

Hoc namque deſiderabat, Trojani ad Italiam ne veniteot, ac propterea diſpergerentur. Huic igitur petitioni reſpondet Pamphilus patienter, ut amici more, non quia petiverit Charinus, ſed quia ipſe eam nolit ducere uxorem.

30. EGO, CHARINE, NEUTIQUAM OFFICIUM LIBERI HOMINIA ESSE PUTO, CUM SE NIHIL MAREATUR, &c.] Hic ſenſus maximam intentionem deſiderat. *Mereatur* primum hic eſt, inſtat: merendo enim praeſtatur. Unde Virgilius, [Aen. IV. 333.]

ego te, quae plurima fando
Enumerare vales, numquam, regina, negabo
Promeritam.

Ergo hic erit ſenſns: Ego, Charine, non arbitror liberi hominis officiom eſſe, unde nihil praeſtet, ſibi hujus gratia debeatur. Ergo cum hoc tibi non praeſtem, nolo mihi debeas gratiam: quippe cum ego has noptias velim fugere msgis, quam tu adipiſci. Quare ut ceperat Charinus, gratias agit. Sed Pamphilus hortatur, ut & ipſe Charinus & Byrrhia faciant, fingant aliquid, inveniant, efficisnt ot Charino detur, & ipſe laborabit ut non ducat. Non enim ſequebatur, ot ſi Pamphilus eam non duceret, Charinus duceret.

ACT. II. SCENA II.

1. DI BONI, BONI QUID PORTO!] Haec Scena conjecturalem ſtstum tenet. Praeterea conqueritur, an Simo veras nnptias ſit hodie ſscturus. Hujus rei argumenia Davus ſervus callida arte collegit, probaturus falſas eſſe ouptias. Haec multis locis exprimemus. Ac primum generaliter gaudium ſuum proteſtatur, Pamphilum quaerendo.

2. UT METUM, IN QUO NUNC EST, ADIMAM: ATQUE EXPLEAM ANIMUM GAUDIO.] Ordinem & rationem poſuit. Prius eoim id, quod malum eſt, debet excludi, ut id quod bonom eſt, melius faciliuſque teneatur.

3. NIHIL EST: NONDUM HAEC RESCIVIT MALA.] Nondum Pamphilus ſciebat Davum ſcire, quod ſibi pararentur ouptise.

4. QUEM EGO NUNC CREDO, SI JAM AUDIERIT SIBI PARATAS NUPTIAS.] Hic intelligit Pamphilus Davum ſcire quod nuptiae praeparantur.

5. TOTO ME OPPIDO EXANIMATUM QUAERERE. DAVE PERII.] Antequam aliquid audierit Pamphilus, iodicat dolorem. Contra illi ſervus, qui ſcit quid argumentis collegerit, reſpondet.

9. HOC AUDI.] Illic ad calamitatis vocem redit ſervus, ſcire ſe ejus ſollicitudinem dicit. QUID TIMEAS, SCIO.] Quoniam videtur ſervum perſeverare, Charinus adoleſcens ad pollicendam ſpem domino Pamphilo, continuo ipſe ſuam calamitatem confitetur.

10. MEA QUIDEM CERTE HERCLE IN DUBIO VITA EST.] Sed hic ſervus repromittit, ac ſe dicit ſcire ipſius ſollicitudinem. Pamphilus autem, tamquam neſcio ſervo & adhuc ignoranti, ingerit cauſſam calamitatis ſuae, cum dicit.

11. NUPTIAE MIHI.] Sed ejus orationem impleri non ſinit ſervus, & continuo procedit dicens, ET ISTUC SCIO. Ille perſeverat dicens, HODIE. Cujus orationem intercepit ſervus, & otriuſque ſollicitudinem narrat, dicens.

12. TU PAVES, NE DUCAS ILLAM.] Hoc utique Pamphilo. Charino autem, *Tu autem, ut ducas.*

13. ISTUC IPSUM, NIHIL PERICLI EST.] Irridentis eſt iſta oratio, quia ſupra dixerat Pamphilus, *Iſthuc ipſum*, repetit tamquam vsnum dictum. NIHIL PERICLI.] Rogat ut metu liberet dominum ſervus, & ſummam collocat. Primum hanc rem ſemper facere debet orator, uti ante partium, quae longo geoere narrandi explicabuntur, ſumma primitus collocetur: & hoc maxime in initio, ut facilius res comprehendi poſſit. Eſt igitur ſumma: *Uxorem non dat Chremes filiam ſuam Pamphilo.* Ejus caſu videatur iſta argumenta collegiſſe; aut ex eventu narrat cauſam, quemadmodum ad indicia veritatis pervenerit. Tunc psret cauſſae, quemadmodum mslum praedixit, & deinde quae conſequuntur. Quibus in verſibus declarat ſibi maximam ſollicitudinem fuiſſe, poſteaquam patrem cognoverit Pamphilo nuptias noo parare.

21. QUID AGAM, COGITO.] Incipiunt igitur argumenta, nuptiae ne ſint, ex hoc verſu:

22. REDEUNTI INTEREA EX IPSA RE INCIDIT SUSPICIO.] Omnis conjectura a ſummo ad imum diviſiones habet, quae diviſio dicta & facta continet. Quamquam ſaepe & ex hoc conjectura colligi poſſit, quod non dictum nec factum ſit. Ergo hic utrumque complexus eſt. Nam non ſiunt nuptiae, quod paululum obſo-

natus eſt dominus, quod ipſe eſt triſtis. Deinde rurſus factis ſoceri volens argumenta colligere, quae diximus pertinere ad diviſionem, quae a ſummo ad imum eſt, colligit ab his quae facta non ſunt.

25. CUM enim ILLO, inquit, VENI: SOLITUDO ANTE OSTIUM.] Utique frequentia eſſe debuit. Sed ne hoc parvi temporis ſit:

26. MANEO, inquit, INTEREA NEMO INGRESSUS EST.] Nulla matrona in aedibus fuit, nullus ornatus, tumultus nullus. Haec ab his ſunt, quae facta non ſunt, cum fieri denique debuerint. Quibus rebus certum eſt nuptias non parari.

28. SCIO. MAGNUM SIGNUM.]Proprie *magnum ſignum* dicitur in factis & dictis. Ad quaeſtionem argumentum collectum.

30. NON OPINOR, DAVE.] Conjecturam perſpiciens *opinor* dixit, id Davus quaſi jam collecta ſit veritas, indignatus negat dici debuiſſe *opinor*; adjecitque, NON RECTE ACCIPIS, quia *certa res*. Alia argumenta atque ab ipſa diviſione factorum atque dictorum, quod puerum invenerit Chremetis, *Olera, & piſciculos minutos ferentem ad coenam ſeni.* Ne forte aliquis puer ferret in coenam ſeni. Ita conjectura firmata eſt a factis, vel perſona Simonis, vel perſona Chremetis, quae ſicut diximus, in diviſione conſiſtunt.

33. AC NULLUS QUIDEM.] *Nullus*, pro non. Ut ſit ſenſus, non quidem liberatus es. Cui ſubjungitur:

34. QUID ITA? NEMPE HUIC ILLAM PRORSUS NON DAT. RIDICULUM CAPUT!] Intellexit Davus ſtultitiam Charini, qui dixit; *Nempe huic illam prorſus non dat.* Secundum quod ſupra diximus. Non enim neceſſe illum illam continuo ducere, ſi hanc non duxerit Pamphilus. Et a poſſibili dicere debuiſſe innotuit.

ACT. II. SCENA III.

1. QUID IGITUR SIBI VULT PATER? CUR SIMULAT?] Nunc quaeritur cur falſae nuptiae fingantur a patre. Et hoc loco deliberatio eſt, in qua perſuaſio continetur. Deliberat namque an polliceatur patri Pamphilus, ſe uxorem eſſe ducturum. Perſuaſio, ut dixit, ex hoc colligitur: falſae ſunt nuptiae, nullus metus eſt polliceri. Sed huic rei argumenta hinc ſuſcipiuntur, quod cauſſam pater iraſcendi filio invenire deſiderat. Sed enim hanc ſuſcipiat, ſi Chremes nolit dare filiam ſuam conjugem: ſi vero negaverit Pamphilus, illic culpae origo naſcetur: tum malum & ſeditio maxima inter patrem & filium poterit generari.

6. QUIDVIS PATIAR] Senſus hic eſt; Noli perſuadere, quantum velit licet iraſcatur pater. quaecunque per iracundiam fecerit, ſuſtinebo: hoc eſt, quodcunque patiar. Hic jam perſuaſio eſt, ut polliceatur, quae efficitur a terroris parte. PATER EST, inquit, PAMPHILE.] At fieri poſſit, ut imperium ſentiat, adjecit, *difficile eſt.* Deinde ab utili & honeſto:

7. TUM HAEC SOLA EST MULIER.] Quae quidem res ad omnia proficit. Nam quae ſola eſt, facile injuriam pati poteſt. Denique hoc adjunxit. DICTUM AC FACTUM.] Aliquam cauſam, ut ſupra diximus; quoniam actus hominis in his duobus conſiſtit, vel dicto vel facto. Ideo complexio eſt. DICTUM AC FACTUM INVENERIT ALIQUAM CAUSAM, QUAMOBREM EJICIAT OPPIDO.] Triſtis adoleſcens † injuria, quod fieri amicae poſſit, continuo conſilium quaerit.

9. CEDO IGITUR, QUID FACIAM, DAVE?] Ipſa propoſitio perſuaſionis. DIC TE DUCTURUM.] Repugnat contra Pamphilus. Perſuaſio ſequitur continuo. ‡ Quid fieri habeat, ſi hoc fit. Hoc eſt, ſi polliceatur ſe eſſe ducturum.

12. AB ILLA EXCLUDAR, HUC CONCLUDAR.] Hic levi mutatione verbi fit figura paronomaſia, ut a Glycerio excludatur, inquit, hic erit eventus: at ille contra qui perſuadebat, oſtendit quis eventus ſit futurus ſi polliceatur: & facile eſſe dicit.

13. NEMPE HOC SIC ESSE OPINOR DICTURUM PATREM: DUCAS HODIE VOLO UXOREM. TU, DUCAM, INQUIES.] Ut oſtendat rem in verbis eſſe, poſt nihil futurum ſermonis, adjungit:

15. CEDO, QUID JURGABIT TECUM?] Ipſum deinde ponit dicentem: HIC REDDES OMNIA, QUAE NUNC CERTA SUNT EI CONSILIA, INCERTA UT SIENT.] Ab utili ſubjungitur:

17. SINE OMNI PERICULO.] Sed hoc tum demum conſilium bonum eſt polliceri patri, ſi Chremes filiam ſuam Pamphilo nolit tradere uxorem. Nam ſi velit tentare adoleſcentis animos ſenex, & continuo ad Chremetem pergere & petere filiam, periculoſum eſt. Ideo adjungit; fortaſſe poſſe aliqua mutari, ut Chremes quidem nunc nolit, tamen tradat aliquando. Adverſus iſtud igitur, *Ne conſilium mutet Chremes*, nihil aliud conſilii datur.

18. NEC TU EA CAUSA MINUERIS HAEC, QUAE FACIS; NE IS MUTET SUAM SENTENTIAM.]Hoc quidem obſcure dictum eſt, ſed eſt ſenſus: Unde tu, ſententiam ſuam ne mutet, Chremes, haec quae facis mutare noli, ut ad amicam vadas. Redit rurſus ad conſilium, PATRI DIC VELLE: & concludit eventum: CUM VELIT TIBI:

† *Injuria, quod.* Immo, *Injuriae, quae.*

‡ *Quid fieri habeat,* Lego, *Quid fieri debeat.*

Digitized by Google

ET JURE IRASCI, NON QURAT. Hic quaeſtio. Sed aliam pater poterit quaerere uxorem. Huic reſpondetur conjecturaliter.

21. NAM QUOD TU SPERAS, PROPULSARO FACILE. UXOREM HIS MORIBUS DABIT NEMO.] *Speras*, id eſt, times, ἀκυρολογία: & *propulſabo*, id eſt repellam: unde abjectio & depulſio criminis. Si perſeverna in his moribus, nec Chremes nec alius dabit tibi filiam ſuam. Hic rurſus incidit alia quaeſtio. Sed qualemcunque inveniet pater. Ne det his moribus perſeveres.

22. INVENIAT INOPEM POTIUS, QUAN TE CORRUMPI SINAT.] Hoc ergo propouit quaſi ex adverſa parte: & eſt collatio duorum malorum. quorum alterum eligitur.

24. INTERBA ALIQUID ACCIDERIT BONI.]Quoniam in rebus aſperioribus, quae vitari non poſſunt, remedium eſt dilationis perſuaſio. Talibus commotus adoleſcens unam ſollicitudinem, non jam ex amore, ſed ex pietate ſupponit, quod metuat, ne natum ſibi filium pater poſſit agnoſcere.

25. VIUA QUO NA INUUCAS.] Eſt autem *inductio* oratio, quae rebus non dubiis captat aſſenſionem ejus, cum quo inſtituta eſt.

29. CAVE, TE ASSA TRISTAM SENTIAT.] Hoc verbum, id eſt, *Cave*, ſignificat, *Vide ne*. Et hoc interdum.

ACT. II. SCENA IV.

1. REVISO QUID AGANT.] Haec Sceua eventum ſupra poſiti conſilii complectitur. Ut temperet filium pater, cui ex ſuaſione Davi filius promittit.

4. ORATIONAM APERAT INVENISSE AE, QUS DISPERAT.] Id eſt, increpet vel diſſipet te. Admonet rurſus adoleſceutem, quo facilius reſpondeat.

5. FAC, UT APUD TE SIS.] Id eſt, conſilium tibi traditum mente contineas, quo facto apud te eſſe poteris.

6. CRADE MIHI.] Quouiam Pamphilua veluti difficultaiem poſuerat dicendo, *Ut poſſim*: Reſpondit rurſua ad eventum, quod pater verbum non ⸸ commoturus ſit, ſi ſe dixerit ducturum.

ACT. II. SCENA V.

1. ERUS ME, RELICTIS REBUS.] Haec Sceua fortunae interponitur. Byrrhia ſervus Charini, qni Philnmenam vult ducere uxorem, quam quidem Pamphilus non vult, dum pater filio offert, intervenit, quo error facilius poſſit increſcere. Apponitur eo tempore, quo Pamphilus ex ſuaſioue ſervi, falſo quidem non voluntate promiſſurus eſt patri, ſe uxorem eſſe ducturum.

7. HODIE UXOREM DUCAS.] Supra enim Pamphilus ipſe dixit: *Praeteriens modo Mihi apud forum, uxor tibi hodie ducenda eſt, Pamphile.* Merito ergo nunc, ut dixi.

8. NUNC NOSTRAE TIMEO PARTI.] Hoc ex perſona Byrrhiae intelligendum, propter timorem domiui, quem habet.

12. SUN VERUS?] Id eſt, vera dico. Davus hoc loquitur, quod ſecuudum promiſſionem nullum verbum fecerit ſenex.

18. MEMINI VIDERE.] Hoc eſt, ſcio & intelligo quid videam. QUO AEQUIOR SUM PAMPHILO, SI SE ILLAN IN SOMNIS.] Scio eteuim videri quod ſit pulchra. Cognoſco & faveo Pamphilo, quod maluit illam ſe potius amplecti, quam alteram.

ACT. II. SCENA VI.

1. HIC NUNC ME CREDIT.] Haec Scena dolos habet utriuſque perſonae, ſenis & Davi. Namque ille inquirit, an filius aegre ferat, quod facturus eſt nuptiaa. Contra callidus ſervus reſpoudet, uon omnino uegans, ne fidem perdat, ſed eſſe apud Pamphilum ſollicitudinem diem. † Nam jam cognitum eſt, quod propterea * fuerat dimiſiſſet. Et ut veriſimile faciat, quanto ſibi decori eſſe putaverit, quod amore meretricem dilexerit. Pamphilus cogitavit, & nimia temporis ratioue compulſus, vult Glycerium uxorem. At Simo ſenex amici cogitatum metitur ex vultu, ut dicat pater filium aegre ferre, quod ſubtriſtis eſt viſus. Hic fiunt quaſi per coujecturam argumenta. Ille enim dicit, triſtem eſſe propter nuptias: hic ſupponit aliam cauſam. Et quandoquidem repentinum eſt, quod objecit ſenex, diu quaerens Davus multa promit. Ad poſtremum derivationem cauſae hanc ponit, quod nimia parce pater faciat ſumtum, cum filio tradat uxorem. Addit cauſas, quod neminem ex amicis vocet ad coenam. Adjicit & ſervus teſtimonium ſuum, quod vere parce ſenex praeparet coenam.

26. QUIDNAM HOC REI EST?] Secum cogitat ſenex orationem Davi, & promiſſionem filii.

⸸. *Commoturus*. Melius, *Commutaturus*.

† Nam jam cognitum. Mſ. alter: *Nam jam cognitionem qd ppterit id tum fuerat dimiſiſſe.* Alter: *Nam jam cognitionem qd praeteritum fuerat dimiſiſſe.*

Non vera omnia ſuſpicatur ea moribus ſervi, quem *veteratorem* appellat, hoc eſt, callidum & aſtutia vetuſta roboratum. Concludit ergo: *Si in hac re aliquid mali eſt, illic eſt huic rei caput.* Et illis inter ſe loquentibus, Simo ut agnoſcat filium illam peregrinam amare, quo amplius incendatur ad nuptias, ut ei error omni ratione cumuletur, vel ea locutione mulieris, vel ex vocibus parturientis, credit in ſua praeſentia cuncta ſimulari.

ACT. III. SCENA I.

3. AB ANDRIA EST?] Ex proprietate linguae agnovit illam. Secum igitur conjecturalibus argumentis cogitat, veriſimile non eſſe ſuſcipere velle liberos ex peregrina. Unde confirmat mulierum calliditate fieri, ut nuptiae impediantur.

15. JUNO LUCINA!] Duas poteſtates habet *Juno*: eadem namque pronuba eſt, hoc eſt, nubentibus praeeſt. Ut eſt, [Virg. Aen. IV. 59.]

Junoni ante omnis, cui vincla jugalia curae.

Eadem & *Lucina*, quod praeeſt parturientibus, & lucem naſcentibus dat. Hanc quidam tamen potius Dianam eſſe dixerunt: nam ita Menander ipſam vocat, cum dicit Artemin. Quamquam & Virgilius eandem Lucinam, Dianam voluit. Unde eſt, [Ecl. IV. 10.]

Caſta fave Lucina: tuus jam regnat Apollo.

17. NON SAT COMMODA DIVISA SUNT.] Non bene, inquit, haec diviſiſtis, nec bene temporibus tradidiſtis. Quaſi Davi conſilio iſta completa ſunt, ut cum ſenex ante oſtium ſtaret, tunc continuo pareret puella.

19. NUM IMMEMOR ES DISCIPULI?] Supra enim dixerat: *Si quis magiſtrum cœperit ad eam rem improbum.* Atque ita eſt ſenſus hic: Num quidnam tu es immemor diſcipuli tui, hoc eſt Pamphili. Et eſt argumentum a majore ad minus.

21. ADORTUS ESSET.] *Adorior*, id eſt, aliquam rem incipio, facit praeteritum *adortus ſum*. Sin vero ſignificat, loqui incipio, *adorſus ſum*. Ponuntur tamen pro ſe invicem.

22. IN PORTU NAVIGO.] Mea, inquit, conſilia ita ſunt, quemadmodum navis in portu.

ACT. III. SCENA II.

1. ADHUC, ARCHILIS.] Haec Scena ad horrorem cumulandum videtur adjecta, ut Lesbia obſtetria domo egrederetur, & quae eſſent intus facienda de via mandaret. Et quoniam in primo partu gravis ſemper dolor eſt, dicit puellam non debere eſſe ſollicitam: quippe omnia ſigna quae ad ſalutem eſſe poſſunt, integra permanere.

3. NUNC PRIMUM FAC, ISTA UT LAVET.] Ea quae peperit, medicinae ratione ad lavacrum compellitur, ut dolor deſinat. Sed melior ſenſus eſt, *Nunc primum fac, iſta ut lavet.* Ut illa ſcilicet, quae immunda ſunt ſanguine parturientis, laventur. Et puerum enim & puerperam, poſt partum ſtatim aqua tepenti perfundi, placet Phyſicis: puerumque genitali alvo profuſum, ſi nimium frigus exceperit, vix ad vitam evadere. Cujus rei exempla ſunt vitrea vaſa, quae temperata mutatione fornacum frigus aſſueſcunt: ſi ſtatim refriaerint, franguntur.

4. QUOD JUSSI DARI.] Utique hoc ad dolores continendos datur. Et hic neſcio quid medicinae intelligitur.

6. PER ECASTOR.] Juratio eſt per Caſtorem. SCITUS PUER.] Id eſt, elegans & admodum ſuavis: vel *perſcitus*, id eſt, valde bonus.

7. QUANDOQUIDEM ILLE EST INGENIO BONO.] Ut mereatur filius ſuperſtes eſſe.

10. NON IMPERABAT, QUOD FACTO OPUS ESSET PUERPERAE.] Argumentum eſt quo doceat, ab Davo iſta univerſa compleri. *Puerpera* autem dicitur, quae recens eſt partu: & a muliebris ſexus parte nomen impoſitum eſt. Nam utique & puellam & puerum pariens dicitur *puerpera*, quamquam & antiqui *puellam*, *puerum* ſaepe dixerunt.

14. SALTEM ACCURATE.] Ita me, inquit, dolis debes fallere, ut in omnibus actibus videar a te timeri. Et eſt figura antiſagoge, propoſita ſuperius epimore. CERTE SI RESCIVERIM!] Scilicet, puniam te: quod per iram dicere non potuerit.

15. EGOMET' TIBI?] Ab hinc eſt ἐπιτροχασμός.

16. QUID RETULIT?] Hoc eſt, quid profuit me ante dixiſſe. Supra enim: *Neve tu dicas, tibi non praedictum. cave.*

18. TENEO, QUID ERRAT.] Intellexit Davus mulierum conſilium hoc ſenem ſuſpicari, quod illae ad terrendas nuptias videantur iſta ſimulare. Idcirco vult commendare conſenſum, quo domino ſuo error augeatur.

27. NIHILO SECIUS.] Pro, *Nihilominus deferens huc puerum ante oſtium*, quo facile & de praeterito Davus admoniſſe dominum declaret, & ut opinionem a ſe amoveat.

31. AUDIVI.] Inquit, conſcius non ſum, qui auditu iſta cognovi. Sed incipit quaeſtio per locum communem, an a me credendum ſit. adjungit argumenta ex pluribus rebus, ET CREDO. MULTA, inquit, CONCURRUNT.] Quia argumenta

Digitized by Google

menta colligit ex factis praecedentibns, & dictis, quod gravidam ſe mulier eſſe dixerat. Colligit tamen eaſdem hoc eſſe factnras, ut puerum ante oſtium ponant, ſiquidem obſtetrix jam videtur eſſe atceſſita. Objicitur rurſns Davo, cur non hoc, cum expoſitionem argumentis collegiſſet, continuo nnn dixerit Pamphilo. Et hic ſimiliter quaſi reus efficitur negligentiae. At hoc conjecturaliter refutatur, & utitur teſtimoniis, poſt fit argumentum a perſona, quod ille eſt filius, ille ſervus, ut de redhibendo fidem filio nihil reſtare autumet, niſi ut Chremetem oret.

ACT. III. SCENA III.

1. JUBEO CHREMETEM.] Haec Scena petitionem habet: quippe Simo redit ad Chremetem, ut filiam ſuam det ejus filio. Hic utique qualitatis eſt & Deliberativae forma: *Jubeo*, inquit, *Chremetem*, Id eſt, volo. Ut Virgilius: [Aen. V. 386.]

reddique viro promiſſa jubebant.

Convenit & Chremes, certa ratione compulſua: oportuerat enim Chremetem de Pamphilo eſſe ſollicitum, quippe qui prior venerat, ut ei polliceretur nuptias. Non ergo ſine conjectura eſſe debuerat, qui operam, quid ad Pamphilum pertineret, vel argumentis vel rumnre cognoſceret. Sed etiam nunc cum Simo nuptias praepararet, falſas quidem veri rumor fuit: quo debuit Chremes compelli. Sed ipſe praevenit: *Aliquot me*, inquit, *adierunt*. Unde pulcherrimum argumentum dedit, ut non jam rumor ſit, ſed pene veritas, quam ab ipſo Simone auditam eſſe dicebat. *Hodie*, inquit, *filiam meam nubere tuo gnato*. Et indignationis partes exequendo ait: *Viſe, tun', an illi inſaniunt*. Sed Simo petit audientiam: & principium Deliberativae: *Auſculta*, inquit; *& quid egomet te velim, & tu quod quaeris, ſcies*. Deinde incipit ipſa petitio; primo a precibus, *Per ego te Deos oro, & noſtram amicitiam, Chreme*. Deinde ad ipſam petitionem; *Ut nuptiae fuerant futurae, fiant*. Et pulcherrime inſinuatione uſus eſt, quod in admirabili genere cauſae turpitudo auditori perſuaſa fuerat. Hic reſponſio datur ab utili: *Si in rem eſt utrique, ut fiant, arceſſi jube*. Quam quidem rem in quaeſtionis loco poſitam diſſimnlat, & fieri poſſe dicit, *Irae ſunt inter Glycerium & gnatum*. Ut contuliſſe videatur, tametſi inutiles nuptiae ſint, tamen occaſio eſt ut utiles eſſe poſſint.

23. AMANTIUM IRAE.] Hoc argumento uſus ex amore refutat ſuperiora, dicens: Quod amantes per iram reconciliati, numquam ſe deſerunt, ſi ſe ante perfecte amarunt. A conſequenti quid fieri poſſit providens, procedere tentat, dicens: *Dum tempus eſt*. Et per χαρακτηρισμὸν, id eſt informationem futurorum, quid conſequens ſit dicit, ab utili: *Chreme* autem vocativus Graecus eſt.

33. QUR SCIS ERGO, NISI PERICULUM.] *Periculum* eſt tentamentum. Ut Cicero, [in Q. Caecil. 8.] *Quando tu tui periculum feciſti*. Item ipſe in Eunucho: *Fac periculum in literis*. Et eſt παλιλογία, quae ſit quando nomen repetitum vehementius ſignificat. Ut, *At iſtuc periculum in filia*. Nam iſtud nomen per metonymiam adjectum eſt: quia in periculis multa tentamus.

36. SI EVENIAT DISCESSIO.] Id eſt, ſi fiat divortium. Nam, *Quod Di prohibeant*, parentheſia eſt.

37. QUOT COMMODITATES.] His partibus utilitatis & honeſtatis compulſus Chremes, qui negaverat filiam Pamphilo traditurum, & amicitiae ratione & conditione utilitatis impulſus, promittit filiam.

42. SEMPER MAXIMI FECI.] Hoc eſt, plurimum dilexi, & maximum habui.

43. DISCORDARE INTER SE?] Hoc eſt, diſcordes eſſe. Hanc rem quum quaeſiſſet, ut veroſimile diceret, potius dixit hoc ſeſe a Davo audiſſe, qui eorum intimus videtur eſſe a conſiliis. Atque ut verum conſilium Chremeti poſſit oſtendere, & ipſum Davum evocat foras.

ACT. III. SCENA IV.

1. AD TE IBAM.] Haec Scena gratiarum actionem tenet, quod ſervus conſilia domini non fallat. Hic tantummodo qualitatis ſtatus eſt in omnibus gratiarum actionibus. Tunc & conſilium ſuum de nuptiis quid fuerit, confitetur: *Non fuerant nuptiae*. Nam antea dixerat, quo corrigeret illum: *Timui, ne faceres quod vulgus ſervorum ſolet*. Siquidem *vulgus* dixit per multitudinem, *Ut me deluderes: propterea quod amet filius*. Ubi pulcherrime αἰτιολογίαν expreſſit. *Egon' iſtuc*, qua gravitate pronunciationis, ut in εἰρωνείᾳ fieri ſolet, ille ſe abſolvit: unde dominus ei jam credit.

8. SED EA GRATIA SIMULAVI.] Alii, † *Sic malui*. Siquidem *ſimulamus* ignota, *diſſimulamus* nota. Et exponit cauſam conſilii ſui; *Vos ut pertentarem*.

10. VAH!] Interjectio eſt ex affectu admirantis vel indignantis.

12. NUM NAM PERIMUS?] Tunc primum intelligit Davus ſe malum dediſſe conſilium Pamphilo,

† *Sic malui*. Immo, *Diſſimulavi*.

philo ; ut patri polliceretur ſe uxorem eſſe ducturum.

14. Optima inquam factum !] Quoniam audito conſilio ſenis, ſervus dixerat *occidi*, interrogatus a ſene rurſus quid dixiſſet, *Optume*, inquit, *factum*. Nam ab una littera utrumque incipit verbum. Nunciatis igitur veris nuptiis, ſubjungitur adhortatio, ut perſeveret filium Davus corrigere; ne adhuc animus amore meretricis impeditus facile nuptias & patris imperium contemnat.

17. Ego vero solus.] Hae interruptiones in Terentio ſaepius poſitae, ita ſunt ſuſpendendae, ut ſeries orationis tenorem ſuum uſque ad ultimum ſervet, ſicut hic.

18. Irritatus.] Injuriis provocatus.

19. Mirum ni domi.] Ex hoc declarat non eſſe illum apud meretricem, ideo mirandum eſt, ſi non domi eſt.

20. Dicam itidem.] Adſimiliter, & eſt adverbium qualitatis. Remanſit ſervus cognito conſilio domini, & ſecum loquitur, ſe jam eſſe periturum, quod eventus aliter ceciderit, quam ipſe conſilium non recta calliditate ſuſceperit. Ita ſecum loquitur haec: & eſt oblocutio habens quid metuat, & quid velit. Nam quid metuat hoc eſt: *Nihil eſt preci loci relictum. Jam perturbavi omnia : nihil ergo cauſae eſt, quin in piſtrinum recta proficiſcar via.*

22. Preci.] Antiqui declinabant *prex precis*: unde remanſit in uſu accuſativus & ablativus in ſingularitate, *aſtutia*, *ſcelus*, *malum*, & reliqua alia interjectiones ſunt dolentis aut iraſcentis, quando ita ponuntur.

ACT. III. SCENA V.

1. Ubi illic est scelus?] Haec Scena controverſiam tenet talem: Davus arbitratus falſas nuptias, conſilium dedit domino ut annueret patri. Unde ille exoravit ſocerum, qui ſe promiſit filiam daturum. Fit reus Davus, quod decepit dominum. Hic ſtatus eſt qualitatis venialis, in qua etſi de praeterito tempore videtur eſſe deceptus, docet nihilominus ſe ad futurum poſſe providere. Eſt igitur accuſatio haec: *Ubi illic eſt ſcelus, qui me perdidit?* Quamquam conqueſtio in principio collocata auget crimen, quod dicit, jure ſibi iſta obtigiſſe, quod ſervi conſilio uſus in periculo ſit, & non ſua ſibi ſententia ingenioque ſubvenerit.

3. Fortunas meas commisisse futili?] Id eſt, levi & vano ſervo.

4. Praemium ob stultitiam.] Hoc eſt, meritum atque poenam. Virgilius, [Aen. IX. 232.]

Rem magnam, pretiumque morae.

Et, [Aen. XII. 351.]

Illum Tydides alio pro talibus auſis
Affecit pretio.

Inultum id numquam.] Impune numquam feret, id eſt poenam ſuſtinebit.

5. Posthac incolumem.] Facile me intelligo, inquit, incolumem eſſe futuro tempore, ſi hoc malum, quod praeſens eſt, evitavero.

6. Quid ego nunc dicam?] Pamphilus modo deliberationis quaerit quid faciat, an neget id, quod jam promiſerat. Sed eſt forma non plenae Deliberativae, & propterea diviſiones integras non habet. At poſtquam Davum conſpexit, continuo proponit quaeſtionem & crimen intendit.

10. Eho, bone vir?] *Bone* ἀντίφρασις eſt. Et eſt hic accuſatio tota. At contra ille nec defendit ſe, nec purgat; ſed ſpem tantummodo pollicetur.

11. At jam expediam.] Ubi eſt paronomaſia. ſcilicet impeditum ſolvam.

12. Furcifer?] In ſervos illud ſaepe convicium dicitur: quod cum addicuntur poenae, furcam ex materia qualibet factam, ligatam collo ſuſtinent. Ut Cicero, [pro Dejot. 9.] *Quid deinde? furcifer quo progreditur?*

15. An non dixi hoc.] Ubi ait, *Ut ab illa excludar, huc concludar.* Quid meritus? crucem.] Semper pietas commovetur iratis, ſi illi qui in crimine conſtituti ſunt, ſe poenam meritos eſſe fateantur. ideirco adjecit ſervus, *crucem*. Et ab Athenienſibus haec lex fuerat conſtituta, uti damnatis poenae proponerentur, ut eligerent quam vellent: & ſi leviorem eligerent, graviore afficiebantur.

18. Namque hoc tempus.] In periculis poſito prior eſt cura proſpiciendi, quam vindicandi. Unde etiam Neptunus, cum mare cerneret eſſe turbatum, [Virg. Aen. I. 139.]

ſed motos praeſtat componere fluctus.
Poſt mihi non ſimili poena commiſſa luetis.

ACT. IV. SCENA I.

1. Hoccin' est credibile.] Haec Scena accuſationem tenet, quod Pamphilus non ſervaverit fidem. Quippe qui dixerat ſe non eſſe uxorem ducturum eam, quam amabat Charinus. Sed huic accuſationi reſpondet Pamphilus, ſe potius eſſe deceptum, neque quod fecerit, hoc feciſſe propria voluntate. Ut venialis ſtatus ſit. Accuſatio igitur generaliter coepit, quod multi homines mali de incommodis alterius gaudeant. Accuſatoris ſemper eſt, generalitate propoſita ad ſpeciem crimen adjungere. Ut eſt illud: *Nihil enim eſt, vitae res peſ-*

ſore

Digitized by Google

cere eum, qui non poſſit ſuas reddere. Deinde ſubjungitur de Caecilio: *Hic ego, Caecili, de te non dicam.* Ita & hic ſubjungitur ſpecies de Pamphilo, quod ipſe malo alterius videatur gaudere. Et eſt ſenſus: Numquid credi poteſt, quod ſit alicui tanta malitia inſita, ut non compatiatur alterius miſeriis, ſed potius gaudeat: & numquam ſe felicem credat, niſi ſit cui comparatus inſultet. Et definit qui ſit invidus. De quo Martialis: [Lib. I. Epigr. XLI. 2.]

Omnibus invideas, Livide, nemo tibi.

5. PESSIMUM HOMINUM GENUS.] Senſus eſt: Hominum genus ſemper intelligitur peſſimum, qui ſemper fraudibus vivunt. At ne quaſi contra opinionem omnium iſtam ſententiam videatur dixiſſe, quod dixerat, *verum hominum genus*, intelligens malos homines, adjecit deinde *peſſimum hominum genus.*

12. PROXIMUS SUM EGOMET.] Hoc eſt, mihi potius debeo conſulere, cum major utilitas nobis noſtra eſt, quam aliena. UBI FIDES EST.] Ac ſi interroges, ubi ſunt quae promiſſa ſunt, hoc eſt, ubi fides maneat.

13. NIHIL PUDET. HIC, UBI OPUS EST, NON VERENTUR; ILLIC, UBI OPUS NIHIL EST, IBI VERENTUR.] *Hic ubi opus eſt:* hoc eſt, cum jam debeant † complere promiſſa *.

15. ET CUM EO INJURIAM.] Cum eo conquerar de hac injuria: hoc enim ſignificat *expoſtulatio*, cum injuria ei afficitur cum aliquo quaeſtio.

16. * NIHIL PROMOVERIS.] Haec quaſi per interrogationem ponuntur. Cum ſit enim hoc conſilium Charini, ut accuſationem ingerat in Pamphilum, proponit ſibi in irritum accuſationem eventuram. Itaque quaſi aliquis dicat, fruſtra accuſaturum eſſe Pamphilum. *Si quis ergo eſt qui dicat, nihil promoveris:* tamquam reſponſio ſubjungitur verbum illud quod ſequitur, *Multum.* Hoc eſt, Multum promovero, dum meam compleam voluntatem.

18. CHARINE, ET ME, ET TE.] Hic incipit defenſio, & ſimul ſtatus venialis per imprudentiam. At Charinus perſeverat in accuſatione, per palilogiam, repetendo *imprudentiam.* Cumque Pamphilus fidem apud amicum perdidiſſet, qui ſe & a dictis & a factis nimis inſipienter egiſſe in antecedentibus reprehendit, adhibet teſtem Davum, cujus conſilio iſta fecit.

25. HABEAS.] Σύγχυσις eſt, quae fit, quando concedimus mala importune deſiderantibus: ut eſt etiam illud, *Habeat: valeat: vivat cum illa.*

27. QUID ISTUC TAM MIRUM?] Iſta, inquit, ſtultitia, & malis moribus vivis, ut juſte de te poenas captet ſervus. Hoc eſt, *exemplum capit.* Ponitur enim hoc ex poena atque ſupplicio. Ut ipſe Terentius alio loco dicit, *Uterque in te exemplum edent.*

29. ALTERCASTI.] Contendiſti, diutiſſime diſputaſti.

30. SUCCENSEAT.] Iraſcitur.

31. AERUMNAS MEAS.] Miſerias & labores.

34. COACTUS TUA VOLUNTATE.] Quia eſt neceſſitas naturalis, eſt etiam neceſſitas cum voluntate, eſt & ſine voluntate. Sed poſtpoſita naturali, de duabus reliquis hic agitur. Ait enim, quia non pater te coëgit, ſed tu *coactus tua voluntate.*

36. CUR ME ENECAS?] Cur his dictis cruciaſ?

38. DONEC PERPULIT.] Id eſt, perſuaſit.

41. QUI AUSCULTAVERIM.] Qui conſenſum hujus perſuaſionibus commodaverim.

44. EHO, DIC MIHI.] Stultum admodum, Dave, & contrarium domino dediſti conſilium; namque ſi inimici Pamphilum vellent uxorem ducere, non aliud conſilium darent, quam quod tu dediſti. Uti cum videres eum alterius amore retineri, cogeres tamen ut promitteret patri uxorem eſſe ducturum.

46. DECEPTUS SUM.] Cum non habeat purgationem ſervus, confitetur de peccato, tamen promittit aliquid ſpei, ut periculum poſſit evadere.

47. HAC NON SUCCESSIT.] *Succedere* dicitur, cum bene aliquid provenit.

48. NISI ID PUTAS.] Niſi credis, inquit, exinde jam †† ne bonum conſilium reperiri non poſſe, quia primum contrarius decepit eventus.

50. CREDO, SI ADVIGILAVERIS.] Colligit Pamphilus conſilia Davi ad hoc proficere poſſe, ut mala duplicata geminentur. Et eſt *παρηχησμός.*

52. PRO SERVITIO DEBEO.] Ut corpus quod in ſervitio eſt, debeat ſervientis officium: animus vero numquam a ſervo quaeri debeat: Ita conſilium quod dedi parum ſi provenit, debes ignoſcere. Hoc cum dominus audiſſet, petit ut ſibi praeterita fortuna reſtituatur.

58. RESTITUE, QUEM A ME ACCEPISTI, LOCUM.] Quoniam ſervus dixerat: Si conſilium meum bo-

C num

† *Complere promiſſa* * Mſ. alter: *Complere promiſſa. Ubi enim opus quo ipſa promiſſio eſt.* Alter multa omittit.
‡ * NIHIL PROMOVERIS. Mſ. alter: ATQUE ALIQUIS DICAT: NIHIL PROMOVERIS.
†† *Ne bonum conſilium reperiri.* Forte: *Me bonum conſilium reperire.*

Digitized by Google

num non eſt, *Tuto aliud reperi*. Dominus dicit ſe utile ſibi eſſe repertutum, ſi modo in eo loco ſit, ubi fuit ante quam promiſiſſet patri. Tunc enim tuta erant omnia, neque quadam neceſſitate tenebatur, ut uxorem duceret. Nunc autem quia coactus a ſervo eſt, non poteſt jam negare, quod pollicitus eſt.

60. Nihil ad te.] Hic diu inquirentem ſervum, & vana ſibi colligentem caſtiga: adoleſcens. Inventum dabo.] Hoc quod quaeris jam inveniam, & conſilio tibi eum locum reſtituam, quem antea tenebas.

ACT. IV. SCENA II.

1. JAm, obt ubi.] Oportune in hac Scena incerto adoleſcenti & anxio plane quod agat, interponitur Myſis ancilla, cujus aſpectu & commemoratione facile animus in amorem inclinatus incubat, quemadmodum & ſupra diximus.

2. Anime mi.] Comicum nomen blandientis.

4. Orare jussit.] Παρέλλειψις, cum praetermittentes quaedam nihilominus dicimus. Nam praetermiſſo nomine Glycerii ait, *Orare juſſit*, quia ſuperfluum eſſet, ſi nominaret eam.

5. Videre ait te cupere.] Hoc per affectus neceſſitatem. Hoc utique Myſis egit, uti adoleſcens amore rurſus incitatus exilleret. Integrascit.] Renovatur.

8. Potuerat quiesci.] Charini perſona iſtud dicit, Quam facile quieſci potuerat, in nuptiis, ſi Davus non tale domino tradidiſſet conſilium, ut ducturum ſe promitteret?

9. Age, si hic non insanit.] Si dominus meus, inquit, ſua ſponte non iraſcitur, tu Charine impelle & coge. Aedepol ea res.] Myſis reſpondet ad id, quod Pamphilus fuerat ſuſpicatus; quod Glycerium idcirco ſe advocet, quod nuptias futuras eſſe audivit. *Ea*, inquit, *res eſt*. Haec cauſa eſt miſerae ad dolorem.

11. Per omnes tibi adjuro.] Sic ſemper hi, apud quos jam periit fides, cum argumenta deficiunt, per jusjurandum ſibi in probationem ſuccurrunt. Ut eſt Sinon apud Trojanos, qui cum ſibi ex captivitate parum credi intelligeret, jusjurandem adhibuit. [Virgil. Aen. II. 154.]

> *Vos, aeterni ignes, & non violabile veſtrum*
> *Teſtor numen, ait.*

12. Non, si capiundos.] Hoc ex generalitate concluſit,

13. Valeant.] Ἀκυρολογία, id eſt, pereant.

14. Qui inter nos discidium.] Id eſt, divortium.

15. Non Apollinis.] Παραβολὴ: ſiquidem eſt rerum genere diſſimilium.

19. Quis videor? miser.] Quoniam ſecundum conſilium, quod Pamphilus poſuit, tale eſt, ut dixerit patrem ſe non timere, ſi intellexerit quod ipſe fecit, ne nuptiae fierent. Idcirco & quaeſivit ipſe qualis futurus eſſet ex hoc conſilio, & reſponſum eſt ei, *Miſer aeque, atque ego.*

20. Hoc ego tibi.] Quia ſpem habere poſſe cognoſcitur, quod ipſius opera futurum ſit, nuptiae ne fiant. Ideo dixit, *conſilium quaero.*

22. Dies hic mihi.] Davus ſervus cum conſilium quaereret, ut proferat, ipſe ſibi repperit argumenta, ut dicat diem ſibi vix poſſe ſufficere, ut compleat de narratione conſilium. *Vereor* autem eſt, timeo: & tali verbo junctum pro *ne* accipitur.

24. Amolimini.] Diſcedite. Nam *molior* eſt conor vel excogito: unde *amolior* & *demolior*. *Molo* vero, eſt molam verto.

26. Narrationis incipit.] † Davus volens Charinum depellere, quo celerius quae eſſent agenda compleret, aſtute interrogavit, cum omnes irent, *Quid tu? quo hinc te agis?* Non enim vere audire voluerat, ſed tantum impedimentum ad interrogationem diſcederet. * At ille tamquam interrogari ſe credens, coeperat neſcio quid narrare, cum dixit: *Verum vis dicam?* Unde iratus vehementer Davus, quod ſibi neſcio quid narrare vellet, cum hoc aſtute dictum fuerat, ut diſcederet. *Immo narrationis incipit initium.* Cum jam enim diſceſſionem tuam complere debueris, neſcio quid narrare coepiſti.

27. Tu impudens, non satis.] Scit Davus quid petierit Charinus a Pamphilo, & idcirco impudentem appellat, quod amplius petat quam ante deſideravit, *Saltem aliquot dies Profer, dum proficiſcar aliquo; ne videam.* Verumtamen ſtat Charinus conſilium expetens, non tantum ut differat nuptias, ſed ut ipſe ducat uxorem. Hinc ſequuntur interruptiones quam plurimae.

ACT.

† *Davus volens.* MS. alter: *Davus ſervus domino diſcedente cum animadverteret Charinum etiamnunc ſtantem, volens eum depellere.* Mox lacunae ſignum nullum. Alter, ut edidit Lindenbr. niſi quod omittit illa: *Sed tantum impedimentum ad interrogationem diſcederet.*

Digitized by Google

ACT. IV. SCENA III.

1. NIHILNE ESSE.] Haec Scena compoſitionem doli habet, quem Davus domino futurum eſſe praedixerat: ſcilicet a mulieribus puerum ante oſtium collocandum, quo viſo Chremes Pamphilo filiam ſuam non daret. Ac primo conqueritur Myſis, quod Pamphilus, qui promiſerat ſe ducturum Glycerium, jam incertam habeat voluntatem. *Proprium* dixit perpetuum & fixum, ut Virgil. [Aen. IV. 126.]

propriamque dicabo.

Et, [Aen. III. 85.]

Da propriam, Tymbraee, domum.

2. SUMMUM BONUM.] Hoc eſt, ſummum & bonum amicum & amatorem.

4. EX EO NUNC MISERA.] Ἀντονομασία eſt, quod dixit *hera*, & *miſera* ab animo & extrinſecus. Ubi eſt argumentum a minore ad majus. Unde ſequitur:

5. FACILE HIC PLUS MALI EST, QUAM ILLIC BONI.] Scilicet in relinquendo, quam in amando. *Laborem* vero pro dolore; ſicut *periculum* pro tentamento.

8. EXPROMTA MALITIA.] Id eſt, manifeſta calliditate opus eſt & aſtutia.

11. EX ARA HINC.] Romanis omnibus mos eſt in atrio, hoc eſt in veſtibulo, habere Veſtam (quippe cum inde *veſtibulum* nominarint) cui ſacrificium cotidie facerent. Illic ei fuerat collocata ara; idcirco dictum eſt, *Ex ara ſume hinc verbenas tibi.*

14. UT LIQUIDO POSSIM.] Ut pure, inquit, & manifeſte poſſim, jusjurandum adhibere, me puerum non expoſuiſſe.

15. NOVA NUNC RELIGIO.] Subito, inquit, religioſus effectus es. Et eſt σαρκασμός.

ACT. IV. SCENA IV.

1. REVERTOR, POSTQUAM.] Haec Scena dolum complet, & habet ſubtilem cauſam & orationem, in qua aliud dicit, aliud intelligi vult. Quippe Davus in hoc toto conſilio conſtitutus eſt, uti prodat Chremeti, quod Pamphilus ita Glycerium diligit, ut eam pro uxore habeat. Siquidem ex ea ſuſceperit filium. Qua re cognita, a nuptiis Chremes poſſit abſcedere.

3. UBI ILLIC EST?] Cum vidiſſet Chremetem venire, diſceſſit prope, repentinum ſimulaturus adventum. Ideo nunc interrogata mulier quaerit ubi ſit.

5. DI VOSTRAM FIDEM!] Quaſi nunc Davus veniat, aliam orationem fingit, de multitudine populi apud forum litigantis, quod cara annona ſit. Et jocunde ſubjungit, *Quid dicam aliud, neſcio.* Haec enim repentina vox ſuſcepta eſt, qui adventus ſimularetur.

9. AU, MYSIS, PUER HIC?] Diſſimulat omnia, ut & Chremetem non videre videatur. *Au*, interjectio eſt iraſcentis.

12. CONCEDE AD DEXTERAM.] Id eſt, tranſi. Levi hoc voce pronunciandum eſt.

13. DELIRAS?] Ideo haec Myſidis praeciſa oratio eſt, quia jam coeperat indicare, quod ipſe Davus puerum attuliſſet. Pro quo ſtatim Davus interpoſuit orationem, comminans, VERBUM SI MIHI UNUM, PRAETERQUAM QUOD TE ROGO, FAXIS, CAVE.] *Si* pro ſiquidem: *Cave* autem, pro, vide ne. Et quia illa ſenſit indignationem, ait, *Maledicis?*

15. UNDE EST? DIC CLARE.] Ut ſenex poſſit audire. A NOBIS.] Obſcura reſponſio. Et metuit Davus, ne ſenex ſciat, unde ſit illa mulier, quae dixit *a nobis.* Idcirco ipſe eam indignatione ridens, qua manifeſtior fieret, adjecit:

16. MIRUM, SI IMPUDENTER MULIER FACIT MERETRIX?] Argumentum eſt a cauſa ductum, per ironiam: ut indicaret hanc eſſe meretricis. Id quod continuo Chremes agnovit, & ſubjecit:

17. AB ANDRIA EST ANCILLA HAEC, QUANTUM INTELLIGO.] Hoc eſt, a Glycerio, quae Andria eſt.

18. ADEON' VIDEMUR VOBIS.] Fingit Davus iracundiam & accuſationem, nova ſane locutione, *in quibus ſic inludatis?*

20. PROPERA ADEO PUERUM.] Imperat uti ab janua puer, qui ibi poſitus, auferatur. Verumtamen poſt ſubmiſſa voce, ne Chremes audiat imperat Myſidi, ut maneat, nec e loco recedas. Nondum enim fuerant Chremeti cuncta patefacta. Quia puerum eſſe ante aedes a meretrice poſitum, ſolum fuerat indicatum, nec dum quod is puer Pamphili filius eſſet. Denique praeparat illam rurſus interrogationem.

24. CUJUS VERO PUERUM HIC APPOSUISTI? DIC MIHI. MITTE ID, QUOD SCIO.] Quia obſcure reſponderat interrogata Myſis, cujus puer eſſet *tu neſcis.* Ut facilius Chremes audiret, reſpondet Davus:

25. OMITTE, QUOD SCIO: QUOD ROGO, etc.] Denique cogit ad apertiorem expoſitionem. Nam cum illa dixiſſet *veſtri*, & nunc interrogat, cujus, *noſtri?* ut ad nomen proprium veniretur, quod illa continuo dixit: *Pamphili.* Poſt iratus Davus quaſi & nomen repetit, ut duplicatio vocis Chremeti plenius rem indicaret.

29. EGO HERI VIDI AD VOS.] Aſtute & callide Davus mendacium eſſe dicit, quod puer a meretrice ſit ſuppoſitus.

30. CANTHARAM SUFFARCINATAM.] *Suffarcinari* dicitur, quaſi farcina aliqua fulciri. Siquidem *farcio farſi*, & *farcinor fartus*: unde *ſuffar-*

cinor facit. Et *cantharam ſuffarcinatam* dixit, quaſi corbem ſupponendo puero repletum.

32. In parturiendo aliquot adfuerunt.] Sic enim confirmatur partus, cum liberae praeſentes ſunt, quae poſſint dicere teſtimonium.

33. Ne illa.] Pro valde illa. vel *illa ne*, id eſt, numquid illa? per ſoloeciſmum, immutato ordine.

36. Nunc adeo, ut tu sis sciens.] Quoniam omnia quae indicanda fuerant, patefacta ſunt Chremeti, vere imperat & minatur, ut puerum ab aedibus auferat. Sed haec omnis oratio ſuperior illud egit, ut ad diſturbandas nuptias Pamphili pater doceretur, & amor commendaretur tantummodo; non tamen ut omnino Chremes ſe crederet expulſum.

ACT. IV. SCENA V.

1. IN hac habitasse.] Haec Scena percontationem tenet, ubi Chryſis habitet. Habet tamen Deliberativae formam. Nam Crito ſobrinus eſt Chryſidis, qua mortua ad eum lege hereditas pertinebat. Deliberat ergo an ad eandem hereditatem aſpiret, maxime cum ſciat, Glycerium ſororis loco habitam eſſe: eamque eſſe jam adoleſcentulam. Haec igitur Deliberativa in eo quod audierit mortuam Chryſidem, puellam vero & nunc necdum parentes ſuos hic cognoviſſe, quam conſtat eſſe Atticam civem. Continuo tractat articulos honeſti & utilis, dicendo: *Haud auſpicato huc me appuli*. Hoc eſt, non recte neque bono omine huc veni. Siquidem quae ſoror dicta eſt Chryſidis, & nunc parentes ſuos non repperit: unde non poſſum petere hereditatem. Nam ab utili ſatis pro ipſo eſt, cum dicit, *Nunc me hoſpitem lites ſequi*. Huc accedit quod jam illi eſt defenſor aliquis vel amicus, vel maritus, contra quem peregrinum hominem litigare videtur eſſe difficile. Concluſit ab honeſto: *ipſam* praeterea *deſpoliare non libet*. Boni viri perſonam merito ſuſtinet & honeſti hominis. Sed quoniam meretricis affinis eſt, ne aliquid criminis in ſe redundet, in eo quod ſibi juncta eſt ſanguine, accuſat illam, quod *inhoneſte optavit parere hic divitias*.

5. Sed quos percunter?] *Percontatio* namque eſt apud Dialecticos inquiſitio, cui reſpondetur aliter, quam eſt illa reſponſio: ubi aut *eſt* ponimus, aut *non*. Haec enim interrogatio dicitur. Vidiſti hominem? neceſſario reſpondemus, aut vidi, aut non. At vera percontatio eſt: Ubi habitat Chryſis? huic reſponderi non poteſt aut Eſt, aut Non; ſed Hic, Illic.

8. Itan' Chrysis?] Breviter interrogationem de Chryſidis morte effecit cum dolore: & recte & ordine requiſivit, an Glycerium cognoverit ſuum patrem. Nam honeſte peteret hereditatem, ſi illa jam civis cognita videatur.

13. Numquam huc tetulissem pedem.] Id eſt, numquam veniſſem. Et *tetuliſſem* dixit per prothesin. eſt enim *ferre*, ire & proficiſci: ut Virgilius, [Aen. II. 657.]

Mene efferre pedem, genitor.

14. Semper ejus dicta est haec.] Quo magis difficile eſſe oſtendat hereditatem petere, adjecit quod haec *ſoror & dicta eſt, & habita*: unde jure in hereditate Chryſidi ſuccederet.

16. Facile atque utile.] Hic & an fieri poſſit tractabat, & an expediat: quod utique Deliberativae e partibus dicitur.

10. Grandiuscula.] Argumentum eſt ab aetate.

22. Perpol, antiquum obtines.] Scilicet morem. Id eſt, ſine dubio ſic loqueris, quemadmodum antiquorum hominum mores ſunt. Pol autem, juratio eſt per Pollucem, quomodo *Hercle*, *Mecaſtor*.

ACT. V. SCENA I.

1. SAtis jam, satis.] Chremes Simonem reum injuriarum facit, quod eo uſque perſuaſione duxerit animum ejus, ut ad periculum deveniret: quippe qui coëgerit ſe filiam dare ei adoleſcentulo, qui non ſolum amicam haberet, verum & peregrinam neſcio quam pro uxore retineret, & ex ea filium ſuſcepiſſet. Huic reſponſio fit & ſtatus conjecturalis, falſo illud eſſe, neque adoleſcentem habere illam pro uxore, neque talem illum eſſe filium: ſed meretricem ad diſturbandas nuptias illa cogitaſſe. Spectata jam satis amicitia.] Probata, inquit, olim eſt amicitia mea, jam deſiſte amplius calamitatis imponere, uſque ad periculum cuſtodita familiaritate perveni.

3. Dum studeo obsequi tibi.] Haec omnis accuſatio eſt. Dum obſequor, inquit, tibi, jam & filia mea periclitari coepit.

4. Immo enim nunc maxime.] Generalem enim ſupra poſitam accuſationem parum intellexerat Simo: & idcirco ſe convertit ad preces, ut hic Chremes potius in promiſſionibus perſeveret, & quod verbis ante dixerat, ipſa compleat veritate.

6. Vide, quam iniquus sis.] Supra generaliter Chremes accuſaverat, nunc deſcendit ad ſpeciem. *Vide, quam iniquus ſis prae ſtudio, dum id facias, quod velis: Neque modum benignitatis, neque, quid me ores, cogitas.* Cupiditatis, inquit, ſtudio, & ardore nimio voluntatis, non animad-

madvertis benignitatis modum: vel quod poſtulas diligenter intelligis ac cogitas.

9. Perpuliſti me.] Hic eſt omnis aperta illa accuſatio, quae ſummam continet omnium ſactorum: & eſt συνδιασμός, qui fit cum bona malis conferimus. Adoleſcentulo.] Cui lubrica aetas varium dat ingenium.

10. In alio occupato amore.] Qui amet alteram. Abhorrents ab re uxoria.] Qui uxorem nolit ducere.

11. Filiam ut darem.] Huic adoleſcenti amanti, invito uxorem ut darem coëgiſti filiam: cum futurae ſeditiones eſſent, cum incertae nuptiae. quippe ille amore meretricis cotidie ſeditiones faceret, & neque certas nuptias perimpleret. Exequitur deinde quanta calamitas filiae eſſe potuiſſet, ſi adoleſcenti amanti illa traderetur. Verum haec quoniam ſciens ante promiſerat Simoni, levia ſunt. Haec eſt omnis accuſatio, quod jam idem adoleſcens ex meretrice ſuſcepit filium. Unde omnino fieri non poteſt, ut ei filiam ſuam Chremes tradat uxorem.

13. Impetraſti: incoepi.] Ut darem filiam amanti filio tuo *impetraſti*, & *coepi*, dum res paſſa eſt. Nunc non fert. feras.] Quidam ſic diſtinguunt, ut dicant: *Nunc non fert*, ſcilicet res ipſa jam non ſuſtinet: ex perſona Simonis. ſubjungitur *feras*, quaſi dicat, ſuſtineas. Cui reſpondet, quod jam omnino ferri non poteſt, quod illa civis dicatur, quod filius natus.

15. Per ego te Deos oro.] Hic incipit defenſio ſecundum conjecturalia argumenta, uti falſo eſſe doceat ea, quae ad accuſandum ſunt collocata: Ut ne illis animum inducas credere.] Facit autem argumentum a perſona, quippe cum meretrix ſit. Deinde a cauſa: quod illis utile eſt, Pamphilum *eſſe quam deterrimum*, & per ἐπιτροχασμὸν exequitur, cur id fiat.

17. Haec sunt ficta, atque inventa.] Quae cauſa ſi auferatur, cum duxerit Pamphilus uxorem, dimittet haec omnia, & a propoſito deſiſtet.

19. Erras.] Jam hic probatio eſt, vera eſſe illa, quae Simo dixerat falſa, quod viderit Davum jurgantem cum ancilla. Et ne ſimulatio eſſet, adjecit, *vero ſe voltu* vidiſſe. Et ne vultus ad veritatem fuerit compoſitus, adjecit:

20. Cum, ibi me adesse, neuter dum praesenserat.] Cum, inquit, neque Davus, neque Myſis ſciret me eſſe praeſentem.

21. Credo.] Redit rurſus ut neget vera, quae erant dolo ficta.

ACT. V. SCENA II.

1. Animo nunc jam.] Davus egrediens de domo Glycerii, gaudet quod laeta ſint omnia ſuo praeſidio, & ejus hoſpitis Critonis, qui advenit. cujus indicio ſcit illam civem eſſe Athenienſem. Verum haec Scena tantummodo iram continet domini commoti: quod Davus, de domo Glycerii exiens, continuo in piſtrinum mittitur. Hoc enim ei futurum ante promiſerat, cum dixit: *In piſtrinum, Dave, te dedam ad necem; Si ſenſero quidquam in hiſce te nuptiis Fallaciae conari.*

3. Adventum, tempus.] Pro, ad tempus ventum, id eſt, veniſſe. Et ſingula ſunt pronuntianda.

4. Rei in vado.] Hoc eſt, in tuto ſunt jam univerſa. *Vada* enim ſunt loca humilia. * †.

6. Omnia jam parata.] Diſſimulat ſervus domino viſo, & dicit ad nuptias cuncta diſpoſita eſſe.

7. Bene sane: id enimvero.] Recte, inquit, dicis: hoc enim ſolum jam deeſt, ut ipſa puella debeat evocari.

8. Quid istic tibi?] Interrogatus Davus quare domum Glycerii intraſſet, non cur, ſed quando reſpondet.

9. Modo introii.] Ideo Simo adjecit: Quasi ego, quam dudum, rogem.] Quaſi ego interrogem, quam dudum ſis ingreſſus.

10. Cum tuo gnato una.] Conturbatus ſervus, quoniam ſe defendere non potuit, a domino conſtringitur.

24. [Quadrupedem constringito.] Hoc eſt, ita eum [& nodis] & vinculis colligato, ut quadrupedem [facias,] cum ejus manus retrovertens compedum ligaturis efficias, quaſi quadrupedem. Quidam hoc aliter: quaſi dominus iracundiam ſuam derivaverit, & leni voce dixerit, ut non ipſum ſed jumentum aliquot alliget. Et confirmant ex eo, quod conquerenti Pamphilo non recte Davum vinctum; reſpondit Simo: *Haud ita juſſi*, ſed ſuperior ſenſus eſt melior.

ACT. V. SCENA III.

1. Quis me volt?] Haec Scena venialem ſtatum habet. Accuſatur enim a dictis, a factis, ab habitu faciei: quod peregrinam meretricem velit uxorem ducere. Sed purgat ſe, ut neceſſitate compelli poſſit. Nam inſe-

† In Mſſ. lacuna nulla.

inſerit ut noſcatur, qood Crito dicat ſe ſcire, civem eſſe Atticam Glycerium. QUIO AIS, OMNIUM!] Iracundiae familiare hoc eſſe ſaepe dictum. Hic interceſſit Chremes & dixit:

2. REM POTIUS IPSAM DICITO.] ††, Omiſſis maledictis. Taotum filio crimen inteotat. Accuſatio incipit.

6. NUM COGITAT QUOD DICAT? NOM FACTI PUDET?] Deinde defenſio a precibus.

11. ME MISERUM!] Tota rurſus accuſatio ſupponitur factis praeteritis, quod diu amaverit meretricem: a praeſeotibus, quod jam uxor ſit, quod ſuſceptus filius. Deinde concluditor accuſatio per *σύγχυσιν*, *Immo valeat: habeat: vivat cum illa.*

18. MI PATER.] Ex nomine benevolentiam comparat. Deinde petitur audientia. poſt ſubjungitur narratio, in qua eſt venialis ſtatus.

25. EGO ME AMARE HANC, CONFITEOR.] Quamquam incidit veluti diffinitivus ſtatus. ID PECCATUM EST.] Quaeritur enim, An amor crimeo ſit? Petit veniam ſic:

26. TIBI ME, PATER, DEDO.] Exponuntur duae partes: una ex voluntate, altera citra voluntatem.

27. VIS ME UXOREM HANC DUCERE? VIS AMITTERE?] Concluditur cum affectu, *Ut potero, feram.* Hic enim oſtendit, ſe nihil aliud velle, niſi ut eam uxorem ducat. Inſinuatur & illud, quod ſupra diximus, ut Crito quod nunciat audiatur.

31. QUID VIS CUPIO, DUM NE AB HOC ME FALLI COMPERIAR, CHREME.] Pati omnia volo, dummodo non cognoſcar ab hoc me falli.

32. ‡ PAULULUM SUPPLICII.] Adverbia freqoenter fiunt nomina . . . accipiuntur, ut *paululum* & *ſatis*. Horatius, [Carm. I. 2. 1.]

Jam ſatis nivis miſit pater.

Et eſt diffinitio a cauſa, id eſt a filio cui ſemper indulgere convenit.

ACT. V. SCENA IV.

1. † MITTE ORARE.] Haec Scena cognitionem habet puellae, quod civis Athenienſium ſit, ut omnis error in Comoedia ſolvi poſſit. Senes igitur duo ſunt, Chremes & Simo . . . . . . etiam Pamphilus & Crito egreditur, ... Pamphilo ut diceret Athenienſem civem . . . . dicit autem juſtum eſſe ac propterea . . . . ride eo quod verum eſt, & quid meretur . . . . jam Glycerium digna ſit. Ita ſe . . . . pelli ut illuc faciat unde . . . . rogari.

4. ATHENAS, INSOLENS?] Id eſt, non ſolitus venire Athenas. Unde Cicero: [Pro R. Dejot. 2.] *Moveret & loci inſolentia.* Alioquin *inſolens*, ſuperbus dicitur.

7. TUN' HOMINES.] Hoc verſu antitheton eſt, id eſt, compoſitum ex contrariis.

8. IMPERITOS RERUM.] Hoc eſt, in rebus imperitos tuis dolis in perſuaſionem deducis.

9. EORUM ANIMOS LACTAS?] Eorum ingenia fallis & decipis: hoc eſt enim *lactare*, quaſi conſuto nutrimento decipere. Vel *jactas*, per hypallagen, id eſt, io jactationem & ſuperbiam mittis.

10. MERETRICIOS AMORES.] Efficis ut meretrices fiant uxores.

11. METUO, UT SUBSTET HOSPES.] Vereor, inqnit Pamphilus, ne patris ſermone hoſpes Crito territus, oon poſſit reſiſtere fortiter.

16. SYCOPHANTA.] Calumniator. Hoc verbum eſt ab his, qoi apud Athenas accuſabant eos, qui cum ficu frumenta extra civitatem ferebant.

18. MOVEO, ET CURO?] Hoc eſt, iſta facile contemno. TUUM MALUM AEQUO.] Calamitatem tuam, Simo, & quodcumque tibi accidit, aequo animo ferre debes, neque alteri maledicere.

20. ATTICUS QUIDAM FUIT.] Narratio incipit ad cognitionem.

23. ITA VERO OBTURBAT?] Ita ſcilicet interloquitur.

27. RHAMNUSIUM SE AJEBAT.] Locus eſt prope Athenas.

28. ALII IN ANDRO.] Ne parum ſibi fides haberetur, alios id cognoviſſe adſerit. UTINAM ID SIT.] Chremes poſteaquam audivit nomen fratris ſui, qui Phania fuit, ſuſpicatus eam puellam, quae cum illo navigaverat, filiam ſuam, ideo dicit: *Utinam id ſit*, inquit, *quod ſpero.* Et interrogat an ille Phania filiam ſuam diceret. Quod cum audiſſet, confirmavit diceodo, *certe mea eſt.*

30. ARRIGE AURES.] *Κακέμφατον* eſt. Significat tamen, inteode auditum: votiva enim ſunt quae nuntiantur.

31. ILLE, FRATER MEUS.] Implet quod errorem fecerat, ut doceat filiam ſuam.

34. COMMOTUS METU.] Metum de praeterito intelligimus, qui tamen adhuc manet. Denique ordine fecit. Nam poſt metum ſpes collocata eſt: quae boni imminentis eſt ſemper. Deinde adje-

†† *Omiſſis.* Forte rectius: *Omiſſis maledictis, tantum filio crimen intenta.*
‡ Haec integra Nota abeſt a Mſ. utroque.
† Initium hujus Scenae in Mſ. altero lacerum; in altero eaedem lacunae, quae in editis.

adjecit confirmatum bonum, quod dixit, *gaudio.* ipſumque totum ſuppoſuit : *Mirando hoc tanto, tam repentino bono.*

36. Nae istam multimodis.] *Nae*, id eſt, valde. ut, *Faciunt, nae intelligendo, ut nihil intelligant.*

37. Scrupulus etiam.] Sollicitudo & quaſi quiddam quod animum compungat. *Scrupuli* dicuntur lapilli admodum leves & parvi. Unde *ſcrupeam ſpeluncam* Virgilius [Aen. VI. 237.] dixit, hoc eſt, lapillis aſperam. Ponitur ergo *ſcrupulus* pro dubietate, per metaphoram. Dignus cum illa tua.] Σαρκασμός.

38. Nodum in scirpo.] *Scirpum* dicimus herbae genus, ut eſt juncus; qui omni levi corpore, longitudinem ſuam aequali parte cuſtodit. ut dixit in Eunucho: *Reddunt curatura junceas.* Ergo hoc dixit : Rem quae omnino eſſe non poteſt, nimia ſollicitudine & cura inquiris.

40. Egone hujus memoriam.] Pamphilus ſcit nunc quod quaeritur. Nam ab ipſa Glycerio frequenter audivit, quali nomine vocaretur. Idcirco ait, non pati ſe Critonis memoriam voluptati ſuae obſtare, cum ſibi ipſe auxilium ferre poſſit, nomen ſuggerendo, quod audierat.

44. Quid restat, pater?] Illud ſignificat ut eam ducat uxorem, & ſibi hoc permittat pater.

46. Nil mutat Chremes.] Ut neque conditionem novam ferat, & omnia quae ejus fuerunt, habeat.

47. Nisi quid pater.] [Hic intelligi vult Chremes, nihil ſe de bonis Glycerii ablaturum, ſed quaerere, ne amplius quid velit.] Nempe hoc verbo indicat [dotem, & quaſi manu] veſtis tangatur, ita intelligi debet, ut dotem expetere videatur. Ideo adjecit ſcilicet, [plus quam] intellexit. Nam antiquitus dos dabatur a patre puellae. Eſt [autem] dos quo ſe conjuges more antiquo [coëmunt] qua coëmtione materfamilias dicitur.

[48. Decem talenta] Talentum eſt magnum pondus cujuſlibet metalli.]

52. Non recte vinctus.] Probatum eſt Davum non eſſe mentitum: qui neſcio quem dixerat veniſſe, qui ſciret Glycerium civem eſſe Atticam. Ideo dixit Davum non recte vinctum, quia non falſa enuntiaverit. Haud ita jussi.] Hoc eſt, non vehementer ligari juſſi.

ACT. V. SCENA V.

1. Proviso, quid agat.] Haec Scena *Charini* adventum tenet, ut & ipſi laetitia generari poſſit ex cognitione. Si enim Pamphilo Glycerium datur, dari poteſt ipſi Philumena quam diligebat, quae Pamphilo offerebatur. Aliquis forsitan.] Laetitiae plenus Pamphilus, forſitan, inquit, putet alius me hoc, quod mihi contigit, verum non credere. At vero ſic eſſe, ego hoc vero credo & gaudeo, ut *Deorum vitam propterea credam ſempiternam, Quod eorum voluptates propriae ſunt.* Ergo quemadmodum intelligo, hoc verum *ut mihi immortalitas parata ſit, ſi nulla gaudio aegritudo intercesserit.*

6. Sed quem ego.] Adoleſcentum iſte affectus eſt, velle indicare gaudium. Unde in Eunucho Chaerea : *Sed neminemne curioſum intervenire nunc mihi?*

ACT. V. SCENA VI.

2. Nescis quid mihi obtigerit.] Quo gaudium melius nuntiet, primo generaliter interrogationem proponit. *Neſcis*, inquit, *quid mihi obtigerit.* Sed Davus qui vinctus fuerat, aliquid accepit, ac reſpondet : *Certe neſcio quidem quid obtigerit, ſed quid mihi obtigerit, ſcio :* quod in piſtrinum miſſus & vinctus eſt.

3. Et quidem ego.] Quod tu paſſus ſis, Dave, ſcio. More hominum.] Famam malorum celerem nuncium omnes dixerunt : idcirco *hominum more hoc contigit, ut mali quid ego paſſus eſſem, prius ſciret, quam ego quid tibi contigiſſet.*

7. Somniat ea.] Argumentum a repugnantibus. Nam vigilare repugnat ſomniare, ſicut nigrum pallido. Charinus ergo non credit iſta omnia contigiſſe, quae Pamphilus narrat.

11. Age, me in tuis secundis.] Exhortatur Charinus Pamphilum ut auxilium ſibi praebeat. *In ſecundis*, inquit, *rebus tuis reſpice me*, habes in poteſtatem Chremetem, omnia poteſt facere ille, quae tu voles. Poſt hunc verſus ſequuntur continentes illam ſententiam, quemadmodum itum eſt ad Chremetem, quemadmodum exoratus Charino promiſerit filiam. Sed hos tollendos verſus eſſe perſuadet, quod ſequitur : *Memini. atque adeo longum eſt illum exſpectare, dum exeat.* Si enim acta ſunt iſta omnia in publico, quomodo dici poteſt, maxime cum ſequatur, *Ne exſpectetis, dum exeant huc: intus deſpondebitur; Intus tranſigetur, ſi quid*

eſt,

eſt, quod reſtet. Ergo cum legerimus primum, *Tuus nunc Chremes: facturum quae voles, ſcio eſſe omnia*, continuo debemus ſubjungere, *Atque adeo longum eſt illum exſpectare, dum huc exeat.* Ita enim integritas fiet ſenſus, ſublatis verſibus qui intus geſta retinebant. Quod vero ſequitur ω *Plaudite*, Verba ſunt Calliopii ejus recitatotis, qui cum Fabulam terminaſſet, elevabat aulaeum Scenae, & alloquebatur populum, VOS VALETE, VOS PLAUDITE, ſive favete.

Explicit Commentarius Andriae.

INCIPIT IN EUNUCHUM.

PROLOGUS.

1. SI QUISQUAM EST.] Hic Prologus habet controverſias duas: unam ex accuſatoris perſona, aliam ex defenſoris: nam & Terentius objicit crimen, & objectum purgat. In eo quod objicit talis eſt controverſia: Comoedias dedit adverſarius, in his unam, qua priori loco cauſam dicit, a quo petitur, non ille qui petit. Hoc † ita quod crimen ſtultitiae eſt, & imprudentiae. Ita ſtatus eſt qualitas. Alia controverſia eſt, qua objicitur Terentio, quae talis eſt: Graecam Comoediam in Latinam transferre licet. Eunuchum Terentius dedit Comoediam, Paraſiti & Militis. quod Plautus in ſua Comoedia habuerit, nunc Terentius in Eunucho poſuit. Reus eſt quod contra legem fecerit. Hic ſtatus primo qualitas abſoluta ex juris ratione, deinde qualitas venialis per ignorantiam. Nunc jam ſingulas ut propoſuimus, explicemus. SI QUISQUAM EST, QUI PLACERE SE STUDEAT BONIS] Controverſiae principium ſemper eſt ad benevolentiam captandam auditorum, aut a noſtra perſona, aut ab auditorum, aut a judicum, aut a rebus ipſis. Hic nunc utrumque complectitur, & a noſtra perſona, & ab auditorum. A noſtra ſic: *Si eſt aliquis, qui placere ſe ſtudeat bonis, & minime multos laedere, In his Poëta nomen profitetur ſuum.* Ab adverſariorum: *Tum ſi quis eſt, qui dictum in ſe inclementius Exiſtimavit eſſe, ſic exiſtimet.* BONIS QUAM PLURIMIS.] Quidam intelligunt, *quam plurimis bonis.* nos intelligamus extrinſecus *plurimos*, nihil aliud poſuiſſe niſi malos: boni enim admodum pauci ſunt: ita quod dixit in numero, *plurimis*, qualitatem potius declaravit.

2. ET MINIME MULTOS LAEDERE.] Duo praecepta poſuit, *placere bonis*, nec *multos laedere:* haec & hic tenuit in cauſis judiciiſque publicis. Ita ſit verſatus, ut defenderit multos, laeſerit neminem.

4. INCLEMENTIUS.] Id eſt injuſtius, acerbius.

6. RESPONSUM, NON DICTUM ESSE, QUIA LAESIT PRIOR.] Ne videatur Terentius improbam continuo maledicti ſubiſſe perſonam, quod prior laederet, dixit, reſpondiſſe potius, non maledixiſſe: hoc enim eſt quod poſitum eſt, *Non dictum. Dictum* enim Cicero de Oratore maledictum ponit, ‡ hoc eſt maledicere *dicta dicere.* Sequitur controverſia: ipſa eſt criminatio a parte accuſatoris.

7. QUI BENE VERTENDO, ET EASDEM DESCRIBENDO MALE.] Bene vertit de Graeco in Latinum: male ſcribit, male verba componit.

9. IDEM MENANDRI PHASMA NUNC NUPER DEDIT.] Aliter *Fana.* nomen Fabulae *Fana* eſt. Et bene addidit *nunc nuper*, ut crimen iſtud quod objicit, non longi temporis, ſed ut recens memoria videatur peccati eſſe.

10. SCRIPSIT, CAUSAM DICERE.] In Comoedia ſua hoc argumentum eſt: Quidam agrum vendidit. Illic habuit patrium monumentum, in quo theſauros emtor invenit. comperit venditor. in judicium venitur. utique ex ratione & ex conſuetudine prior loqui debet ille, qui petit. Petitor autem hic venditor eſt: ut ſecundo loco reſpondeat, a quo petitur, hoc eſt, emtor. At contra Luſcius Lanvinius fecit, ut prior loqueretur, unde petitur: quam ille, qui petit. Ergo propoſitio criminis collocata eſt: incipit enim ejus cauſae quaeſtio. Ac primo praeſcriptionis eſt ſtatus, poteſtque dicere Luſcius Lanvinius reprehendi non poſſum. Placuit in hac Comoedia hanc praeſcriptionem ſolvi ſic:

14. NE FRUSTRETUR IPSE SE, AUT SIC COGITET,

† *Ita quod.* Forte. *Itaque.*
‡ Hoc eſt maledicere, *dicta dicere.* Lego. Hoc eſt, *dicta dicere.* Forte autem reſpexit locum Cic. de Oratore. II. 60. *Ne, quotieſcumque potuerit* dictum *dici, neceſſe habeamus* dicere.

Digitized by Google

GITET, DEFUNCTUS JAM SUM, NIHIL EST QUOD DICAT MIHI.] Sed hanc praeſcriptionem donat, & admonet ne peccet, quam rem ſubtili accuſatione compoſuit. Ex hoc enim plus accuſatur. ſiquidem de praeteritis ſe donare promittit crimen: & monet quaſi iterum peccaturum. Simul & alia multa crimina ſe donare dicit. nunc nolle, & nihilominus † poſtea nolle maledicere, ſi tum laedat inimicus: quibus rebus & perſonam ſuam commendat, & adverſarium ad confirmandam impudentiam injecit.

19. ITA, UT FACERE INSTITUIT.] Omni enim genere laborare debemus, ut adverſarios aut in odium, aut in contemtionem, aut in invidiam ducamus. Ita enim in odium adduxit, quod dixit: *Si perget laedere ita, ut facere inſtituit.* In contemtionem, quod dixit eſſe tali ingenio, ut ignoraverit qui prior loqui in actione deberet. Subjungit deinde alteram controverſiam: QUAM NUNC ACTURI SUMUS MENANDRI EUNUCHUM, POSTQUAM AEDILES EMERUNT.] Hic a narratione incipit, quia ſupra exordium collocatum. Ergo haec tota narratio uſque ad propoſitionem criminis & quaeſtionis, quae incipit ex hoc verſu:

23. EXCLAMAT, FUREM, NON POETAM, FABULAM DEDISSE, ET NIHIL DEDISSE VERBORUM.] Pulchre primo generaliter propoſuit illam ex adverſarii perſona: ita enim oportet, ut ſpecies ſic ſubjiciatur, quae qualitatis eſt, ut diximus ſupra, de Latino in Latinum transferri non licere. Haec quaeſtio ſic proponitur:

25. COLACEM ESSE NAEVII ET PLAUTI, VETEREM FABULAM: PARASITI PERSONAM INDE ABLATAM ET MILITIS.] *Perſonam* autem hic intelligo non nomina, quod poſtea declarabo. Subjungit reſponſionem, primo quaſi quodam ſtatu finitivo, quae ſic jungit:

27. SI ID EST PECCATUM, PECCATUM HOC EST.] An hoc peccatum ſit ‡ verum donat. Hoc ad qualitatem ipſam deſcendit venialem, quam ſic proponit, *Peccatum imprudentia eſt Poëtae.* Venia enim tribus modis fit, vi, caſu, ignorantia. Cum autem *imprudentia* vel una de tribus fuerit, conjectura erit, nec aliquid animus faciet. Adjunxit ergo Terentius:

28. NON QUOD FURTUM FACERE STUDUERIT.] Haec tantum verba repromiſſionem argumentorum tenent, non veritatem. Ergo adjungit:

29. ID ITA ESSE, VOS JAM JUDICARE POTERITIS.] Quoniam diximus illa lege, ex Graeco in Latinum transferre liceat. Hoc namque dico, quod *Colax Menandri eſt.* In ea eſt Fabula de Paraſito Colace & Glorioſo Milite. *Paraſitus* autem *Colax*, id eſt, adulator: hoc enim ſignificat & *Miles Glorioſus*, apud Latinos, quod *Colax* apud Graecos. Sicut igitur ſupra diximus, inde eſt ablata perſona Paraſiti & Militis. Ergo hae perſonae in Menandri Comoedia ſunt: quod concludit.

31. EAS SE PERSONAS NON NEGAT TRANSTULISSE IN EUNUCHUM SUAM EX GRAECA.] Ergo jam non contra legem fecit, quod ex Graeca tranſtulit, quoniam & Latinae Comoediae ſunt. Redit ad venialem ſtatum, ut neſciſſe ſe dicat.

33. SED EAS FABULAS FACTAS PRIUS LATINAS, SCISSE SE, ID VERO PERNEGAT.] Sic jungitur qualitas abſoluta de juris ratione, quod licitum eſt ex neceſſitate rerum, ut nota ſimilitudo perſonas ſingulas reſervet. Hoc eſt enim quod dicit:

35. QUOD SI PERSONIS IISDEM ALIIS NON LICEAT UTI.] Haec enim ſemper neceſſitate naturali ſunt apta & inligata perſonis. Ita fit ut quicumque perſonam aliquam collocat, ejus debeat mores exprimere. Quam rem concludit:

40. DENIQUE NULLUM DICTUM EST, QUOD NON DICTUM SIT.] Sed hic res intelligamus non verba, haec quae dicunt Graeci πράγματα, naturaliter ſunt omnibus ſemper aequalia. At *dicta* verba ſunt. ſed haec controverſia eſt. Sequitur jam ratio Prologi, quam in Andriam praecepi, ut audientiam a populo petat, concludens ſimul cum veniali ſtatu Prologum.

42. QUARE AEQUUM EST VOS COGNOSCERE, ATQUE IGNOSCERE.] Ut hic eſt abſoluta qualitas per exempla, cum tacita ſit: deinde ſic audientia petitur:

44. ET CUM SILENTIO ANIMADVERTITE, UT PERNOSCATIS, QUID SIBI VELIT.] Hic jam Comoediae ipſius res poteſtatemque noſcimus.

ACT. I. SCENA I.

1. QUID IGITUR FACIAM?] Prima Scena Deliberativam integram tenet, quae talis eſt: Deliberat adoleſcens, an expulſus a meretrice, cui munera miſſurus eſt, rurſus rogatus ut redeat, revertatur. Haec igitur Deliberativa duas partes in propoſitione deliberantis continet ex utraque parte argumenta. Sed ea hic ſervus accedet, ut poſſit partem alteram perſuadere. Deliberativa utique ab honeſto eſt, & ab utili: & ab eo, an fieri poſſit, & an neceſſe ſit, ſemper dividitur. Haec igitur an ſervata ſint, conſiderare debemus. Ac propoſitio eſt primo: *Quid igitur faciam?* quae communis eſt ad utramque partem. Deinde incipit una pars: *Non eam?* Adjecit cauſam cur

 ire

† *Poſtea nolle.* Immo, *Poſtea velle.* ‡ *Verum donat.* Videtur ex ſcriptura *v. Donat.* formatum, h. e. *Vide Donatum.*

ire debeat: *Ne nunc quidem, cum ultro arceſſor?* Deinde alterius partis eſt propoſitio:

2. An potius ita me comparem.] Ab honeſto diviſio ponitur: *Non perpeti meretricum contumelias?*

4. Excluſit: revocat.] Rurſus diviſio illa in alteram partem, ex diviſione illa, an fieri poſſit, ut amator contemnat quam diligit.

5. Siquidem hercle poſſis, nihil prius, neque fortius.] Et quaſi aſſerit fieri non poſſe. Deinde adjungit ab honeſto, quod *ultro ad eam veniat.* Atque hic adjungit & ab inutili, quod confeſſus fueris. Conſideratis partibus adoleſcens concludit ad ipſam rurſus deliberationem.

11. Proin tu, dum eſt tempus.] Hic jam perſuaſio accidit, quoniam cogitatio ſuperior ex utraque parte concepta, ad integrum aequali cogitationum ratione prorupit.

12. Here, quae res.] Perſuadet Parmeno ut revertatur ad meretricem, ab eo quod fieri non poſſit, ut non revertatur. Reſpondet autem, ſe injuriam paſſum. Verum quaeſtioni opponit illud, quod ſemper amantium iſta ſit conſuetudo. Ergo primo an poſſit repugnare proponit. Quae res, inquit. Adverſus injuriam quam paſſus eſt opponitur conſuetudo, ubi ſic adſumitur:

14. Haec omnia vitia ſunt: injuriae, ſuſpiciones.] Et poſt ita concludit: *Incerta igitur haec.* Senſus eſt hic, Si ea, quae in amore ſemper varia contigerunt, ac propterea videntur incerta, tu volueris ratione corrigere, ut certa perficias, tale erit, inquit, ut *ſi operam des, ut cum ratione inſanias.* Subjungit deinde orationem iraſcentis amatoris excluſi; in qua exprimitur ira, quae numquam verba complet, quod cogitat mens. Ita poſuit, *Egone illam?* ſcilicet puniam. *Quae illum?* ſcilicet amat, & *me* excluſit. Sic enim iram exprimimus. Haec igitur moleſta jungit. Tu vero ea vitia noli cumulare, ne ſollicitudo geminetur.

25. O indignum facinus!] Ex his quae amori accidunt, & ſe & illam eſſe aliter aſſerit: *ſe miſerum, illam ſceleſtam* dicens. Cui ſervus verſus perſuadet, ut *ſe ab ea redimat, quam minimo queas pretio.* Quam etiam Bacchidem longius ſupra tranſlatione definit quid ſit, ſcilicet *calamitas noſtri fundi*, id eſt, miſeria, per ὑπαλλαγὴν, quod miſeros facit. Et quoniam ſervi perſuaſio parum profecerat circa adoleſcentis dolentis animum, quod erat excluſus, optima ratione ſubjungitur Scena, in qua meretrix ipſa eſt, cujus praeſentia, & oratio, & vultus perſuadere poſſint, ut amator injuriam ignoſcat.

ACT. I. SCENA II.

1. Miſeram me!] In hac Scena primo Controverſia eſt: dein Deliberativa. Controverſia talis eſt: Adoleſcens amator miſſurus munera fuerat, quae eadem meretrix poſtulaverat, & multa alia. cui alter amator promiſerat quamdam virginem, quae aliquando ejus meretricis ſoror dicebatur. Sed aberraverat, a praedonibus rapta & venundata. Hanc, inquam, amator alius cum promiſiſſet, meretrix adoleſcentem amatorem a ſe excluſit. Rea fit injuriarum. Haec controverſia venialem ſtatum continet: confitetur enim ſe feciſſe injuriam. Verum dicit neceſſitate, quod vellit eam puellam a milite recipere, quae ſibi ſoror antea fuerat. Et quoniam ſemper venialis ſtatus ſub qualibet purgatione conjecturam tractat, an hoc animo fecerit ſive neceſſitate, ſive alia qualibet cauſa. Hic erit tractata etiam conjectura ſimiliter, quam quidem rem breviter percurrit ipſe dicens: *Non, quo quemquam plus diligam, Eo feci: ſed ita erat res: faciendum fuit.* Haec controverſia accuſationem habet & defenſionem. Sed defenſio perſeverat uſque ad deliberativam orationem. Nam petitura eſt meretrix aliquos dies, & pollicetur haberi deinceps ſe a Phaedria adoleſcente ſuo amatore. Omnis autem petitio Deliberativam tenet. Ergo ſecundum ordinem ad ſingula revertamur. Egreditur meretrix primo. Ex hoc declarat, ſe quod fecerit, neceſſario feciſſe, dicens: Vereor ne illud gravius Phaedria tulerit, neve aliorſum, atque ego feci, acceperit.] Duo poſuit, ne factum meum aliter acceperit Phaedria, quam a me factum eſt. Propoſitionem injuriae tenuavit, non quod quaſi minus eſt ab excluſo. Non enim dixit quod excluſus eſt, ſed, *quod intromiſſus non eſt.*

5. Accede ad ignem.] Quidam intelligunt, *ad ignem*, ad amorem, hoc eſt, ad ipſam meretricem. Sed melius eſt illud, quod quidem Menander aperte dixit, Meretrices juxta domum ſuam vel in atrio ſolitas habere aram Veneris Vulgariae, cui quotidie ſacrificarent. Ut hoc ſit *accede ad ignem*, hoc eſt, ad aram. ut jocatus ſervus ſit Parmeno dicens; *jam caleſces plus ſatis.*

6. Ton' hic eras.] Optimum principium ſumſit meretrix. Cum rea ipſa ſit facti, adoleſcentem coepit arguere, quod non ingreſſus eſt.

7. Ceterum de excluſione.] Hoc ſervus dicit, quod meretrix callide loquitur. Dicit

tan-

Digitized by Google

tantum de injuria; unde intelligi licet, quod hic exeluſiouem poſuit. Quia ſervus accuſatoris animo dicit ad illa ſupra, *quod intromiſſus non eſt.*

9. SANE, QUIA HAE.] Accuſatio hic ſumit exordium; quod quanto temperamento dictum eſt? quod non ſemper ſores meretricis amatori pateant: quod rivalis ſibi praeponatur. Hoc euim dixit: *Quia ſum apud te primus.* Et cum meretrix diſſimularet totum impetum, rurſus adoleſcens accuſationes effudit.

11. O THAIS, THAIS.] Iteratio nominis accuſantis oſteudit iracundiam. UTINAM ESSET MIHI.] Seuſus hic eſt: Utinam & tu amatoris & partem mecum amoris habuiſſes. Si enim hoc fuiſſet, poſſet contingere ut in hac injuria *aut tibi doleret, ut mihi dolet:* aut mihi non doleret, ut tibi nou dolet. Hoc enim dixit.

14. EGO ISTUC AAS TE FACTUM.] Hoc eſt, factum tuum contemnerem.

15. NE CRUCIA TE, OASECAO.] Incipit defenſio, quae optimum priucipium tenuit, ut iraſcentis primum animus temperaretur. Deinde conſilio generaliter ſubjungit argumentum meretrix: ſed conjecturale. quod non hoc animo fecerit, quo alium apud ſe videatur habere potiorem. Hoc enim dixit:

16. NON POL, QUO QUEMQUAM PLUS AMEM, AUT PLUS DILIGAM, EO FECI.] Similiter ſubjungit generale aliud argumentum, ſtatus venialis ex neceſſitate: *Sed ita erat res.* Poſt meretrix conturbata oratione ſervi, petit audientiam, ut plenior origo narretur. Non tantum eaclufionem ipſius narrare debet, ſed & cauſam. Poſt principia petit audientiam: qua conceſſa, narratio incipit.

27. SAMIA MIHI MATER.] Brevitas ſemper in narratione ſervanda eſt, & iu dictione aperta verba. Ita hic & nomen, & affectum, & locum poſuimus habitationis, narrat matri ſuae datam puellam dono, a quodam mercatore ab Athenienſi civitate ſublatam. At ſe ignorare dicit, utrumne ipſa civis Athenienſium fuiſſet: tantum de civitate ſublata ſit. Adjecit illud, quod *nomen matris & patris dicebat.* Ipſum hoc proficit ad cauſam ejus rei, quam petitura eſt. Scimus euim in narratione rationem futuris quaeſtionibus collocari. Quoniam ergo dictura eſt, concedi ſibi debere aliquot dies, ut puellam recipiat, & hanc adjungit cauſam, ut ſuis parentibus reddat. *Volo enim*, inquit, *amicos ſic parare beneficio meo.* Ideo praemiſit matris nomen & patris, ut veriſimile ſit, poſſe hinc parentes ſciri, ſi nomina jam tenentur. Denique adjecit & alia ſigna. ſibi † cognitam eſſe. quia

34. MERCATOR EX PRAEDONIBUS, UNDE EMERAT, SE AUDISSE dixerit, ABREPTAM ESSE E SUNIO.] ‡ *Sunio* autem intelligit locum prope Athenas, juxta mare collocatum. Redit rurſus ad affectum, quod dicit, ſibi chariſſimam eſſe puellam, cum mater ſic eam educaverit, ut opinione populi filia diceretur. Inde narrat diſceſſum ſuum. Eacitat enim, quod cum hoſpite Athenas venerit, qui ſibi haec omnia, quae habebat meretrix, dereliquit. Quam rem quidem illa non ſine cauſa videtur adjeciſſe: ſed ut oſtenderet, quanta ſemper mercede dilecta ſit, ut adoleſcens intelligat, uon ſe maximum munus dediſſe, cum videat, tantum donari meretrici. Hoc quidem ſervus negat factum, diceus & dominum multa douaſſe. Contendit mulier ad narrationem rediens: dicit, profectum militem amatorem, adoleſcentis Phaedriae notitiam, ‡‡ ſed huuc perveniſſe. Qua in re commendat animum cum dicit: *Tute ſcis, poſt illa quam intimum habeam te: & mea conſilia ut tibi credam omnia.* Pergit igitur narrationis partes univerſas complere, quod mortua matre frater materna bona invaſerit, virginem venumdederit, & ſpecioſam & peritam artis, quod fidibus ſciret. Deinde quod eam ille amator ſuus emerit miles, quod venerit, & iraſcatur, quod meretrix coeperit alium amatorem habere. Hic intelligendum acriter illud eſt, quod †† ſupra dixit miles, te amatorem.

46. INTEREA LOCI TE COGNOVI.] Ut ideo miles puellam tanto pretio emerit, quod ſciret ſe tantum amari a meretrice. quippe cum eam ſic reliquiſſet, cum adhuc haberet uullum amatorem. Ergo conſequenter hodie iraſci miles, poſteaquam invenit meretricem cum hoc amatore. Hoc ergo adjungit:

58. FINGIT CAUSAS, NE DET, SEDULO.] Et hoc temperate oſtendit, hoc militem velle, ut praeponatur alteri amatori. * Quare acceptaſſe pollicetur munus, miles quod comparaverat douaturus.

† *Cognitam.* Forte, *cognita.* vel *cognita etiam.*
‡ *Sunio.* Immo *Sunium.* ‡‡ *Sed hunc perveniſſe.* Forte: *Adoleſcentis Phaedriae notitiam ad ſe nunc perveniſſe.*
†† *Supra dixit miles, te amatorem.* Forte: *Supra dixit militem amatorem.*
* *Quare.* MS. alter lacunam agnoſcit nullam. Alter: *Quare conceſſiſſe pollicetur munus miles. quod comparaverat donaturum.*

59. SI FIDEM HABEAT, SE IRS PRAEPOSSTUM TIBI.] Hoc eſt, ſi accipiat fidem, me † praepoſuiſſe tibi

60. APUD ME, AC NON ID METUAT.] Duo ſunt, *ſi fidem habeat*, &, *ſi non id metuat.* Quid autem non metuat? Na, UBI ACCEPERIM, SESE RELINQUAM.] Hic jam cauſas petitionis oſtendit. Hoc autem petitura eſt meretrix, ut paucos interim dies, quouſque puella dono detur, miles apud meretricem in amore praeponatur. Finita narratione concludit a ſuſpicione, neſcio quem exitum narrantis, quod idem miles jam amiſſo amore meretricis, nunc virginem diligat. Hoc enim dixit.

62. SED, EGO QUANTUM INTELLIGO, AD VIRGINEM ANIMUM ADJECIT.] Petit rurſus Phaedriam, ut paucos dies ſibi commodet, quibus prior apud ſe miles eſſe poſſit. Dicit cauſas, *quod ſoror dicta eſt: quod velit parare amicos beneficio ſuo.* Sed poſt haec iratus adoleſcens redit ad accuſationem vehementer, quo eam declarare poſſit ingratam: enumerans quae beneficia ſua, vel quae praeſtiterit, vel quae paraverit. Quibus accuſationibus meretrix victa, quo facilius adoleſcenti perſuadere poſſit, quod antea poſtulaverat, dicit ſe ei ad omnem voluptatem commodare conſenſum, ne eum aliquo offendat. Quare victus adoleſcens omnia ſe, meretrix quae vellet, facturum eſſe promittit: & monet, ut memoriam ſui nominis teneat, quidquid †† inſciderit. Et ‡ ita ſecum loquitur, quod vehementer diligat Phaedriam, neque aliquid callide fecerit, ſed cuncta ratione complerit.

ACT. II. SCENA I.

1. FAC, ITA UT JUSSI.] Haec Scena tenet prima parte mandata ſervi, ducantur ad meretricem illa dona, quae ante comparavit.

2. SATIN' HOC MANDATUM.] Aperte, inquit, dicta ſunt iſta tibi.

3. ROGITARE? QUASI.] Senſus: *Quaſi ſi quid me fugit, ſic interrogas.* DIFFICILE SIT. UTINAM ALIQUID.] Senſus: *Tam facile utinam lucri aliquid invenias, quam facile iſtud amittas.*

7. AEMULUM, QUOD POTERIS.] Mandat adoleſcens ſervo, ut munus ſuum verbis ornet, & militem meretricis ab amore diſcludat.

10. NULLUS MONEAS.] Hoc eſt, etſi non moneas. quod alio in loco ait: *Nullus dixeris: Alias ut uti poſſim cauſa hac integra.*

59. DI BONI QUID HOC?] Servus confirmatus dat conſilium domino, ut rus pergat, quia meretrici antea promiſit. Secum conloquitur conquerens fortunas domini: quae eſt allocutio ſola continens dolorem. Generaliter tractat tamen, cum non tam de domino, quam de amore conqueritur.

24. MIRUM, NI EGO.] *Mirum eſt*, inquit, *ni turpiter ego hic accipiar.*

25. CUM DECREPITO EUNUCHO.] *Decrepiti* dicuntur magis ſenes: ſiquidem longa ſenectute vix loqui poſſunt, & tantummodo fractis vocibus loquuntur, ac ſunt quaſi quaedam crepitacula.

ACT. II. SCENA II.

1. DI IMMORTALES!] Haec Scena exultationem continet, in qua nihilominus paraſitus loquitur, * cujus de moribus & perſona . . . . . . cum dixit Colax, id eſt, adulator. Nam cum paraſitorum perſonae antea his moribus eſſent, uti plagis atque verberibus riſum dominis concitarent, hic novo more artem exerceri monſtratur: ut omnia omnibus conſentiendo, hoc genus artis exerceat. Ita enim dixit, hanc novam perſonam de Graeco eſſe tranſlatam. Ergo hic mores exprimit ſuos. Et fit comparatio per qualitatem: quae melior ars in paraſito eſſe videatur: utrum illa quae plagis ac verberibus vitam turpiter continebat, an haec quae aſſentando & arridendo ipſa potius habere videatur in poteſtate dominos. HOMINI HOMO QUID PRAESTAT!] Senſus eſt: *homini ſtulto homo intelligens quid praeſtat*, id eſt, praecellit. Hoc ad Salluſtianum [Catil. 1.] accedit: *Omnis homines, qui ſeſe ſtudent praeſtare ceteris animalibus.*

3. MEI LOCI HINC, ATQUE ORDINIS.] MEI LOCI pauperem dicit, ORDINIS paraſitum.

4. HAUD IMPURUM.] Non malum. *Impuros* enim crudeles ac ſaevos appellant. unde & *ſpurcos* dicebant ſaeviſſimos. Ut Tullius †† in Gallia * *aqua ſpurce ductum commemorarent, in libera civitate.* PATRIA QUI ABLIGURIERAT.] *Abligurire* eſt, levi-

† *Praepoſuiſſi.* Lego, *Praepoſuiſſe ſe.*
‡ *Ita ſecum loquitur.* Reſtituo: *Ita Thais ſecum loquitur.*
* *Cujus.* Mſ. alter lacunam non habet. Alter: *Cujus de moribus & perſona collocavit.*
†† *In Gallia* *. Mſ. neuter lacunam habet. Alter, *In Galia.* quomodo legi in aliis, prior ſupraſcriptum habet.
‡‡ *Inſciderit.* Ita barbare ſcriptum, pro, *inciderit.*

leviter cibos ſuſpenſis quodammodo digitis tangere. Ut idem Terentins dixit de meretricibus: *Quae, foris cum coenant, ligurriunt.* Ita adjecta praepoſitione, *abligurrire*, plurimum conſumere ſignificat.

5. VIDEO SENTUM.] Miſerorum expreſſio his modis ſemper impletur, vnltu, habitu corporis, atque veſtitn. Ita veſtitus eſt quod dixit, SENTUM, ET PANNIS OBSITUM. Corporis habitns eſt, SQUALIDUM ANNISQUE OBSITUM. Vultus, AEGRUM. Sic Virgilius. [Aen. III. 593.]

Reſpicimus, dira illuvies immiſſaque barba,
Conſertum tegmen ſpinis.

Et ſupra, [Aen. III. 591.]

memorandaque cultu,
Procedit.

PANNIS ANNISQUE OBSITUM.] Obtectum intelligimus *obſitum*, unde intellectus verbi ipſius efficitur: *Pannis obſitum, & annis obſitum.*

6. QUID ISTUC ORNATI?] Ornamenta & in malis dicimus, non ſolum in pulchris & melioribus. Cum ſupra de deterioribus dixerit, ſubjecit: QUID ISTUC, INQUAM, ORNATI EST? Ipſe ſimiliter paullo poſt, cum Eunnchum mutata veſte veſtitnm videret indecore. Ut, *Ita jam adornabat fugam.* Alibi: *Ornatus eſſes ex tuis virtutibus.*

8. HIC EGO ILLUM CONTEMSI.] Hoc eſt, *Me conſiderans illum miſerum dixi.*

10. EX EODEM ORTUM LOCO?] Scilicet, quia ſnpra dixit: *Quemdam mei loci hinc, atque ordinis.*

11. QUI COLOR.] Hoc eſt quod ſupra poſitum, *Video aegrum.* NITOR, VESTITUS.] Quod ſupra dixerat: *ſentum.* QUAE HABITUDO.] Id eſt, *annis obſitum.* cum contra Virgilius dixiſſet, [Aen. III. 590.]

macie confecta ſuprema.

Hic interrogatus ille neſcio qui, cur tali habitu & miſeria eſſet ornatus, docet illam quae in paraſitis antea ‡ fuerat * ideo ſubjecit:

13. AT EGO INFELIX, NEQUE RIDICULUS ESSE, NEQUE PLAGAS PATI POSSUM.] Itaque utrumque quod in diſciplina fuerat, brevi reſponſione concludit, quod & *ridiculus* antea fuerit & *verberatus.* At contra Colax paraſitus, quod nunc melius artis genus paraſitorum eſſe videatur, idque dicit a ſe primum inſtitutum. Propterea quod eſt hominum genus, qui omnium rerum ſibi vindicant principatum, qnos ſectando & conſenſum his commodando, facile in amorem tuum poſſis inducere. Exinde natum dicit paraſitorum hoc genus, ut Colaces ſint.

17. QUI SE PRIMOS OMNIUM.] Omnium rerum primos: in omnibus primos.

22. HIS QUAESTUS NUNC EST.] Et concludit, hanc paraſitorum ſectam omnibus eſſe potiorem.

23. SCITUM HERCLE HOMINEM!] *Scitum*, inquit, id eſt, elegantem, *ſapientia.* Quod autem dixit, hunc facile *ex ſtultis* reddere *inſanos*, certa ratione concludit, quod ſemper inſanos faciat prava laudatio. Ut Salluſtius.

24. INTEREA LOCI UBI AD MACELLUM.] Significavit jam *Interea loci*, nihil aliud tenere niſi interim: nt *loci* adjectio ſit, nihil ſignificans.

25. CUPEDINARII OMNES.] *Cupedinarii* ſunt, qui cupiditatibus populi ſerviunt, quos omnes enumerat.

26. CETARII.] *Cetarii* ſunt, qni ſalſamenta vendunt: nam *Cetariae* dicuntur bolonae. *Cete* genere nentro piſces ſunt, qui ad ſalſamenta proficiunt. LANII, COQUI, FARTORES, PISCATORES, AUCUPES.] *Aucupes* ſunt cupedinarii omnes. *Fartores* dicimus qui farciunt, ut in meliorem * ſagena pingueſcant.

27. QUIBUS ET RE SALVA, ET PERDITA.] Supra dixerat hic paraſitus de alio, *Iisdem patria qui abligurrierat bona.* Unde & ſe bona quoque patria conſumſiſſe. Ergo ſenſus hic eſt: Quibus cnpedinariis & de meo patrimonio demens ad victum neceſſaria profueram, & de alieno cum aliis obſonaram. Hoc enim dixit: QUIBUS ET RE SALVA,] cum integrum patrimonium haberem, cum de meo emerem: ET PERDITA] cum conſumto patrimonio de aliena re mercarer.

28. SALUTANT: AD COENAM VOCANT.] Quidam intelligunt *Ad coenam vocant*, invitant. ſolet enim advenientibus coena promitti. Plautus in Comoediis:

advenienti quid tibi coenae dabitur?

Sed melior ſenſus eſt, AD COENAM VOCANT, hoc eſt, ad emenda quae in coena ſunt neceſſaria. Hoc eſt veriſimile, quod qui aliquid vendat, lucrum potius velit ab eo, quam ad ſe venire, aut quiddam per obſequium velle.

30. FACILE VICTUM QUAERERE.] Hic vere

‡ *Fuerat * ideo.* In neutro Mſtorum lacuna eſt.
* *Sagena.* Melius, *Saginam.*

quaſi quidam intellectus ſuperior ille explicatur, quod dixit *ad coenam vocant.* ut inde intellexerit ille neſcio qui ‡‡ facile quaerat victum. Quamquam & ſi ad coenam emendam intelligat, nihilominus poterit cognoſcere, facile ſibi paraſitos victum quaerere.

32. Tamquam Philosophorum.] Nomina diſciplinae apud Philoſophos ſaepe ‡ ab auditoribus videntur impoſita, ut a Platone Platonici, ab Epicuro Epicurei. Ita hic paraſitus exultans, novamque diſciplinam paraſitorum cum adulatione complens, dicit ſuum nomen imponi, quod ipſe eam primus invenerit; ſi quis ſe paraſitus huic nationi & actui voluerit applicare, ut Gnathonicus eſſe dicatur.

34. Viden', otium, et cibus.] Duo ad detrectationem poſuit. *Otium*, cum neque animus, neque corpus excitus curationem humanitatemve cognoſcit. Verum iſtud parum eſt, adjecit; *Cibus alienus*, ut & devinctus ſit jam nulla cogitatione.

37. Rivalis servum.] *Rivales* dicuntur qui unam amant, vel meretricem, vel amicam. quod quaſi uno rivo amoris utantur. Salva res est.] Hic ſenſus eſt: Integra nobis ſunt omnia, ſiquidem adverſarii ante oſtium ſtantes, propterea frigide agunt.

38. Nebulonem.] Vel vanum, ut nebula eſt: neque enim aliquod corpus vel ulla ſoliditas. Vel *nebulonem* furem, quoniam *nebula* ſemper utuntur. Homerus. [Iliad. Γ. 11.]

Κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω.

Hice hoc munere.] Hice nominativus pluralis. quo hi credunt exinde ſuam Thaidem eſſe, quod tale munus adducit.

40. Impertit.] Participem facit.

41. Num quidnam hic quod nolis.] Hoc dicit Parmenoni objiciens virginem in aſpectum. Quod cum videre ſe Parmeno frequenter diſſimulaſſet, etiam frequenter objectum paraſitus interrogare maluit.

42. Sed quid videtur tibi hoc mancipium?] Ut tam pulchra virgo *mancipium* diceretur. Deinde nunciat irridens ſervum, hoc munus Thaidi mitti: quod quidem ille cognoſcit. idcirco dicit, quod dominus ſuus intelligatur excluſus.

45. Omnium rerum, heus, vicissitudo.] Ubique ſervis Terentius vehementes graveſque ſententias applicavit, ut in Andria Soſia dixit: *Ut ne quid nimis.* Eſt enim aſtutum ſervorum genus, & ſatis ad intelligendum mente verſutum. Senſus eſt: Nihil in proprio ſtatu perpetuo permanere, ſed verſo ordine in diverſas vices cuncta mutari.

46. Sex ego te totos.] Familiare Terentio *ſex menſes* dicere: eſt enim dimidia anni pars. unde non paululum tempus eſt. Sic alibi: *An non prius ſex menſibus obſeciſſem.*

48. Ecquid beo te?] Hoc eſt, beatum te reddo.

50. Tum tu igitur paululum.] Pulchra paraſiti inluſio, ut cum ipſe adducat munus, nuntiari ab adverſario ſervo velit. * Cum enim ſtultum eſt, cum adverſarius adverſarium nunciat dona eſſe miſſurum.

52. Num quem evocari.] Et haec arte tractata ſunt. Nam cum paraſitus domum fuiſſet ingreſſus, Parmenoni dicit, an aliquem ſibi velit *evocari*, tamquam ipſe ingrediendi jam non habeat poteſtatem. Sine, biduum hoc.] Scit enim dominum affuturum; & ita eum meretrici abſentiam promiſiſſe.

54. Calcibus saepe.] Fruſtra in fores exultabis calcibus, hoc eſt, inſilies.

55. Etiam nunc hic.] Per ſilentium intelligimus paraſitum jam ingreſſum eſſe ad meretricem, & dona tradidiſſe. Non ingredi Parmenonem, & nunc ſtare ante oſtium.

57. Facete dictum.] Suave, jucunde.

59. Ex Piraeeo.] Locus eſt mari vicinus juxta Athenas, aptus ad voluptatem. Denique commemorat poſtea adoleſcens, illic ſibi convivium praeparaſſe. † quibus Chaerea eſt . . . . praepoſitus, coenam contubernalibus praeparet. ideo adjecit, *Nam ibi cuſtos publice eſt nunc.*

60. Non temere.] Non paſſim, non ſine cauſa.

ACT. II. SCENA III.

1. Occidi.] Haec Scena prima parte queſtionem tenet, quod impeditus ſit, cum virginem ſequeretur, in cujus amorem inciderat, quo minus eam deduceret, & ubi habitaret agnoſceret. Poſt cognitionem fit agnitio, ubi maneat ſervo indicante. Efficitur deliberatio, An ad eam pro eunucho ire debeat. Illae diviſiones plenae ſunt ſuaſoriis verbis, ab utili, ab honeſto, ab eo quod fieri poteſt: quas ut aequum eſt, ſuo loco per ordinem tractabimus. Nunc ad conqueſtionem revertamur.

3. Ubi quaeram?] *Quaerere* eſt, alicubi rem repoſitam perſequi, inveſtigare, ſuſpicione aliquid

‡‡ *Facile quaerat victum.* Lego: *Quam facile quaerat victum.*
‡ *Ab auditoribus.* Forte, *Ab auctoribus.*
† *Quibus Chaerea eſt . . . . praepoſitus.* Mſ. uterque: *Quibus Chaerea praepoſitus coenam contubernalibus praeparat.*
* *Cum enim.* Lego: *Quam enim.* Sic infra ad verſ. 46.

quid ubi lateat inquirere. Quem percontar?] Quem interrogem? Inter percontationem & interrogationem hoc intereſt, quod percontatio reſponſionem habet, ‡ non aut * ex ſcientia confirmante, vel ex narratione. cum dicimus ubi habitat, hic enim hoc neſcire ſe dicit †† reſponſurus * eſt in via, vel aliquid tale. Interrogatio vero eſt cui reſpondetur; velut feciſti quod juſſeram? cui neceſſario de duobus ſuperioribus afficitur ab eo qui interrogatus eſt. Reſponſio ergo hic eſt: *Quem percontor?* Vides utique quia de habitatione futura fuerat interrogatio. Ita & in Andria, cum Crito quaereret * ubi habitaret, & Chryſis dixiſſet; *Quos percontor? video.*

6. Taedet cotidianarum.] Jam, inquit, me poenitet videre mulieres cotidianas & aſſueta forma.

8. Hic vero est.] Senſus eſt: *Hic adoleſcens ſi amare coeperit, fratrem ejus Phaedrium dices ludum & jocum fuiſſe*, hoc eſt, non amaſſe: ita enim hic inſanivit in amore.

10. Ut illum Di Deaeque.] Hic incipit conqueſtio.

12. Quid tu es tristis?] Dicitur cum quodem gaudio idem *triſtis*. Nam ex hoc quod vidiſſe ſe pulchram virginem dicit, quadam laetitia contractus eſt: quod eandem tamen ex aſpectu perdidit, triſtis eſt. ut debes non ſolum in fine, verum & in principio ſignificare.

13. Unde is?] Unde advenis?

18. Cum in cellulam.] Hoc in loco perſuadet ſervo ut auxilium ſibi & conſilium accommodet. Et repetit gratiam, quam dicit ſe ante praeſtitiſſe. Ut in Andria, *Si te in germani fratris dilexi loco, Sen tibi morigera fui ex rebus omnibus.* In cellulam ad te patris penum.] Apte ſe ante beneficium praeſtitiſſe, quod conveniret perſonae dixit, cum ſervulis de cellula patris omnem penum ſit ſolitus transferre. *Penum* autem intelligimus omne quidquid ad victum eſt. Quidam enim tantummodo pulmentaria hoc ſermone ſignificata voluerunt. Ut Virgilius, [Aen. I. 708.]

quibus ordine longo
Cura penum ſtruere, & flammis adolere penates.

19. Age, inepte!] *Ineptum* prorſus eſt, quod non aptum eſt, ideo *Age, inepte!*

20. Sive adeo digna] Senſus eſt: Si talis res eſt haec, ubi omnes tuas cogitationes poſſis intendere, & plurimum laborare. Denique *digna res eſt*, ubi laborandum ſit. Continuo ſubjungit:

21. Haud similis virgo est quas matres student demissis humeris esse.] Non cibo in tota aliqua pinguedine ſublevatis.

22. Vincto pectore.] Macie ita deductae, ut vinctae eſſe videantur. Graciles sient.] Legitur & Graciles, ut declinaverit Terentius, *haec gracila.*

23. Si qua est habitior paullo.] Si eſt aliqua corpulentior. Deducunt cibum.] Minus cibi dant.

24. Reddunt curatura junceas.] Per hanc operam ita inſtituendi & ita cibos dandi, reddunt virgines junco ſimiles, quod herbae genus eſt ita in longitudinem aequali modo porrectum, ut nulla per corpus appareat vel nodo affecta pinguedo.

25. Nova figura oris.] Et in Andria diximus formam eſſe laudandam. Ibi, *Video adoleſcentulam, forma! &c.*

26. Color verus.] Et hic quoque ad pulchritudinem proficit, ut apud Virgilium. [Aen. I. 594.]

lumenque juventae
Purpureum.

In quo & anni declarati ſunt, quod *juventae*: ita & hic anni indicati ſunt plurimi, id eſt, *Flos ipſe.*

27. Vel vi, vel clam.] Petitio a majoribus ad inferiora deſcendit, ſicut ſemper diximus in petitione eſſe faciendum.

28. Dum potiar.] Quaelibet cauſa ſit, dummodo ad hoc perveniam, ut poſſim potiri.

29. Quid? virgo, cuja?] Hic jam quaeritur an fieri poſſit a facultate, quam rem interrogatus adoleſcens redit ad conqueſtionem, quod ſic eam de conſpectu impeditus amiſerit.

37. Immo enim vero.] Recte adoleſcens reprehendit ſervum dicentem, *incommode*. Incommodum eſt enim, cum nos nobis cauſa ſumus, ut aliquid damni ſentiamus. At vero hic parum feliciter geſta res eſt, vel *infeliciter* potius, cum ex eventu & ex fortuna quidam occurreret ſenex, ut impedimento eſſet. Et certe mihi videtur idcirco mutaſſe genus calamitatis, ut *infelicitatem* potius quam *incommodum* diceret. Quod *incommodum* jam malum eſt quod evenerit: *infelicitas* vero id malum eſt, quod perverſa fortuna contingit. Quod tamen conſilio & virtute corrigi & ſuſtineri poteſt.

39. La-

‡ *Non aut* *. In neutro Mſ. lacuna. Lego: *Non autem.*
†† *Reſponſurus * eſt in via.* Ita Mſ. uterque, ſed ſine lacuna.
* *Ubi habitaret, & Chryſis dixiſſet.* Legendum omnino: *Ubi habitaſſet Chryſis, & dixiſſet.* Vide And. IV. 5. 5.

39. LIQUET MIHI DEJERARE.] Manifeſte, inquit, poſſum jurare. *Liquet* enim, hoc eſt clarum & manifeſtum eſt. Ut Cicero Cluentio. [28. & 38.] *Quidam ſibi judices non liquere dixerunt. Dejerare* eſt ſancte jurare.

43. ADCURRIT AD ME.] Hic in omnibus exprimenda eſt tarditas, quod impedimentum non parvi temporis poſſit oſtendere. Nam licet *Adcurrit* dixerit, tamen certum eſt iſtam properationem ‡ in ſenem fuiſſe tardiſſimam. Deinde adjecit & locum, quum dixit: QUAM LONGE QUIDEM. Iſti corporis qualitatem ſubjungit,

44. TREMENS, deinde, LABRIS DIMISSIS.] Haec jam ad impedimenta loquendi videntur appoſita. Et quod dixit *tremens*: ſcimus enim retortis ad hiatum labris, ſed praeminentioribus, minus facile ſonus exprimi. Adjecit tamen *Gemens*, quod tardius in gemitu † naturae * ſenectutis expreſſo ſono aliquid locutura prorumpat. Deinde congeminat quaſi revocationem & ſalutationem:

45. HEUS, HEUS, INQUIT.] Oſtenditur tarditas ſimulque iſtud declaratur, quod vere vox iſta ab eo coeperit ſono, qui & vocem & gemitum declararet. TIBI DICO.] Et hic quam ſtulte, ut cum jam revocaverit, adjiceret *Tibi dico*. ſed inde ſubjunxit, cum utique paratus eſſet adoleſcens ad audiendum.

46. SCIN' QUID EGO TE VOLEBAM?] Quam enim ſtultum eſt, ut cum ante debeat dicere, veluti interroget ac dicat, *Scis quid ego te volebam?* Ita coactus eſt adoleſcens reſpondere ut diceret, DIC. Inter vices vocum magna tarditas declaratur. Contra reſpondet ille: CRAS EST MIHI JUDICIUM.] Et hoc ſtultum eſt, quod ait. quod cras fuerat futurum, pridie nunciavit. Deinde tarda narratio eſt, quod dicit, *Eſt mihi judicium.* Denique dolor adoleſcentis & hac narratione exprimitur, quod dicit:

47. QUID TUM?] Atque ille verba pene non neceſſaria adjecit, cum reſpondet: UT DILIGENTER NUNTIES PATRI, ADVOCATUS MANE MIHI ESSE UT MEMINERIT.] Denique iſtac ſic expreſſa & hoc intelligi datur cum adjunxit:

49. DUM HAEC DICIT, ABIIT HORA.] Atque injecit, ROGO NUMQUID VELIT. Quod quidem fortaſſe veriſimile videatur eſſe, eum qui properaret, tacente eo qui retinebat, amplius interrogare voluiſſe. Verum hoc ad feſtinantem magis pertinet. ‡‡ * Cui enim dixit: ROGO NUM QUID VELIT, metuebat ne forte diſcedentem rurſus ſenex revocaret. Denique cum ille reſpondiſſet,

50. RECTE.] Tunc dicit adoleſcens, ABEO. CUM HUC RESPICIO AD VIRGINEM.] Poſt locutionem diu habitam, RESPICIO, inquit, ad eam quam ſequebar, virginem.

52. MIRUM, NI HANC DICIT.] Hic cognitio efficitur ejus, quae quaerebatur.

54. COMITES SECUTI.] Interrogat ſigna, quo facilius quam ſuſpicatur, eam virginem eſſe cognoſcat.

55. IPSA EST: ILICET!] Quoties cauſa ab oratoribus finiebatur, & a judice ſententia †† ferri * habuerat, ſemper conclamabatur ILICET, hoc eſt, *ire licet.* Signum ergo finis & cognitionis plenae.

57. ISTUC.] Illud ſcilicet, DESINE CONCLAMATUM EST.

62. DURAS FRATRIS PARTES.] Si enim eum rivalem habet frater, cum ipſe ſit pauper. Et bene hujus comparatione lapſus eſt ſermo ad id, quod neceſſarium fieri poſſit ad conſilium, reſponderet ſervus:

63. IMMO ENIM SI SCIAS, QUOD DONUM HUIC DONO CONTRA COMPARET.] Indicat enim eunuchum miſſi: ex quo conſilium naſcitur, ut ipſe pro eunucho ad meretricem pergat.

65. INHONESTUM HOMINEM.] Quod contra eſt, ut ipſe dixit, *facies honeſta ac liberalis.* SENEM, MULIEREM.] Singula ſunt, ut aetatis indicium ſit, quod *ſenex*; *mulier*, quod ſexus amare videatur alienus.

70. OBSECRO HERCLE.] Res redit ad preces, quam quidem ſe effecturum ſervus pollicetur, & fingit ſe diſceſſurum, ſed tenetur a domino: & dum laudantur fortunae eunuchi, quod ad eam iturus eſt domum, ubi virgo pulcherrima eſt, ſic ſubit ratio, ut ipſe debeat pergere. quam rem providus ſervus agnovit.

77. QUID SI NUNC TUTE FORTUNATUS FIAS?] An fieri poſſit ut dixit, Deliberativae praecepta percurrit a facultate. *Capias tu illius veſtem. pro illo te ducam. te illum eſſe dicam.* Deinde ab utili: *Tu illis fruare commodis, quibus tu illum dicebas modo*; & reliqua. Deinde an fieri poſſit: *Quandoquidem illarum neque te quiſquam novit, neque ſcit qui ſies. Praeterea forma, atque aetas ipſa eſt, facile ut pro eunucho probes.* Hoc quidem joco dicebat ſervus; ſed rem inveniam pulchre cogit fieri adoleſcens. Cumque diu repugnaret ad terrendum eum, *Periculum futurum eſt*, ait, *ne in domo meretricia tamquam adul-*

‡ *In ſenem.* Immo, *In ſene.* † *Naturae * ſenectutis expreſſo ſono.* Neuter Mſ. lacunam habet. Alter etiam *ſuo* legit pro *ſono.* In altero ex *ſuo* factum *ſono.* ‡‡ * *Cui enim dixit.* Forte: *Qui enim dixit.* †† *Ferri * habuerat.* Reſtituo ex conjectura: *Et ſententia a judice ferenda lata erat.*

Digitized by Google

adulter teneatur. Hic ille reſpondet : *Adulterum in domo meretricis eſſe non poſſe*, per ſtatum finitivum.

89. In me cudetur faba.] Ex proverbio. Nam dicunt quemdam avarum ruſticum, cum fabam coaiſſet, & cum ſocio invaderet, partem ſibi depopoſciſſe, ut cum ſocio invaderet in eodem vaſculo : & aquam adjeciſſe parti ſuae, quae corrupta & alteram quoque corrupit : unde communis faba corrupta, & in eum qui hoc ſecerat tota converſa eſt. Igitur proverbium, ut qui malefacit, in eum recidat quod ſecit.

91. Nos, nostramqua adolescentiam.] Quaſi incertam, & ad ſe quadam diviſione pendentem; quale eſt illud, [Virg. Georg. I. 292.

ferroque faces inſpicat acuto.

94. An potius haec patri?] Melius eſt, inquit, in domum meretriciam deducar, referam gratiam, quam patrem fallam.

97. Jubeo, cogo, atque impero.] Cum neceſſitate ſunt.

ACT. III. SCENA I.

1. Magnas varo.] Haec Scena glorioſi militis tenet jactationem exultationis, quae narratio breviſſime agitur : primo cum nunciatum ſuiſſet meretricem libenter miſſa dona ſumſiſſe, parum credidit, niſi iterum diceretur. Itaque interrogat : *Magnas vero agere gratias?*

2. Ingentes.] Hic perſona Colacis paraſiti cuſtoditur. Nam cum ille diaiſſet *magnas:* hic adjecit, *ingentes.* Ita cum ipſe quaeſiſſet; *laeta eſt :* adjecit paraſitus, *Non tam ipſo quidem vero dono, quam abs te quod datum eſt, ſerio triumphas.*

5. Est istuc datun.] Haec oratio glorioſi eſt militis, nimiam ſibi gloriam vindicantis: quippe cum dicat ſibi fato, vel quadam natura eſſe conceſſum, uti cuncta quae faciat grata ſint omnibus.

7. Vel rex mihi.] Vel, *Et* ſignificat. Ut, [Virg. Ecl. VIII. 69.]

Carmina vel coelo poſſunt deducere Lunam.

Eſt ſenſus : *Et rex mihi maximas agebat gratias, & quaecunque feceram.*

8. Aliis non itam.] Pulchre adjecit, ne natura regis talis eſſe videretur, ut maximas gratias omnibus ageret.

9. Labora aliano.] Senſus : ea alieno labore gloriam praeparatam ſolo ſermone in ſe transferre poteſt, quicunque inſtructus eſt corde.

16. Expuerat miseriam.] Ut poſſet curam & ſolicitudinem ea animo removere.

18. Sic homo est perpaucorum.] Talis eſt, inquit, ut cum paucis eſſe velit. Denique hoc intelleait & Parmeno cum diait : *Immo nullorum arbitror, ſi tecum vivit.*

21. Ego flocci penderr.] Contemnere ac nullius momenti ducere.

23. Elephantis quem.] Quem praepoſuerat elephantis, qui ſunt ex India.

28. Quin ni esset?] Dubium non eſt, quin mutus exiſteret.

29. Miserumque, et illum sacrileoum.] *Miſerum* dixit militem : *Sacrilegum*, paraſitum, quia is laudabat militem. Ma hercule.] Quod utique ſalſo juravit.

30. Rhodium tetigerin.] Hoc eſt, quemadmodum per jocum male tractaverim atque pulſaverim.

34. Coapit ad in ludare.] Ad id ſcortum ludere.

36. Lapus tute es.] Hic eſt ſenſus : *Cum tute ipſe praeda ſis, praedam quaeris.* Quidam intelligunt, *Lepus tute es*, quod natura leporis talis eſt, ut inceſto ſexu vivat. Iterum ergo hic quaſi tactus adoleſcens.

42. Emoriri.] Comice tantum dicitur; nam *emori* facit.

44. Heus tu, purgon'.] Hic quaſi conſilium petitur, an purget ſeſe miles apud Thaidem, quod Thais credit, militem jam virginem amare. Sicuti etiam ipſa ſupra dixit : *Sed, ego quantum ſuſpicor, Ad virginem animum adjecit.* Dat autem conſilium paraſitus, ut magis augeat ſuſpicionem: & hujus argumentum profert, quod proſit : *Ut ſi quando illa mentionem Phaedriae fecerit, miles contra Pamphilam nominet. Et ſic invicem injurias Thaidis parem gratiam referat.* Hoc enim diait, *Par pro pari referto; quod eam mordeat.*

56. Siquinem ma amabat.] Bona quaeſtio, contemſiſſe doleat. Non, inquit, diligit. Hic reſpondet paraſitus, probans quia diligit, ex his argumentis, *Quando illud, quod das miles, meretrix ſpectat, atque amat. Ergo utile eſt conſilium quod tibi dedi.*

62. Ridicule: non enin cogitabas.] Paraſitus tametſi bonum conſilium invenerit, tamen quoniam colax eſt, dicit, ipſum militem ſi cogitaſſet, melius invenire potuiſſe.

ACT. III. SCENA II.

1. Aunire vocam.] Haec Scena ſublationem munerum tenet, quippe Parmeno oblaturus Aethiopiſſam & Eunuchum, quos ut oportet,

portet, ſecundum praeceptum domini laudavit. Igitur demonſtrativum genus cauſae, ubi laus erit. Sed quoniam praeſens eſt miles & ejus paraſitus, erit & vituperatio. quae omnia ex oratoriae artis partibus tractabuntur. Quippe cum omnis laus vel vituperatio homines taxat, dividatur ex animi bonis vel malis. Haec omnia exequentur ſuo loco. Ac primum miles meretricem convenit, & ab ea petit ut dicat, quemadmodum donum ſuſceperit. AUDIRE VOCEM VISA SUM.] Pulchre factum, ut meretrix intus poſita, *vocem militis audire* ſe dixerit. Eſt enim conſuetudo hominum, ut ob recens munus omnia officia & obſequia praebeamus. Superba illa meretrix & in amatores ſuos, quae & Phaedriam paullo ante excluſerat domo venientem, nunc poſt munus acceptum egreditur, & *audire* ſe *vocem militis* dicit.

4. FIDICINA ISTHAEC?] Quae fidibus ſcit, hoc eſt, citharam novit.

5. PLURIMUM MERITO.] Aſtuta meretrix, ne muneris gratia diceret ſe amare militem, reſpondit, *amo te, ſed merito tuo.*

7. UBI VIS, NON MOROR.] *Non moror*, non impedimento ſum.

9. ITURAN' THAIS?] Interrogat Parmeno, an aliquo itura ſit.

12. QUID STAMUS?] Miles, poſteaquam rivalis ſervum videt adferre dona, properat ut diſcedat meretrix, ne cogatur ea accipere.

13. QUAESO HERCLE UT LICEAT.] Bene tanquam cum milite, *Pace quod fiat tua.*

15. PERPULCHRA CREDO.] Vituperationis exordium ſumitur: generale tamen, & a corporeis bonis vel malis. quippe ſua dona per comparativam qualitatem ab donis corporis collaudavit. Hoc ſcilicet donis detrahens rivalis ſui.

18. EX AETHIOPIA.] Hic quoniam ſupra adverſarius dixerat, *perpulchra dona*, *haud noſtris ſimilia*, quam Aegyptus produxerat a corporis bonis laudare non potuit, laudavit extrinſecus, ſcilicet ex loco & ceteris partibus: ut ex longinquitate regionis gratiam muneri praepararet. HIC SUNT TRES MINAE.] Hic vituperatio rurſus extrinſecus facta eſt ab opinione, ab exiſtimatione, † a proprii qualitate. Ubi totum ‡ donum * callide a Parmenone factum, uti primum ea, quae in corpore non placebat, primo promitteretur: poſt Eunuchus, qui utique erat pulcherrimus, quia adoleſcens Chaerea. Hic omnis laus a corpore, quod dixit:

19. HEM EUNUCHUM TIBI! QUAM LIBERALI FACIE, QUAM AETATE INTEGRA!] Haec quidem aetas naturalis eſt: & Eunuchus equidem naturae datur. Sed haec omnia perſonae ſunt attributa.

21. QUID TU AIS, GNATHO?] Hic †† exſultat Parmeno, quoniam pulcherrimum donum a meretrice jam probatum eſt. Et concludit ex eo, quod non audeat vituperare: & conticeſcant potius, quam ſatis laudent. Adjecit ab animi bonis laudem.

23. FAC PERICULUM, inquit, IN LITERIS, FAC IN PALAESTRA, IN MUSICA: QUAE LIBERUM SCIRE AEQUUM EST ADOLESCENTEM, SOLLERTEM DABO.] Artes & diſciplinas animi bona nos tradimus, & liberos adoleſcentes aequum eſt iſta cognoſcere. Sunt autem *literae*, *palaeſtra*, *muſica*. Et praecipua duo, *palaeſtra* vel *muſica*, alia corporis, alia animi ſcientia. De quibus & Plato de Republica loquitur, dicitque omnes cives in adoleſcentia his artibus operam debere tradere, ‡‡ ut omnia . . . . more adoleſcenti * robur ad virtutis indolem ſuſcitetur. Et hoc igitur contra militem eſt. Nam his rebus dicit Plato milites & viros fortes poſſe exiſtere meliores. Unde Achilles ab Homero inducitur, vir fortiſſimus ac arte doctiſſimus, ut reliqui qui in palaeſtra plurimum valent. Idcirco adjecit, *Quae liberum ſcire aequum eſt adoleſcentem, ſollertem dabo.* id eſt, peritiſſimum exhibebo.

26. EGO ILLUM EUNUCHUM.] Pulcherrimum Eunuchum quoniam negare non poteſt miles, detractionem reperit, quod in Eunucho ad turpitudinem libidinis pulchritudo verti poteſt. Et quoniam ſine Cerere & Libero friget Venus, dixit *hunc jam ſobrius Eunuchum ſi opus ſit.* Intelligitur autem quod conſequatur.

27. ATQUE HAEC QUI MISIT.] Memor eſt mandatorum. Nam quoniam dominus dixerat, *Munus noſtrum ornato verbis; quod poteris*, hoc ſupra factum eſt. Et quia adjecerat dominus, *Et iſtum aemulum, quod poteris, ab ea pellito:* nunc hoc exſequitur cum dicit, *Dominus meus neque pugnas narrat, neque cicatrices oſtentat ſuas.*

34. HERCLE NEMO POSSET.] *Iſtum enim ſer-*

vum

† *A proprii qualitate.* Mſ. uterque: *A pretii qualitate.*
‡ *Donum * callide.* In Mſſ. lacuna nulla.
†† *Exſultat.* Mſ. uterque: *Inſultat.*
‡‡ *Ut omnia.* Alter Mſ. *Ut omnia more adoleſcenti Robur ad virtutis indolem ſuſcitet.* Alter: *Ut omnia honore adoleſcentis Robur ad virtutis indolem ſuſcitetur.*

vum, quod malus ſit, nemo poſſet, inquit, *perpeti, ſi haberet tantum unde alium compararet*. ut oſtendatur dominus pauper. Haec propter malitiam, qui neque nudare ſe poſſet, ut alius compararetur.

44. Istuc quod dixti.] Colax paraſitus ſuum ubique implet officium. Nam cum leviter locutus miles fuiſſet, qui dixerat Parmenoni, *Domini ſimilis es*. continuo riſum ſibi commovet ex commemoratione illius dicti, quod *Rhodium adoleſcentulum* miles dixerat, ſeſe ridere coepiſſe.

48. Si Chremes huc.] Hic eſt Chremes frater puellae, quae a milite Thaidi donata eſt: hunc fratrem eſſe ejuſdem & meretricis ſuſpicatur. Hanc cauſam mandat ancillae, ut ſi venerit, maneat. Et vide, quemadmodum quae mandat tria praecepta ſunt, quae ſcilicet ſecundum gradus petitionis ad minora deſcendunt. Primo enim quod majus eſt petimus; hoc dixit *ut maneat:* deinde quod minus eſt, *Si commodum non eſt, ut redeat*. Tertio quod ultimum ex neceſſitate, *Si id non poterit, ad me deducito*. quae tria ſervabit ancilla.

51. Quid? quid aliud.] Expreſſit morem domo proficiſcentium. Ut in properatione mandare aliquid cupiamus: & in oblivionem veniat, poſt memoria repetatur.

ACT. III. SCENA III.

1. PROFECTO QUANTO.] Haec Scena ſuſpicionem habet adoleſcentis, quod ſibi meretrix inſidias praeparet, quo facilius ſe ad amorem poſſet adducere, unde ſic ad conjecturam argumenta ſumuntur, ac primo ipſa ſumma eſt: Profecto quanto magis magisque cogito, nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum.] Deinde incipiunt argumenta a dictis, quo me arceſſiri juſſit. deinde a factis. *Quod cum veniſſem, cauſam, ut ibi manerem, repperit*. Rurſus a dictis, quod *ait, rem divinam feciſſe ſe, & rem ſeriam velle agere*. A factis. quod *ipſa accumbere mecum, mihi ſeſe dare, ſermonem quaerere*. Deinde a dictis, quod quaeſivit, *Quam pridem mihi mater & pater mortui eſſent. Rus Sunii ecquod nunc mihi ſit*. Haec a ſummo ad imum argumenta dicuntur, quorum quidem cauſae denudatio manifeſta eſt. Nam haec omnia fecit meretrix, non ut adoleſcentem in amorem poſſit inducere, ſed ut de puella quod quaerit, agnoſcat. haec omnia ex derivatione cauſae. Explicabimus ſingula. namque quaeſivit, *Rus Sunii ecquod:* quia ſupra in narratione dictum eſt, *abreptam puellam e Sunio*. Quaeſitum eſt *quam longe a mari*, propterea quod puella a praedonibus rapta eſt: deinde reliqua quae conſequuntur, aperte hanc indicant cauſam, de puella ſcilicet quod adjecit. *Ecqua inde parva periſſet ſoror? ecquis cum ea una? quid habuiſſet, cum periit?*

5. Rogat quis.] Si quis interroget, quid mihi cum meretrice ſit: reſpondebo, *Ne noram quidem*.

7. Rem divinam fecisse.] Hoc eſt, ſacrificium feciſſe. Rem seriam velle agere.] Et cum rem neceſſariam & gravem mecum loqui fingeret, ubi oratio deficit, & quod agat non haberet,

11. Huc evasit.] Eouſque conſcendit & exivit. Ut, [Virg. Aen. II. 458.]

Evado ad ſummi faſtigia culminis.

19. Eam sese intendit esse, ut est audacia.] Hanc ſeſe mihi objicit, & intendit, & probare cupit, *ut eſt audacia*.

20. Annos nata 'st sedecim.] Certus adoleſcens dixit annos ſororis ſuae: quod & nuper adoleſcens Phaedriae indicaverat, cum dixit, *anni ſedecim ſunt*. Et ita ut nos diximus, optimus ſenſus eſt, quod *annos nata ſedecim* ſit, *non major*. poſt inferatur: *Thais, quam ego ſum, maiuſcula eſt*.

25. O Capitulum!] Impetratura primum praebet obſequium, deinde mandata exequitur tria illa, quae ſupra dixit. Nam primum, *Thais maximo te orabat opere, ut cras redires*. At cum hoc nollet, offerre aliud: *At tu apud nos hic mane*. quod utique ordinem bene vertit. Poſt infert, *Si iſtuc ſatis certum eſt, te amabo, ut illac tranſeas, ubi illa eſt*.

ACT. III. SCENA IV.

1. HERI ALIQUOT.] Hic adoleſcens unus ex illis eſt, qui in Piraeeum convivium ſibi praepararunt. Cui praeparando praepoſitus Chaereas, qui in amorem pro Eunucho nunc ſuppoſitus, ad meretricis domum deductus eſt. Quaerit igitur hic adoleſcens convivii praepoſitum.

2. De symbolis.] De collationibus. Ut assamus.] Hoc eſt, cibos ſumeremus.

5. Quid conjectem.] Quid ſuſpicer.

7. Quisnam hinc.] Quoniam ſupra dixerat Chaerea, *Neſcivi Thaidem nobis vicinam*. Pergens e vicina domo meretricis exeuntem Chaeream videt, in habitu Eunuchi: idcirco dicit, *Quisnam hinc exit?*

Digitized by Google

ACT. III. SCENA V.

1. NUMQUID HIC EST?] Haec Scena allocutionem tenet exultantis & laetantis, quam brevi tempore amoris voluptatem compleverit. NUMQUID HIC EST?] Ita inquirere videtur adoleſcens, non tamquam metuat ne aliquis ſuperveniat, aut ut poſſit evadere; quam rem conſequenti verſu ſignificat; quippe cum dixit: *Jamne erumpere hoc licet mihi gaudium?* Sed quod ſequitur, repugnat: *Sed neminem hic curioſum intervenire nunc mihi, Qui me ſequatur: quoquo eam, interrogando obtundat.*

3. NUNC EST PROFECTO.] Modo eſt, inquit, omne tempus, *cum pati me poſſum necari.* Ideo ſcilicet, *ne gaudium meum aliqua turpitudine vita contaminet.*

5. SED NEMINEM HIC CURIOSUM.] Ad aetatem adoleſcentiae & animos eorum, qui in re venerea amoris ſui effectum, cum † tenuerunt * pertinet hoc, quod volunt indicare ſemper. Nam integrum & honeſtum gaudium magis ſilentio creſcit. Ut hoc apud Terentium eſt. *Sed ut tacita mecum gaudeam.* Apud Virgilium, [Aen. I. 506.]

Latonae tacitum pertentant gaudia pectus.

10. CHAEREA, QUID EST.] Ea omnia, quae adoleſcentem velle cognoverat, interrogata ſunt. Et tamquam non cito reſpondentem, rurſus: *Quid me aſpectas? Quid taces? O feſtus dies hominis!* Quid eſt, *Feſtus dies hominis?*

14. OBSECRO HERCLE UT ME.] Expreſſit morem laetantium, ut dixi, maxime eorum, qui rem veneream compleverunt. Ipſi enim magis cupiunt indicare.

15. NOSTIN' HANC.] Hinc eſt narratio, cum exordium a meretrice coepit. Virginem ei miſſam dono, dicit: ſimul & laudat, & de amore confitetur. Indicat etiam quod frater meretrici dare praeparaſſet Eunuchum. quod conſilium ſervi, quia ipſe pro Eunucho ad meretricem deductus ſit. Et ne ſtultum videretur adjecit cauſas, quas & ſupra poſuerat. Ut *viderem*, inquit, *audirem*, *eſſem una*, *cum qua cupiebam.*

27. TRADITUS SUM MULIERI.] Perſequitur quemadmodum ad effectum ſuae cupiditatis pervenerit.

29. SATIS TUTO TAMEN.] In amicos dictum.

33. ABDUCIT SECUM ANCILLAS.] Quod ipſa meretrix deſcendit ad coenam, quod paucae circa virginem remaneant. Eaedem novitiae puellae, ita ut & morem propter novitatem neſciant, & propter aetatem nihil valeant ſuſpicari.

35. VIRGO IN CONCLAVI.] *Conclave* dicimus locum, ‡ quem * multa patefaciunt.

36. JOVEM QUO PACTO DANAAE.] Haec pictura, inquit, erat in tabula, quomodo Jupiter Danaae imbrem aureum miſit, ſed in gremium.

38. QUIA CONSIMILEM LUSERAT.] Quia, inquit, Jupiter & ipſe propter amoris flammas converſus in imbrem aureum, ſeſe commutaverat ad fraudem, & *ſimilem luſum luſerat*, ut ego pro Eunucho ad virginem veneram.

39. IMPENDIO MAGIS.] Amplius ex hac re, quod Jupiter fecerat mihi gaudebat animus.

40. DEUM SESE IN HOMINEM CONVERTISSE.] Utique intelligimus Jovem veniſſe humana figura. Deinde *per impluvium*, *per alienas tegulas clanculum deſcendiſſe*, *fucum factum mulieri*, fraudem ſcilicet; ſunt enim cum fraude, quae fuco videntur infecta.

44. DUM HAEC MECUM REPUTO.] De Jovis facto cogito.

45. IT, LAVIT, REDIT.] Apta narrationi oratio eſt, ubi facta multa breviter explicantur. Sicuti ipſe in Phormione quaedam breviter explicat.

50. QUI ESSET STATUS.] Hoc eſt, quae forma, qui habitus in te erat, cum flabellum tantus aſinus contineres. †† Hic turpiter quidam legunt potius * quam tantum, ut ſit aſinum tantum. quod in Scena eſſe dictum, ob indignitatem Terentianae Comoediae, minime conveniebat. FLABELLUM TENERE TE.] Vehementer, inquit, vellem te videre, tantum aſinum flabellum tenentem.

51. OMNES PROruUNT SE.] Se foras ſimul proferunt.

53. EGO LIMIS SPECTO.] Quidam intelligunt, *limis* obliquis, quod limen cum ambulamus, itineri noſtro obliquum eſt. Alii intelligunt *limis oculis*, paululum tortis. Alii *limis*, conjunctis ad flabellum: ut Plautus dixit, [Poen. I. 2. 79.] *Numquam cum ea limavi caput*, id eſt, conjunxi.

55. PESSULUM OSTIO OBDO.] Id eſt, obduco.

58. TUM

† *Tenuerunt * pertinet.* In neutro MSſorum lacuna eſt.
‡ *Quem * multa patefaciunt.* Lego ex conjectura: *Quem oſtia multa patefaciunt.*
†† *Hic turpiter quidam legunt potius * quam tantum.* Reſtituo ope alterius MS. *Hic turpiter quidam legunt*, TENTUM, *potius quam* TANTUM, *ut ſit*, ASINUM TENTUM.

58. Tum pol ego ſs.] Si enim occaſionem iſtam praetermitterem, vere Eunuchus eſſem, quem me eſſe fingebam. Poſtea adoleſcens hortatur, ut pergat propter id, quod ſibi mandatum eſt. Deinde ut veſtem mutet, & hanc mutationem in domo patris metuit, vel propter fratrem, vel propter ipſum patrem. Exiit ut ad amici domum pergat; illic mutet, illic conſilium capiat, rurſus ad meretricem quemadmodum revertatur.

ACT. IV. SCENA I.

1. Ita me Di ament.] Haec Scena allocutionem ancillae tenet, quae conjecturali ſtatu argumenta colligit, militem cum meretrice litem parare. Ita prior propoſitio eſt, quod timere ſe dicit, ne ipſe inſanus hodie turbas faciat cum Thaide. Deinde incipit narratio: *Nam poſtquam iſte advenit Chremes adoleſcens, frater virginis.* Deinde in narratione argumenta praejaciuntur, quae veniant ad quaeſtionem; ideo adjecit, *continuo iraſci.* Deinde expurgat Thaidem: *Id faciebat*, inquit, *retinendi illius cauſa: quia illa, quae cupiebat De ſorore ejus indicare, ad eam rem tempus non erat.* Concludit quaeſtionem: *Miles vero putare ſibi adductum ante oculos aemulum.* Et quoniam in conjectura facta vel dicta ſunt, ex quibus ſuſpicio colligitur, facta ſic ponit: *Voluit facere contra huic aegre.* Deinde dicit; *Heus! inquit, puer, Pamphilam Arceſſe, ut delectet hic nos.* Memor eſt miles praeceptorum paraſiti, cui cum dixiſſet, *Purgon' me de iſthac Thaidi, Quod eam me amare ſuſpicatur?* Reſpondet militi: *Immo auge magis ſuſpicionem. Si laudabit haec illius formam: tu hujus contra.* Concluditur. Quod negat meretrix, ipſe perſeverat. *Inde ad jurgium*, inquit, hoc eſt, ad litem.

ACT. IV. SCENA II.

1. Dum rus eo.] Haec Scena quaeſtionem habet adoleſcentis, quod nimio amore multa officia non integra mente compleverit.

7. Ad ipſum veni divorticulum.] Ad ipſum locum, ex quo diverti ad villam deberet.

12. Extrema linea.] Quinque lineae eſſe dicuntur amoris: videre, accedere, conloqui, oſculari, concumbere. Veluti enim poſtremam diximus rem atque uſum, prior ſit poſtrema illa quam nos collocavimus: videre ſcilicet. Ergo ita concludit: *Si non tangendi eſt copia, nec videndi quidem erit?*

ACT. IV. SCENA III.

1. Ubi ego illum.] Haec Scena controverſiam tenet talem: Munera meretrici amator miſit, in his Eunuchum: qui commendatam virginem ſciſſa veſte laniavit, fugit. Reus eſt injuriarum, qui dona miſit. Hic primo qualitas, deinde conjectura, An hoc animo miſerat, ut injuriam faceret. Rurſus alia conjectura. An Eunuchus vitiaverit virginem, vel vitiare potuerit. Haec per verſus ſuos plenius explicabimus. Primo propoſitio ſit ſummae, per conqueſtionem. *Hoccine*, inquit, *tam audax facinus facere eſſe auſum?* Deinde quaſi teſtimonii genus adjicit: *Quin etiam inſuper ſcelus, poſtquam ludificatus eſt virginem, Veſtem omnem miſerae diſcidit.*

3. Ludificatus eſt.] Per ludum & jocum inriſit.

6. Ut ego unguibus facile.] In ejus oculos unguibus meis involem. Venefico.] Scelerato, malo.

7. Profecto abſente nobis.] Me abſente.

9. Ehem Phaedria.] Hinc incipit accuſatio. Deinde narratio: *Cum donis tuis.* Simul propoſitio: *Eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit! Virginem, quam herae miles dono dederat, vitiavit.*

11. Quas turbas dedit?] Id eſt, quantas ſeditiones fecit. Deinde negatio. *Temulenta es,* inquit, † quae ſtuto * obices adjungit.

15. Inſanis: qui iſtuc facere potuit Eunuchus?] Hic jam quaeſtiones ſunt & argumentum a defenſore, an veriſimile ſit Eunuchum adulterium facere potuiſſe. Sumſit argumentum ergo a perſona; ſed contra argumentum perſonae accuſatur: *Ego illum neſcio Qui fuit: hoc, quod fecit, res ipſa indicat.* Deinde ſupponit de ſummo ad imum: *Virgo ipſa lacrumat, neque, cum rogites quid ſit, audet dicere.* Deinde a teſtimonio: *Ille autem bonus vir nuſquam apparet.*

21. Viſe amabo.] Interponitur comica dictione. Num.] *Ne* hic ſignificat.

22. Tam infandum facinus.] Hoc eſt, tam infandum facinus non ſolum geſtum non vidi, ſed ne audivi quidem.

23. At pol ego amatorem.] Hic non credunt

† *Quae ſtuto * obices adjungit.* nulla in MSſ. lacuna, ſed lectio utrobique obſcura.

dunt virginem eſſe vitiatam, ſed Eunuchum incitatum ad vitiandam virginem, ut ei vellet facere, quod non poſſet implere. Ideo ait: *Eunuchos audieram maximos eſſe amatores mulierum, tametſi nihil poſſent.*

ACT. IV. SCENA IV.

1. EXI FORAS.] Haec Scena adhuc ſuperioris controverſiae vim tenet: quippe hoc confirmat, quod vitiata virgo eſt. quod utique diximus eſſe conjecturae, ut ex hoc concluderet, quod Phaedria injuriam amicae fecerit, cui talia miſerit dono. Cognoſcit Chaeream fratrem Phaedriae pro Eunucho ad meretricem mutata veſte veniſſe, & ſic vitiaſſe virginem.

2. MALE CONCILIATE.] Male emte. nam *concilium* nundinas dicimus.

6. DOMI NON OFFENDISSEM.] Domi non inveniſſem. ITA JAM ADORNARAT.] Veſte mutata ſe ad fugam praepararat. Ut ſupra diximus, ornamenta ponit ad utramque partem, & ad divitias, & ad miſeriam. Quomodo paraſito dictum, *quid iſtuc ornati eſt?*

14. NE COMPARANDUS IS.] Sic diſtinguendum, ut ſit ſenſus, *Ad illum, qui ad nos venit, hic Eunuchus ne comparandus quidem.*

16. VARIA VESTE EXORNATUS.] Eunuchi veſte utebantur verſicolore, ut multis coloribus texta fulgerent.

18. QUASI VERO PAULULUM.] Veſtis adjectio aliquid formae adjicit vel detrahit, non tamen novam efficit.

21. VIETUS, VETUS, VETERNOSUS.] Vietus † ac turpitudine oppreſſus. Ut Virgilius, [Georg. I. 124.]

Nec torpere gravi paſſus ſua regna veterno.

22. COLORE MUSTELLINO.] Nigro ſcilicet, qui color eſt in muſtelis, ſupra domorum tecta currentibus. Cognoſcitur deinde quod hic Eunuchus non venerit ad meretricis domum, ideo efficitur interrogatio a domino.

27. AGEDUM, HOC NUNC MIHI EXPEDI PRIMUM: ISTAM QUAM HABES, UNDE HABES, VESTEM?] Quam rem interrogatus narrat Eunuchus, veniſſe Chaeream, ſuam accepiſſe veſtem, hanc quam habet ſibi dediſſe. deinde cum Parmenone continuo egreſſum foras. Quare confirmata accuſantis concluſio efficitur.

36. JAM SATIS CREDIS SOBRIAM ESSE ME, ET NIHIL MENTITAM TIBI?] *Sobriam*, quia ſupra illi adoleſcens dixerat, *Temulenta es.* Adjungit enim terminationis ſummam.

37. JAM SATIS CERTUM EST, VIRGINEM VITIATAM ESSE?] Hic concluſionibus nihilominus pugnat adoleſcens, dicens Eunucho non eſſe credendum. AGE NUNC, BELLUA.] Illa narius; quae accuſabat a perſona, rem ad facta deducit. Convictus adoleſcens, etiam cum tacito interrogaſſet Eunuchum, ne vereatur injuriam feciſſe meretrici, monet ut quod dixerat, neget.

45. POSSUMNE HODIE EX TE.] Hoc eſt, producere & formare: quemadmodum formas reddunt illi, qui exculpunt gemmas.

49. ALIO PACTO HONESTE.] Quoniam, inquit, conſtat de injuria, nullo pacto me hinc liberare poſſum, niſi dum neganti Eunucho vehementer iraſcor. Haec autem ſecum loquitur.

50. ACTUM EST, SI TU ETIAM ME HIC NEBULO LUDIFICABERE.] Actum eſt, inquit, ſi etiam me tu inludis, *Nebulo*, hoc eſt, fraudator & peſſimus.

51. HANC TECHNAM.] Hanc fraudem.

53. SED NUNC, QUID.] Hic ſecum ancilla deliberat, an indicandum ſit dominae, *virginem eſſe vitiatam.* Quod brevi argumento percurritur. Primum ſic poſitum eſt, *Taceam, an vero dicam?* Suadet autem ut taceat, ab utili, *Tu pol, ſi ſapis, Quod ſcias neſcis, neque de Eunucho neque de vitio virginis.*

ACT. IV. SCENA V.

1. ATATI DATA.] Haec Scena adoleſcentis narrationem habet, quod ſit inluſus.

3. NEQUE MANU, NEQUE PES.] Impedita omnia ſunt vino, ut membra ſe ad actus ſuos explicare non poſſint.

6. VERBUM HERCLE HOC.] Hoc proverbium in aetate ſempiternum.

12. UBI ANTEVORTERIM.] Ubi ‡ ergo jam anteceſſerim.

ACT. IV. SCENA VI.

1. CREDO EQUIDEM.] Haec Scena repetit puellae accuſationem, quod noluerit meretrix pacta ſervare. verum anteponitur adoleſcens, qui adverſus militem poſſit obſiſtere, ne conturbata cum ſuam puellam duxerit cedat, ſed hanc audacter ſuam ſororem eſſe dicat.

6. TURBAM HANC.] Turbationem.

8. HAEC ATQUE EJUSMODI.] Commendat hic munus, cum maximas ſe injurias paſſam dicit.

10. QUID AIS?] Vehementer miratus adoleſcens, quod apud meretricem educta ſit ſoror:

† *Ac turpitudine.* Forte, *A turpitudine.*

‡ *Ergo jam.* Lego, *Ego eam.*

ror: quemadmodum dictum, *Ita, uti teque illaque dignum eſt.*

15. Abi tu, ciſtellam.] Soliti fuerant ſemper, quos exponebant, aliquid dare monumentorum pueris, ut ex his monumentis fieret poſtero tempore cognitio. Haec igitur monumenta petit, uti de ciſtella deferantur: quo facilius Chremes † interlocutua ſit, quod militem venire videat. ‡ Illa intercedit tamen, interrogans ubi ciſtella.

16. In riſco.] *Riſcum* ciſtellae genus de vimine factum, & tectum corio, intelligimus.

18. Apage ſis.] Hoc eſt, timidus ego? diſcede, non ſum.

25. Obſera oſtium.] *Serare* eſt claudere. Ita compoſitum *obſerare*. contrarium eſt vero, *reſerare*, quod eſt aperire.

30. In jus ducito.] Ad forum in judicium.

31. Adtolle pallium.] Quoniam Comoedia Athenienſes perſonas habet, idcirco *pallium* dixit. Sunt enim Comoediae quae *Togatae* dicuntur, quae perſonas Romanas habent.

32. Ipſi eſt opus patrono.] Hic, inquit, qui mihi defenſor paratur, ita timet, ut ei potius patronus adhibendus ſit.

ACT. IV. SCENA VII.

1. Hanccine ego.] Repetiturus, ut diximus, puellam, advenit miles extemplo; ſic enim ſupra etiam Thais ipſa dixerat. *Velle ſe illam mihi dare: Verum id vereri, ne, ubi acceperim; ſeſe relinquam.* Et alio loco; *Fidem habeat, ſe iri praepoſitum tibi Apud me.* Nunc vero cum de Chaerea pactum ſit ut praeponatur ille, & hodie introduxerit Chremetem, quem miles ſuſpicatur amatorem, dicit contra pactum eſſe hoc factum. unde iſtum credit repetiturum eſſe, quod dono dedit. Et vide Militis glorioſi ſtultitiam, quaſi aciem & praelium ante diſponit. Et eo conſenſum commodat paraſitus, quem Colacem in hac Comoedia intelleximus.

4. In medium huc agmen cum vecte. Manipulus furum.] *Manipuli* dicuntur in legione, certi & collecti milites; quemadmodum turma eſt, ita & manipulus. Et hic miles manipulum ſe habere dicit furum.

7. Quid ignave, peniculon'?] Intelligimus Sangam coquum cum peniculo egreſſum, ac propterea militem interrogare ‡‡ cum peniculum portet. Sed quoniam & familiae, & domini mores novit, perite reſpondit: *Egone? imperatoris virtutem noveram, & vim militum.*

10. Solus Sannio ſervat domi.] Aut abſolute dictum *ſervat domi*: aut, *ſervat ea quae domi ſunt.*

11. Ego poſt principia.] *Principia* dicuntur acies & frons prima exercitus. Ita *poſt principia*, eſt poſtrema aciei pars. Denique intelligens paraſitus, prudentem appellat militem, quod ſibi in periculoſo loco caverit.

22. Thais, primum mihi.] Hic propoſitio eſt pactorum: unde arguit, quod ſibi non ſint pacta ſervata. Deinde proponit, quemadmodum ſervata non ſint.

24. Quas mihi ante oculos coram amatorem adduxti tuum! Quid cum illo agas?] Scit amatorem ſuum non eſſe, & ideo omnia militi permittit, †† ut nullum faciat, quem credit amatorem.

26. Pamphilam ergo huc.] Quoniam meretrix dixit *liberi*, ideo *Pamphilam* nunc repetit.

27. Tu illam tangas?] Tandem excitatus Chremes intercedit, & furentis more verba non exprimit, quippe cum intercedat paraſitus, jam intelligens futurum jurgium, quod dicit, *Ha! quis ais? tace.*

30. Scin' tu, ut tibi res ſe?] Vis, inquit, ſcire, quemadmodum res illae ſint? Si aliquid hodie hic turbaveris aut litis feceris, perficiam ut verberibus diei, locique hujus, & mei ſemper memineris.

32. Miſeret tui me.] Paraſitus quantum poteſt, refregit audaciam Chremetis, & miſerere ſe dicit, quod talem inimicum militem faciat, cum repugnare non poſſit.

35. Eam dico eſſe liberam.] Hic jam reſpondetur militi repetenti puellam, & primum opponitur libertas, deinde quod *civis* eſt, tertio quod nobiliſſimi adoleſcentis *ſoror*: poſtremo edicitur militi, *ne vim faciat* in Thaidem.

39. Audin' tu? hic furti ſe alligat.] Dum hoc proponitur, furti tibi crimen intenditur.

44. Ut fortes decet milites.] Quoniam pro labore ſatis exactum eſt, viciſſim id agit, ut procuret milites.

45. Foci et domi.] Ad cibos ſcilicet praeparandos.

ACT.

† *Interlocutus.* Forte. *Inſtructus.*
‡ *Illa.* Quaenam illa? Lego, *Ancilla.*

‡‡ *Cum.* Lego, *Cur.*
†† *Ut nullum faciat.* Forte, *Ut tumultum faciat.*

Digitized by Google

ACT. V. SCENA I.

1. PERGIN'.] Et haec conjecturali modo accuſat. quippe conqueritur, an virgo vitiata ſit: denique argumenta colligit.

4. VIRGO CONSCISSA VESTE LACRUMANS OBTICET.] Satis plenum eſt. nam ſi injuria fuerat, facile loqueretur: nunc vero tacet, quae eſt pudoris amiſſio.

13. QUID AIS, SACRILEGA? ILLUCCINE.] Quaſi intendat crimen, quod neque cuſtodierit virginem. At illa praecepto ſe paruiſſe reſpondet, *Quid facerem? ita uti juſſi, ſoli credita eſt.*

16. OVEM LUPO COMMISISTI.] Praedam, inquit, praedatori dediſti. DISPUDET.] Valde ego hic & vehementer erubeſco.

17. SIC MIHI DATA ESSE VERBA.] Sic me eſſe deceptam. QUID ILLIC HOMINIS EST?] Hic intelligitur reverti Chaeream, adhuc Eunuchi veſte indutum, ſicuti poſt cognoſcitur, & ideo miraculum fit. *Era mea, tace obſecro, ſalvae ſumus.*

22. VIDE AMABO! SI NON, CUM ASPICIAS, OS IMPUDENS.] *Amabo* dixit, quod ſemper inter Poetas nulla ſignificatione eſt. Senſus autem talis: Vide impudentiam, vide aſpectum, quemadmodum incedit. *Os* ergo *impudens videtur, cum aſpicias* venire. Et quaſi aliquid meretrix dixerit, ita ſubjungit, *Non eſt*, quaſi, negas eſſe, quod dico? Et hoc ut confirmet adjungit, *Cur igitur tanta confidentia fretus incedis?*

ACT. V. SCENA II.

1. APUD ANTIPHONEM.] Haec Scena injuriarum actionem tenet. reum facit Chaeream meretrix injuriae. at ille ſe veniali ſtatu purgat dicens, Se quod fecerit amore feciſſe. At primo quidem loquitur, cur non mutata veſte nunc venit.

6. IN ANGIPORTUM QUODDAM.] *Angiportum* dicimus & anguſtum & † tortuoſum * nam anguis modo flectitur.

11. BONE VIR, DORE.] Fingit adhuc meretrix illum Eunuchum eſſe: uti ſic ſalutatum facilius tanquam ſubjectum & ſibi deditum invehi poſſit.

16. HANC METUI, NE.] Hanc, inquit, Pythiam timui, ne me reum apud te faceret.

17. EHO! PAULULUM, IMPUDENS! AN PAULUM HOC ESSE TIBI VIDETUR, VIRGINEM VITIARE CIVEM?] Hic jam intelligimus, quod non Eunuchum credat eſſe, cum quo loquitur meretrix. Verum adhuc latet, quis ille ſit. Ita quamvis ille convictus eſt de vitiata virgine, adhuc tanquam ſervus proponit ut dicat, *Conſervam eſſe credidi.*

24. PRAESERTIM CUM EX SERVUM.] Nihil eſt, inquit, quod metuam, ſi injuſte aut per injuriam aliquid fecero, *maxime cum hic ſervum tuum fateatur ſe eſſe.*

25. MISSA HAEC FACIAMUS.] Hic jam meretrix ſublata ſimulatione accuſat adoleſcentem injuriarum, dicens, quod non dignum factum adeo fecerit, etſi digna pati potuerit ipſa. Exprimit deinde quid incommodi ſibi evenerit ex vitiata virgine, quod non poſſit ſuis illam, uti decreverat, reddere, & maximum beneficium & perpetuam gratiam collocare.

33. AT NUNC DEHINC.] Defenſionem adoleſcens ſub promiſſione inchoat: dicit enim *aeternam ex hac re futuram gratiam.* Hoc enim intelligi vult, quod illam ſit ducturus uxorem. Denique adjecit:

34. SAEPE EX HUJUSMODI RE QUAPIAM, ET MALO PRINCIPIO, MAGNA FAMILIARITAS CONFLATA EST?] Frequenter, inquit, ex tali re aliqua & initio non bono, ad familiaritatem maximam concordiamque perventum eſt. HUJUSMODI RE QUAPIAM.] Comico loquendi ſtilo *quapiam*, aliquam intelligimus.

37. EQUIDEM POL IN EAM.] Intelligit meretrix quod ſibi ab adoleſcente dictum ſit, & ideo adjecit, hoc quidem accipio ex dictis tuis, quod vehementer deſidero.

38. UNUM HOC SCITO.] Hic illa defenſio, quam venialem ſupra diximus.

41. NON ADEO INHUMANO.] Quoniam meretrices ab amatoribus ſuis quaſi quaſdam exigant poenas, ideo ſe purgat, ut dicat, non tam inhumano ingenio ſe eſſe, ut amor quid ſit, ignoret.

45. NON AUSIM.] Quoniam Pythias dixerat, timendum eſſe dominae Chaeream, hoc eſt, ne quam vim pateretur, reſpondit ille, non audeo. ſcit enim fratris amicam eſſe.

50. TAMEN SI PATER.] Pendens haec oratio ſenſum plenum habet: tamen ſi voluerit pater. Sed continuo cum hoc intellexiſſet adoleſcens, reſpon-

† *Tortuoſum * nam.* In neutro MSſtorum lacuna. Forte exciderunt verba haec: *Quaſi* ANGUIPORTUM.

reſpondit. Quid? volet, scio: civis modo haec ſiet.] Apud Athenas dedecoris maximi erat, non civem ducere uxorem. Unde & in Andria Simo ita loquitur: *Adeon' eſt demens? ex peregrina?*

51. Paululum opperirier.] Exſpectare.

57. Immo percupio.] Cupit adoleſcens ut ingredi vellet domum, quoniam illic ea puella eſt, quam videre deſiderat. Sed hoc intellexit Pythias & propugnat dicens, *Quam tu rem factura, obſecro, es?*

60. Dabit hic aliquam pugnam.] Proprium verbum eſt, & familiare ad exprimendum ſemper, cum aliquid fieri dicitur. Ut, [Virg. Georg. III. 265.]

imbelles dant praelia cervi.

Et hic, *Dabit aliquam pugnam.*

62. Non pol credo.] Verbis talibus fidem non habeo, neque quod dicit, fieri credo, niſi fuerit factum.

66. Perii hercle.] Ex hoc exprimitur quod ſupra dixit, *immo percupio.* Viſo enim Chremete noto & nobili viro, vehementer erubeſcit, quod cum Eunuchi veſte ſit.

69. Idipſum? virgo!] Quidam intelligunt, confuſus es quaſi virgo: erubeſcis ex veſte, & confuſionem pateris, quod virgo patiatur, quam vitiaſti. Et rurſus eſt quaſi admonitio, ut & pudori non ſit, quod iſta veſte indutus eſt, ſiquidem vitiavit virginem. I prae, ſequor.] Antecede, ego te ſequar.

ACT. V. SCENA III.

1. Quid? quid venire.] Haec Scena conſilium quaerentis ancillae tenet, quemadmodum ſe poſſit ulciſci. Deinde admonitionem, ut Chremes cum nutrice ingrediatur.

4. Nihil promovès.] Expreſſit tardos gradus ancillae ambulantis. Motum, inquit, corporis video, ſed itineris nulla progreſſio eſt.

10. Vide ut otioſus.] Attende, inquit, ut ſecurus Parmeno ambulat, & otioſus.

11. Spero me habere.] Credo jam me repperiſſe conſilium, quemadmodum illum tormentis afficiam, & cruciem pro mea voluntate.

12. Iao intro.] Pergam intro ut cognoſcam, an puella cognoſcatur.

ACT. V. SCENA IV.

1. Reviſo, quidnam.] Haec Scena allocutionem tenet ſervi gloriantis, quod conſilio tantum beneficium dederit, uti amorem ei difficillimum explicaverit. cujus partes enumerat, *quod eum confecit ſine moleſtia, ſine ſumtu, ſine diſpendio.* Illud maxime providiſſe gloriatur, *ut adoleſcens meretricum ingenia moreſque cognoſceret; ut cum cognoviſſet, ſemper odiſſet.*

8. Puto eſſe palmarium.] Hoc eſt, quod ego arbitror mihi eſſe glorioſum, ibi palmam debere ſumi.

14. Ligurriunt.] Ut ſupra dixi, leviter cibos tangunt. cui contrarium *abligurrire*, quod ſignificat abſumere.

17. Quo pacto ex jure.] Expreſſit meretricum ſordes. ſiquidem praeter cetera & *jus* dixit *heſternum*, (quod ſignificat aquam pinguem) quod ab amatore tulerunt, aut domi fuerit ac remanſerit, quod foris coenaverint.

20. Ne impune in nos.] Ne ſine poena nobis injuriam feceris.

ACT. V. SCENA V.

1. Pro Deum fidem!] Dum progreditur Pythias, fingit adoleſcentem Chaeream intus captum, & pro moecho deprehenſum, quo facilius Parmeno terreatur.

4. Exempla.] *Exemplum* dicit gravem poenam, ſcilicet quae caeteris poſſit eſſe ad exemplum: nam alias dicit, *Uterque in te exempla edent.*

10. Scis iſtam civem.] Ut vitiatori crimen increſcat, dicit *virginem eſſe civem, & ejus fratrem* adoleſcentem *nobilem*, qui facile poſſit conſurgere. Praeterea dixit eſſe *violentiſſimum.*

15. Id, quod moechis ſolet.] Hinc intelligimus quaedam in moechos eſſe ſupplicia, vel ſpadari, vel aliud quidlibet ad crudelitatem ſive turpitudinem. Haec Pythias reticet.

18. Quis homo pro moecho.] Et ſupra iſto conſilio uſi ſunt, ut impunitatis ſpem ſibi in domo meretricis pollicerentur; ita & nunc arguit Parmeno, quod *pro moecho in domo* deprehenſus ſit *meretricia* adoleſcens.

20. Dico, edico.] Uti iracundiam vel meretrix, vel quilibet alius temperare poſſit, maluit qui ille adoleſcens ſit confiteri, ne propter nobilitatem in eum aliquid conſtituatur.

21. Ne quam in eum Thais.] Bene adjecit *Thais*, quae ejus fratrem habet amatorem.

22. Cur non ago.] Credit jam ſe non poſſe ſuccurrere. Verum quoniam Pythias mentitur, metuit ne ingreſſus Parmeno aliud inveniat, ideo obſiſtit & prohibet ne ingredi vellet, quod illi potius iraſcuntur, quod credunt ipſius conſilio cuncta perfecta.

25. Ecce autem video.] Supponit Deliberativae ſpeciem, utrum indicet domino an non; ut oportuit, celeri conſultatione quid faciendum eſſet elegit, dicens: neceſſitatem eſſe dicendi. Ita & honeſtum, & utile ſemper vincitur, ſi modo neceſſitas ſit, ob quam aliter quam cogitur, fieri non poteſt.

ACT. V. SCENA VI.

1. Ex meo propinquo.] Haec Scena narrationem continet, quemadmodum filius ejus in domo meretricis pro Eunucho captus. ſimul cum defenſione & adoleſcentis qui captus eſt, & ipſius qui narrat, ne videatur ipſe ſuis ad periculum conſiliis dominum impuliſſe. Ex meo propinquo.] Ex ſolo & vicino agro.

5. Quem praestolare?] Notandum quod hic per accuſativum protulit, *quem praeſtolare?* At vero Cicero [Catil. I. 9.] per dativum: *Qui tibi ad forum Aurelium praeſtolentur armati?*

9. Primum te arbitrari.] Antequam crimen vel admiſſum aliquod facinus narraret, prius voluit quod factum eſſet a ſe removere. *Ne me*, inquit, *ſpectes*, hoc eſt, ne de me eſſe credas. Sed hoc ſtulte factum, niſi crimen vel facinus dixiſſet, purgare non debuit perſonam ſuam. Ideo ſenex interrogat *quid factum ſit.* Et Parmeno, *Recte*, inquit. *Oportuit rem praenarraſſe me.* Hoc eſt, crimen quod eſt admiſſum prius oportuit dicere, & ſic adhiberi in omnibus purgationem.

12. Emit quendam Phaedria Eunuchum.] Cum Aethiopiſſam etiam, tamen de Eunucho tantum narrat, quia ipſe pertinet ad cauſam, & ne dominum in muneribus onerare videatur.

16. Hem! quid? amat? an scit jam.] Licet breviter ſupra Parmeno utrumque narraverit, vel ipſum † emiſſe * meretrici, vel Chaeream amare coepiſſe, tamen utriuſque calamitatis ſenſus, ſenex graviter indignatus conqueritur; *Scit jam ille, quid meretrix?* Sed ita non adoleſcenti crimen inſtituit, quod vir ſit; ſed quod *ſcit, quid meretrix ſiet.* An quia quodam aſtu & calliditate, mala haec mihi ingeminata ſunt, ut *aliud malum ex alio* naſceretur. Aliud enim malum computat Eunuchum; aliud quod minor filius coeperit amare meretricem.

18. Here, ne me spectes.] Narratio cauſae redit ad defenſionem ſuam, quam ſupra dimiſerat.

22. Hunc pro moecho.] Bene ita *pro moecho* dixit, quia in domo meretricis moechi crimen nullum eſt.

23. Et constrinxerunt.] Hoc eſt, vinculis alligarunt.

24. Audaciam meretricum.] Jam ſervus meretrices accuſare coeperat, & audaces dicere, ut eſinde a crimine ſuo per accuſationem avocet dominum. Numquid est aliud mali damnive.] *Mali* pertinet ad hunc, quod Chaerea pro moecho intus eſt deprehenſus & ligatus: *Damni* ad illud, quod eſt a Phaedria emtus * Eunuchus.

ACT. V. SCENA VII.

1. Numquam aedepol.] Haec Scena continet inſultationem, quod cum ingreſſus eſſet ſenex in domum Thaidis, quaſi timidus & ſollicitus de filii poena, invenerit eum indutum veſte Eunuchi. quod ſe Pythias per dolum feciſſe laudat, ut Parmeno deciperetur, ac metu territus domino indicaret, quod celare debuerat. Pulchre autem factum, quod metu quodam compulſus ſenex ingreſſus eſt in domum meretricis, ut filio ſubveniret; & ſic dum illic Chremes eſt, frater quoque vitiatae virginis adeſt, & Chaereae promiſſio ad nuptias completur.

11. Quid? illicone.] Accuſat Parmenonem ſtultitiae, primum quod credit ea, quae ſibi ab ancilla, & ‡‡ ab amata dicerentur. Deinde quod ea, quae celare debuerat, indicaverit domino.

12. An poenitebat.] An, inquit, te poenitebat ejus flagitii, quod factum eſſet ab ‡ adoleſcente * indicare patri & prodere, quo ejus facinus publicaretur.

14. Quid illi credis animi.] Qualem, inquit, credis adoleſcenti fuiſſe animum eo tempore, quo ſe viſum vidit a patre, quod Eunuchi veſte eſſet indutus?

17. Nos irridere, scelus.] *Tu ſcelus*, hoc eſt, ſceleratus. ſic enim res ipſa ponitur pro perſona. Ut Salluſtius in Jugurthino: †† *Ad hoc facinoroſorum circum ſe, tanquam ſtipatorum, catervas habebat.*

19. In diem isthuc.] Videlicet, quod mihi mini-

† *Emiſſe * meretrici.* Nulla in Mſſ. lacuna. In altero hinc uſque ad Heaut. Act. IV. deſunt omnia, ob exciſſa folia quatuor. ‡‡ *Ab amata.* Immo, *Ab amare.*

‡ *Adoleſcente * indicare.* Ita & eſt in Mſ. altero. Reſtituo ex conjectura: *An, inquit, te poenitebat ejus flagitii. quod factum eſſet ab adoleſcente, niſi eum etiam indicares & proderes, quo ejus facinus publicaretur?*

†† *Salluſtius in Jugurthino.* Immo Catil. 14.

minitatis ſupplicium adhuc imminet & impendet: at tu jam punieris.

20. Qui stultum adolescentem nobilitas.] Hoc eſt, peccatis notum omnibus reddis: eundem indicas.

21. Uterque in te exempla edent.] Adoleſcens qui nobilitatus eſt flagitiis, & pater cui hoc eſt indicatum.

ACT. V. SCENA VIII.

1. Quid nunc?] Inducitur in hac Scena miles Thraſo ad Thaidem reverti velle ut recipiatur, quoniam ſe intelligit excluſum eſſe. ejus autem poſterior vis eſt, quamquam hoc diſſuadet paraſitus. Sed quoniam Colax eſt, dat conſenſum.

3. Qui minus, quam Hercules.] Omphalen dicitur Hercules amaſſe vehementer, ita ut indutus muliebri habitu, opera quoque foeminea faceret, & habitum ſuum amicae eidem daret. Ergo miles, quoniam ſerviturum ſe eſſe meretrici dicere volebat, ne turpe videretur quod miles eſſet, & vir meretrici ſe ſubjiceret, exemplum ab Hercule ſuſcepit. Ita enim glorioſi faciunt ut peccent, & peccandi tamen ſe habere profiteantur exempla.

4. Commitigari videam sandalio caput!] *Sandalium* genus calciamenti eſt. Utinam tibi comminui & percuti videam caput, ut vere ſervire videaris. Hoc quidem paululum ſummiſſiore voce paraſitus dixit.

ACT. V. SCENA IX.

1. O Populares!] Exultationem haec Scena habet, quod Chaerea conſilium complere potuerit ſuum. Eſt ergo hic allocutio gaudentis. Laudat ergo Parmenonem, ſe, atque fortunam. Parmenonem quod conſilium dederit, † quod aggreſſus eſt fortunam, quae cuncta complevit. Mox ea quae iſtic acta ſunt narrat, & ſibi eſſe ſponſam, & illam cognitam civem: & meretricem tantum fratris eſſe Phaedriae, & militem excluſum. Idcirco Parmeno adjecit:

10. Fratris igitur Thais tota 'st?] Hoc cum miles audiſſet, vehementer in amoris flammas incenſus deliberat, quid facere debeat. Sumit conſilium, ut hos roget. Ac primum allocutio. Ruſus interponitur Phaedria, qui exultationem gaudii ſui exprimit, & de ſuis facultatibus gaudet: gratias agit patri, quod feſtive & jocunde interveniens cuncta compleverit.

19. De vostram fidem!] *Ingreſſus* Parmeno Phaedriae narravit univerſa, quae dixerat frater: ita cum fratrem continuo vidiſſet, nihil aliud dixit, quam gaudium & laetitiam ſe habere. Nam oſtendit ſe cuncta a Parmenone cognoviſſe.

21. Nihil est Thaide hac tua, frater, dignius, quod ametur.] Melius nihil quod amari poſſit.

23. Mihi Thaidem illam laudas?] Utique cum ſcias me amatorem, quodammodo ſupervacuum eſt mihi illam quod laudas. Perii! quanto minus spei.] Amorem etiam concitari manifeſtum eſt, & rurſus, ut hic Terentius dixit, deſperatione incendi. verum illa deſperationis quadam ſpe ducatur ‡ * quod pervenire poſſit amor, minus incenditur. Denique hoc miles, quoniam recipi ſe in partem ſperat, idcirco *quanto minus ſpei eſt*, inquit, *tanto magis amo.*

24. Perfice hoc precibus.] Hic perſuadet Parmenoni, ut, quocunque pacto hoc compleatur, ad meretricem poſſit admitti.

26. Siquid conlibuit, novi te] *Eiρωνεία* eſt: quidquid conlibitum eſt.

27. Quodvis donum, praemium.] *Novi te. ſi hoc effeceris, quod vis donum* praemio donaſſe, hoc, inquam, a me poſcito: id cum optaveris, accipies. Atque ultra merita ſunt *dona*, *praemium* vero eſt, quod quaſi ob meritum datur. Proprium enim verbum eſt, ut: optet praemium vir fortis, quod volet.

28. Si efficio hoc, postulo.] Varia diſtinctio: quidam enim ſic dicunt, ſic diſtinguunt. *Si efficio hoc*, ut poſtea ſubjungant, *Poſtulo, ut mihi tua domus, te praeſente, abſente, pateat.* Paraſitus nil aliud deſiderat praemii loco, niſi ut ſibi cibus ſuppeditari poſſit: & ſive praeſens miles, ſive abſens ſit. numquam vocatus, ſemper tamen ad coenam veniat.

30. Do fidem, futurum.] Jam fidem promitto, ſpondeo.

33. Scin' quam fretus?] Etſi praeſumis, inquit, de nobis, praedico, ut ſcias iſtam nos habere ſententiam. Quod ſi te in hac platea aliquando invenerimus, ita accipieris, ut numquam tibi ſubvenire poſſit iſta defenſio, quod *alium quaerebas*, aut *iter quod hac te habere dicas.*

F 2 36. Non

† *Quod aggreſſus eſt fortunam.* Lege & diſtingue; *Se, quod aggreſſus eſt; Fortunam, quae cuncta complevit.*

‡ * *Quod pervenire.* In Mſ. lacuna nulla. Locus corruptus. Forte legendum: *Verum illa deſperatio, ne quadam ſpe ducatur ejus, ad quod pervenire poſſit amor minus, magis incenditur.* Et mox pro *ſperat* legerim *deſperat.*

36. NON COGNOSCO VESTRUM.] Hoc quod reſpondiſti eſt *ſuperbum.* nam *veſtrum* eſſe non *cognoſce*, nec credo.

37. PRIUS AUDITE PAUCIS.] Hoc Deliberativae ſpecies eſt. Deliberat Phaedria an rivalem in partem meretricis recipiat. Eſt ergo principium ab [ira] collocatum, cum dixit, *ſi placuerit, facitote.*

39. PRINCIPIO EGO VOS AMBOS, &c.] In hoc principio rurſus Gnatho, quoniam ſcit odioſum militem interponi, ſe utilitatis cauſa id facere confitetur. Verum ne ſibi conſulere intelligatur tantum, cum utique alienus ſit qui cupiat perſuadere, adjecit:

41. VERUM SI ID VOBIS PRODEST, VOS NON FACERE, INSCITIA 'ST.] Exemplum deinde apponit ipſius ſententiae, per propoſitionem:

42. MILITEM EGO RIVALEM RECIPIENDUM CENSEO.] Primum hoc deliberativum eſt, ut qui ſuadet, aliquam ſententiam dicat: quemadmodum in Philippicis; [Forte, VIII. 11.] *Quare ita cenſeo.*

43. COGITA MODO. TU HERCLE.] Poſt ſententiae propoſitionem ſubnectit ea quae utilia ſunt Phaedriae, ut libenter capiat victum. Ipſum quidem non plurima dare, Thaidem contra plurima velle accipere.

47. NEC MAGIS EX USU TUO.] Hoc eſt, nec eſt aliquis qui magis ſit ex tua utilitate, quia *habet quod det, & largius nemo dat.* Sed ne incidat quaeſtio, forte datorem amare incipiat meretrix, ſubjunxit: *Fatuus eſt, inſulſus, tardus: ſtertit noctes & dies. Neque iſtum metuas, ne amet mulier: facile pellas, ubi velis.* Ad illa omni genere aptus eſt miles; vel ut dona det, vel ut facile contemni poſſit.

51. PRAETEREA HOC ETIAM.] Poſt ea, quae ſupra commoda narraverat, adjungit quod etiam ſibi maxime neceſſarium eſt, quod nemo melius accipiat, quam miles. *Accipit* autem paſcit. Virgilius, [Aen. III. 353.]

Illos porticibus rex accipiebat in amplis.

53. MIRUM, NI ILLOC HOMINE.] Sive quia *nemo melius accipiat, neque prolixius*, id eſt, abundantius. ſive quoniam multa dona meretrici donare poteſt. Ad quaecunque hic homo neceſſarius eſt.

54. UT ME IN VESTRUM GREGEM.] Etiam de ſe perſuadere voluit, ut non excludatur, ſed pariter cum his poſſit vivere, etiam horum auxilio.

55. DIU HOC JAM SAXUM.] Olim cum iſto milite laboro: quem ſilicem ob ſtultitiam appellavit, ut † quaſi [Virg. Aen. VI. 471.]

dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes.

Ubicunque enim quaedam ſtupiditas, ſilici comparatur.

63. DIXIN' EGO IN HOC.] Quidam intelligunt hoc verſu de Terentio dici, qui & Comoediam ſcribit, ut is in ſe habeat *Atticam*, hoc eſt, Menandri *eloquentiam*, qui fuit Atticus. Quidam de milite, ut per *eironeian* dictum ſit, quaſi ad praeſentem, ut credat ſe eſſe laudatum. Dixin' ego quod miles habeat in ſe eloquentiam Atticorum? ſiquidem modo dixerat, *Numquam etiam fui uſquam, quin me omnes amarent plurimum.* Ita uſque ad extremum melius ſervata eſt militis glorioſi oratio.

64. NIHIL PRAETERMISSUM.] Omnia quae dixiſti invenimus in milite: an, omnia quae promiſimus tibi implebuntur, & nihil eſt, vel erit, praeter id quod diximus.

† *Quaſi.* Lege: *Quam ſi dura ſilex.*

Explicit Commentarius Eunuchi.

INCIPIT IN HEAUTONTIMORUMENON.

PROLOGUS.

OMNES hae Comoediae de Graeco tranſlatae ſunt, a Menandro quidem quatuor, duae ab Apollodoro. *Heautontimorumenos* Menandri eſt. cujus Prologus partitionem tenet, in qua docet, quid in quaeſtione ſit, id ipſum ne populus miraretur, diſſolvere.

1. NE CUI SIT VESTRUM MIRUM, CUR PARTES SENI POETA DEDERIT, QUAE SUNT ADOLESCENTIUM.] Duas partes proponit, unam quod

quod contra conſuetudinem Senex Prologus proceſſit in publicum: ſolet enim iſtud officium adoleſcentibus dari. Ergo quoniam contra conſuetudinem in Prologum perſona proceſſit Senex, idcirco hanc primam populo vult ſolvere quaeſtionem.

3. DEINDE, QUOD VENI, ELOQUAR.] Altera haec pars eſt. Simile autem mihi videtur huic eſſe principium Divinationis. [cap. I.] Namque & illic quod ſubito mutata voluntate ad accuſandum deſcenderat, mirum dixit videri, vel judicibus, vel circumſtantibus: ac propterea ſe primum id velle diſſolvere. *Si quis veſtrum, judices, aut eorum qui adſunt, forte miratur.* Vides hic verbum *noverit*, ſemper apponi: ita enim & hic dixit, *Ne cui ſit veſtrum mirum.* Hanc igitur partitionem ſolvit, uti dicat, *Cur partes ſeni Poëta dederit, quae ſunt adoleſcentium.* Quod primo propoſuerat, primo ſolvit. *Oratorem me eſſe voluit, non prologum. Veſtrum judicium fecit: me actorem dedit.* Quod autem dixit, *Quod veni, eloquar*, illud eſt: *Nam quod rumores diſtulerunt malivoli, Multas contaminaſſe Graecas, dum facit Paucas Latinas: id eſſe factum hic non negat.* Ergo ut propoſitio collocata eſt, ita etiam ſolutionis eſt ordo ſervatus. Sed nunc ad interpretationem ſuperiorum revertamur.

4. EX INTEGRA GRAECA, INTEGRAM COMOEDIAM SUM HODIE ACTURUS.] Quoniam ANDRIA ex duabus Comoediis videtur eſſe confecta, quippe illic & *Perinthia*, & *Andria* continentur: quod quidem criminis loco adverſarius dederat. Ideo hic *ex integra*, inquit, *Comoedia integram Comoediam acturus ſum.* ne videatur ab altero tacta, aut ipſe alteram tetigiſſe, ſed unam Comoediam & integram, ad Latinum ſermonem interpretatione mutaſſe. Denique ideo adjecit:

6. DUPLEX, QUAE EX ARGUMENTO FACTA EST SIMPLICI.] Ut ſimplex argumentum ſit, duplex Comoedia: dum & Latina eadem & Graeca eſt..

7. NOVAM ESSE OSTENDI.] Propterea, cum a Graeco tantum dicta eſt, & Latine nunc acta eſt. Nunc primum in ſcenam procedit, idcirco dicitur *nova*, & quae eſſet ſupra dixit, *Heautontimorumenon.*

8. ET CUJA GRAECA SIT, NI PARTEM MAXIMAM EXISTIMAREM SCIRE VESTRUM, ID DICEREM.] Duplex hic pronuntiatio eſt, *Qui ſcripſerit, Et cuja Graeca ſit, ni partem maximam Exiſtimarem ſcire, id.* ut poſt inferatur:

10. NUNC, QUAMOBREM HAS PARTES DIDICERIM, PAUCIS DABO.] Illud quod *ſupra poſitum* eſt, videtur adjectum. Nunc *redit ad partitionem* ſupra collatam, *cur partes adoleſcentium* ſenex ſumſerit.

11. ORATOREM ME ESSA VOLUIT, NON PROLOGUM.] Ut apud vos agerem cauſam potius, non officio fungerer Prologorum. Prologi enim, ſicuti jam dictum, aut argumentum narrant, aut Poëtae perſonam commendant, aut audientiam poſtulant: nunc autem ego apud vos acturus ſum cauſam, & defendam, ſi quod fuerit forte in Terentium ab adverſario, loco criminis intentatum. Ideo enim dixit, *Veſtrum judicium fecit: me actorem dedit. Sed hic actor tantum poterit a facundia, Quantum ille potuit cogitare commode, Qui orationem hanc ſcripſit, quam dicturus ſum.* Poëta inquit, *me actorem* eſſe voluit, qui tantum in facundia excellit, & praevalet ingenio. quantum & ego qui eandem Comoediam acturus ſum, in agendo praevaleo: ita *hic actor*, hoc eſt, ego, *tantum potero a facundia*, hoc eſt, non degenerabo ab eo qui cogitavit.

16. NAM QUOD RUMORES MALEVOLI.] Hic jam incipit cauſam dicere cur venerit, ſicut ſupra diximus, ut purget quaeſtiones ipſas, & objecta ab adverſariis ſolvat. *Malivoli* autem, quod dixit, vel numero plurali, ut *malivoli rumores* ipſi: vel ſingulari, ut ſit hujus malivoli, hoc eſt, Luſcii Lanvinii. DISTULERUNT.] Id eſt, in diverſum diſſeminarunt.

17. MULTAS CONTAMINASSE.] Hoc eſt, illud quod diximus, quando hic praelocutus eſt, ut diceret, *Ex integra Graeca, integram Comoediam ſum acturus hodie.* Ita & hic, hoc ſibi crimen dicit objectum, quod Terentius multas Graecas contaminaverit Comoediaa, dum paucas Latinas facit. Hoc autem crimen Terentius *non negat factum*, ſed *ſibi licere* demonſtrat, & licere ſcilicet per aliorum exempla. Quemadmodum Tullius dixit: [Divin. cap. 2.] *Adductus ſum, judices, † fide, miſericordia, multorum exemplo bonorum.* Et hic, *habet bonorum exemplum.*

19. FACTURUM AUTUMAT.] Facturum dicit & profitetur.

22. NAM QUOD MALIVOLUS VETUS DICIT.] Aliud crimen eſt, quod objectum nunc proponit. quoniam Luſcius Lanvinius dicit, Terentium non peritum artis Muſicae, ad Comoedias ſcribendas acceſſiſſe praeſumente potius ingenio amieotum, non ſuo.

25. ARBITRIUM VSATRUM, VEATRA EXISTIMATIO VALEBIT.] Hoc locutionis genus ſatis

† *Fide.* Lege: *Officio, fide.*

mirum eſt, cum dicit, de hac re vos judicare poteritis: an id quod objicitur nobis, verum ſit, ut Terentius non natura ſua fretus, neque ingenio, ſed amicorum potius, ad ſcribendas Comoedias acceſſerit. Eſt namque rumor, quod Terentius cum Scipione Africano familiariſſimus fuit, ſempet iſtas Comoedias cogitarit: hoc igitur Prologus nititur ſolvere. Et quoniam non eſt erubeſcendum, tali viro fuiſſe conjunctum, idcirco minus curat hoc crimen diſſolvere: dicit tantummodo, *Veſtrum judicium eſt, & veſtra exiſtimatio.*

26. Quare vos omnas oratos volo.] Hic jam ſequitur officium Prologi, ut benevolentiam petat: quae benevolentia & in adverſarios odium concitat. quod adjecit:

27. Na plus iniquum possit, quam aequum, oratio. Date crescandi copiam novarum harum, qui spactandi faciunt copiam sine vitiis.] Quoniam petitio generaliter fuerat collocata, uti novis Poëtis faverent auditores: adjecit novis, ſed qui ſine vitiis Comoedias dant: illis Luſcius Lanvinius novas Comoedias profert, ſed † cum vitio adjecit:

30. Ne illa pro se dictum existimat.] Et ne Luſcius Lanvinius etiam pro ſe petitum arbitretur.

31. Qui nuper fecit sarvo currenti in via decesse populum.] Proponit vitium quod admiſerit Poëta Luſcius Lanvinius: quippe cum omnis Comoedia aut errorem teneat ex amatoribus, aut injuriam meretricum, aut ſuppoſitionem filiorum, aut aliquid tale, quod ad moralitatem videtur eſſe conjunctum. Quod tale hic eſt, cum ſervus currit, cum populus decedit, quod domino inſano obediat ſervus: ne potius aliena a Comoediis ſint, aperte, ait, ac breviter ea, quae ſunt Comoediarum, explicemus. Omnis Comoedia aut amoris habet agnitionem, aut ſuppoſitionem amoris habet, ut ex Andria, quam quidem in agnitionem eſſe cognoſcimus: nam cognoſcitur Glycerium ‡ quia civis ſit. Suppoſitionem habet, ut apud Plautum qui eſt *Truculentus:* militi enim ſupponitur filius, ut exinde in meretricis affectum arctius & ſtrictius colligetur. Ergo cum videamus haec eſſe neceſſaria in Comoediis teneri, vehementer erravit Lanvinius, qui extra haec Comoediam inſtituit: & ſervum currere, populum per viam diſcedere, quod inſano ſerviat domino. Unde apertiſſimum vitium in Comoedia reprehendit Terentius.

36. Statariam agera ut liceat per silentium.] Quidam *ſtatariam* genus eſſe putant Comoediae: alii in quibus ſtantes, unde hanc *ſtatariam* nominant. Mihi enim videtur *ſtatariam agere ut liceat per ſilentium*, ideo dixiſſe, ut perpetuo & ſtabiliter agatur haec Comoedia, neque populi adverſis ſuffragiis foras pellatur. Ideo adjecit, *ut liceat per ſilentium*, & ſubjungit: *Ne ſemper ſervus current, iratus ſenex*, &c. *aſſidue agendi ſint mihi*, *Clamore ſummo cum labore maximo*, Haec autem, quae nunc nominantur, propria videntur eſſe perſonarum. nam ſervi officium eſt currere, ſenis iraſci: *paraſitus* autem *edax* eſt, *impudens ſycophanta*, *leno avarus* eſt. ergo ſunt haec propria ſermonis, quae neceſſe habeo ex neceſſitate perſonarum complere. Debetis mihi potius favere, quam adverſo ſuffragio conatus facere.

41. Mea causa causam hanc justam in animum inducite, ut aliqua pars laboris minuatur mihi.] Quantum ad eum qui Comoediam ſcribit, pertinet· potuit enim ſecundum morem ingenio univerſa complere. ergo quia haec pronuntiaturus ſum, neceſſe habeo ſilentium. Ideo, inquit, propter me hanc mihi operam exhibete, ut cum ſilentio attendatis.

46. In hac pura est oratio.] Quoniam, ſicut dixerat, laborioſas potius Comoedias ad ſe deferri, leves ad alium: ne praejudicium huic Comoediae feciſſe videretur, quod ipſe dicit illa aut exinde jam a ſuperiori populo judicare poſſet, adjecit, *In hac pura eſt oratio. experimini in utramque partem ingenium quid poſſit meum.* Non omnia aequalitas, modo utrumque poſſum: & levia perferre, & gravia complere. Ita ait *in utramque partem:* quoniam ſemper in aſperioribus comprobaſtis, nunc quoque levioribus noſſe debetis.

51. Ut adolescentuli vobis placere studeant potius, quam sibi.] Si mihi nunc honorem per ſilentium dederitis, facile eos adoleſcentes compelletis, *ut vobis placere potius velint*, *quam ſibi:* quoniam officium Prologorum adoleſcentes ſumunt, multa in Comoediis ipſi acturi ſunt, ita factum cum mihi ex hac actione eſſe cognoverint, facile ipſi laborem hunc capere poſſint, ut vobis placeant.

ACT. I. SCENA I.

1. Quamquam haec inter nos.] Haec Scena continet injuſtam accuſationem, quod gravis ſenex de ſe exigat poenas, defen-

† *Cum vitio.* Forte, *Convitio.*

‡ *Quia civis ſit.* Aut expreſſit Graecum ὅτι, aut ſcripſit, *cuja.* Prius placet. quia frequentius occurrit apud Noſtrum.

Digitized by Google

defenſionemque continet juſtam. memorat quippe, ita ſe meritum, ut ipſe de ſe exigat poenas. Quare qualitatis eſſe intelligimus ſtatus, & non tam eſſe accuſationem, quam objurgationem. Hujuſmodi etenim in auctoribus, qui non apud judicem controverſiam dicunt, vim debemus potius intelligere, quam controverſiam: non enim judices praeſunt. Sed quoniam talis eſt actio, ut videatur vim controverſiae continere, idcirco ſtatus hic eſt, & ſecundum iſtum cuncta dicuntur. Ergo in hac Scena ſtatus qualitatis eſt abſolutae, utrum juſte fecerit, vel faciat, quod de ſe ſenex exigat poenas. Quam rem docet juſte fieri, ex eo quod ſe meritum dicit, propterea quia ipſe filium ſuum, amantem adoleſcentum more, miſerit in militiam duram, ſaepius accuſando: inde ſibi juſte imponi has ipſas, quas implet, graviſſimas poenas. QUANQUAM HABC.] Chremes vicinus, cum conſpiceret ſenem, eundemque olim divitem, graviter laborare ac tota die in opere conſiſtere vehementer, accedit interrogans: & ut oportet apud ignotum, longa utitur oratione, ſimulque ſibi etiam quaeſtionem facit, & quaſi ipſe ſibi reſpondet. Quo pacto vim oſtendit ejus qui interrogat, cum ſit ignotus. Aliter enim ſenem in dolore poſitum, & calamitatibus preſſum ad loc[utionem †† edet fabulas] provocare non poſſet, niſi ſecum in ſe interrogans illud ita loqueretur, uti adjiceret quae ipſe reſpondere potuiſſet. Ac primo purgat perſonam: quamvis antea familiaritas nulla fuerit, audeat tamen hodie accedere, & eum alloqui, dicit ergo, quod nimius labor, quem ipſe de ſe exigat ille, qui ſenex & dives eſt, in ſe taciturnitatem eſſe non permiſerit, ſed potius compulerit ad interrogandum, etiamſi parva amicitia fuiſſet atque notitia, ex hoc quod vicinum agrum non longe ante mercatus eſt.

3. NEC REI SANE AMPLIUS.] Nec aliquid inter nos fuit rei, ex quo facilius jungeremur.

4. VEL VIRTUS TUA ME.] Quam honeſto verbo uſus: laborem & calamitatem virtutem potius ‡ nominavit *.

5. IN PAOPINQUA PARTE.] Vicinitas agrorum & domorum, quaſi quaedam pars amicitiae eſt.

6. AUUACTER MONEAM, ET FAMILIARITER.] *Audacter*, quod quaedam dicturus eſt, veluti accuſans: *Familiariter*, quod ita accedit, quaſi ex notitia praeterita.

7. QUOD MIHI VIDFRB, &c.] Ipſe partitionem ſuam perſequitur: nam propter aetatem ſic ſubjungit: *Annos ſexaginta natus es, Aut plus eo, ut conjicio. agrum in his regionibus Meliorem, neque pretii majoris, nemo habet. Meliorem* ad uſum refert: *pretii majoris*, ad opinionem populi de ipſo agro.

15. NUMQUAM TAM MANE, &c.] Hic eſt labor ille qui fit plurimus, quo cotidie † [in alio] labore conſtituitus, quod *aut fodere* invenitur, *aut aliquid facere.*

17. DENIQUE NULLUM REMITTIS.] *Nullum remittis*, ad illud pertinet quod dicit, *Numquam tam mane egredior, neque tam veſperi domum revertor.*

18. NEQUE TE RESPICIS.] Ad illud, vel quod ſenex eſt, vel quod dives.

20. AT ENIM DICES.] Optima, ut diximus, ratione, ipſe ſibi quaeſtionem facit, & utitur reſpondentis ratione, ut eum provocare poſſit ad loquendum, qui frequenter preſſus dolore conticeſcit. *Sed dices mihi*, inquit, *poenitet me, quantum hic operis fiat:* cui reſpondet, tamquam hoc ſibi propoſitum ſit: *Sed in opere faciendo quod conſumis, Si id conſumas in exercendis ſervis, plus agas.*

23. TANTUMNA FAT AB RE.] Bene tamquam alienum alloquitur Menedemus, ut illi & otium eſſe dicat, & tantum otium a rebus ſuis, *ut aliena cures, & ea, quae ad ſe nihil attinent?*

26. VEL ME MONARB HOC, VEL PERCONTARI.] *Monere*, ſi ſciam quod faciat: *percontari*, ſi neſcit.

27. RECTUM EST, EGO UT FACIAM.] Ad ſuperiora pertinet ſenſus, ut intelligi poſſit. *vel percontari puta ſi rectum eſt:* Ideo quaero ut faciam; ſi non eſt rectum, ut te deterream.

28. MIHI SIT USUS.] Mihi ſic expedit.

34. AUT CONSOLANDO, AUT CONSILIO, &c.] Apponit cauſas cur aliena incommoda queri videatur. Hoc enim quod interrogo proderit tibi *. [*Aut enim grande malum, & conſolatione te adjuvero, ſi ſubveniri poteſt.* RE ADJUVERO.] Ita boni amici ordinem cuſtodivit, ut crederet ſe aliquo modo prodeſſe *.

35. [HAC QUIUEM CAUSA, QUA DIXI TIBI.] *Quum Menedemus tantum illud poſuerat, uti diceret*, SCIRE HOC VIS? *ille continuo repudiaret ad cauſam uti diceret, Non rem ſcire cupio, ſed hac cauſa ſcire cupio, qua dixi tibi, ut aut conſolari te poſſim, aut conſilio, aut re adjuvare poſſim.*

41. [FILIUM EGO AUOLEACENTULUM HABEO.] *Hic narratio incipit, cur ſe ſenex puniat.*

44. [EST E CORINTHO HIC ADVENA ANUS PAUPERCOLA.] *Et haec narratio eſt ad perſonam declarandam ejus mulieris, quae puellam tulit illam, quae* Chre-

†† *Edet fabulas.* Ita diſerte in Mſ. Lego autem, *Et ad fabulas.*
‡ *Nominavit* *. In Mſ. lacuna nulla. ſed, QUOD EGO IN PROPINQUA.
† *In alio*, Immo, *In aliquo.*

Chremetis ſilia eſt. Quae nunc poſita narratio ad illam ſuperiorem conjungitur & adnectitur.]

47. COEPI NON HUMANITUS.] Hic jam ſe arguit, quod juſte de ſe exigat poenas: ſiquidem cum animadvertiſſet filium amare mulierem non humano modo, neque uti decuit adoleſcentuli animum, ſic tractavit, ſed aperta vi, & more patrum cotidie accuſavit. Subjungit deinde allocutionem, qua uſus eſt cum accuſaret filium:

54. EGO TE MEUM TANTISPER DICI VOLO, DUM, QUOD TE DIGNUM EST, FACIES.] Dici te filium meum tam diu volo, quam diu facis quod te dignum eſt. Sin autem non feceris, ego inveniam quod in te dignum ſit facere.

60. SIMUL ET REM, ET GLORIAM.] Ut uno tempore militiae labore proprio, & fortunas reperirem & dignitates.

62. SAEPE EADEM, ET GRAVITER.] His onerat cauſam ſuam, quod frequenter dixerit *& graviter*. Tandem adoleſcens victus diſceſſerit in militiam.

65. IN ASIAM AD REGEM MILITATUM.] Singula in pronuntiatione ſunt collocanda. Nam *in Aſiam*, quod dixit, intelligere debemus, in longinquum locum. *Ad regem* vero hoc eſt, quaſi ad ſervitutem. *In militiam*, ubi ſcilicet durus labor & periculum eſt.

66. CLAM ME EST PROFECTUS.] Hic curavit quod facile illi poterat opponi: Cur ergo non † cum eum videres proficiſci *. [CLAM ME.] MENSES TRES ABEST.] Hic dolorem ſuum exprimit, temporis longinquitate.

67. AMBO ACCUSANDI.] Nec dum tota expoſita eſt, idcirco aequalem partem accuſationis ſuae poſuit Chremes, quod dixit, *ambo accuſandi*. Quamquam inclinavit ut adoleſcentem defendere videatur, cum inquit, *etſi illud incoeptum* videtur eſſe *prudentis animi ſignum*, & non minus obſequentis. Hoc eſt enim quod dixit, *non inſtrenui*.

72. SOCCOS DETRAHUNT.] Dixi jam Comoedias iſtas eſſe palliatas: hoc eſt, ‡ ibi perſonae ſunt Graecae. Ideo ergo dixit, *ſoccos detrahunt*.

79. [SED GNATUM UNICUM, QUEM PARITER UTI ILLIS DECUIT, AUT ETIAM AMPLIUS, EUM EGO EJECI HINC INJUSTITIA MEA.] *Quem oportuit his rebus uti, ita uti ego utor, pari modo, aut vero amplius, quod illa aetas magis ad haec idonea ſit.*]

83. [MALO QUIDEM ME DIGNUM QUOVIS DEPUTEM, SI ID FACIAM.] *Si hoc faciam, utiutar ſolus bonis meis, quovis malo me arbitrer dignum.*]

84. [NAM USQUEDUM ILLE VITAM ILLAM COLET INOPEM.] *Quamdiu ille in militia poſitus habebit vitam illam ſine ope, patria carens propter injurias meas, tam diu de me illi dabo ſupplicium, ſic laborans & ſerviens.*]

89. CONRASI OMNIA.] Hoc eſt, collegi univerſa quae venderem.

90. OPERE FACIUNDO FACILE SUMTUM.] Servos univerſos produxit & vendidit, exceptis his qui ſuo opere ſuos ſumtus tolerare poſſent.

92. INSCRIPSI ILLICO AEDES.] Hoc eſt, aedes meas locavi.

94. HIC ME EXERCEO.] Non hic ad voluptatem poſitum *exerceo*, ſed ad laborem. quemadmodum Virgilius, [Aen. III. 182.]

nate Iliacis exercite fatis.

95. DECREVI TANTISPER ME.] Hoc enim judicavi me non tantam injuriam facere meo filio quem expuli, ſi & ipſe miſer ſim.

100. SI QUIS RECTE AUT COMMODE.] Supra accuſaverat utrumque, cum diceret, *ambo accuſandi*: modo utrumque defendit, quod hunc *ingenio* †† *levi* dicit, & *illum obſequentem*, ‡‡ ſi minus aliquid *recte & commode tractaret*. alterum nam hoc factum eſſe dicit, quod neuter ſe noverit.

101. [VERUM NEC.] *Hoc factum eſſe dicit, quod neuter alterum ſatis noverit.*]

102. UBI NON VERE VIVITUR.] Ubi non integre vita oſtenditur, ubi non nudatur, ut quis qualis ſit, agnoſci queat.

103. QUANTI PENDERES.] Quantum diligeres.

105. QUOD SI ESSET FACTUM, HOC NUMQUAM.] Si autem tu mores tuos, aut ille tibi qualis eſſet, oſtenderet, facile ad hoc calamitatis genus non perveniretis.

106. ITA RES EST.] Quoniam utrumque quodammodo accuſaverat Chremes, quod neuter ibi mores oſtendiſſet, omne crimen potius derivat ſenex, ac dicit, *fateor: peccatum a me maximum eſt*.

107. MENEDEME.] Ad perſonam. hoc ex illis

† *Cum eum vide et proficiſci* *. Forte addendum, *Ret'miſti*, vel ſimile quid. uti commode addidi ex Mſ. CLAM ME.

‡ *Hic.* Immo, *Ubi.*

†† *Levi.* Certe, *Leni.*

‡‡ *Si minus aliquid recte.* Ita edit. Pariſ. ſed Leidenſ. *Si aliquis.* Malim, *Si modo aliquis recte, aut commode tractaret.*

his quae ſupra promiſit, inveniet quid adſerat, ſcilicet conſolationem. ſiquidem dicit: *filium adfuturum hic confido propediem. Confido*, hoc eſt, fiduciam gero.

510. Dionysia hic sunt.] Optume ſactum ut poſt narratam calamitatem, cui quidem praeter conſolationem ſubvenire non poterat, tamen in eo quod ex ipſo auxilio eſſe potuiſſet, vult eum ad coenam vocare: quis dicit, *hodie Dionyſia ſunt*, quae ſunt ſacra Liberi patris apud Athenas.

119. Nihil opus fuit monitore.] Jam in domo inventus eſt ille, atque mire cupiebat illum vocare ad coenam. *monitore* ergo *opus*, inquit, *non fuit*, † nuncia illum in domo eſſe.

ACT. I. SCENA II.

1. NIhil adhuc.] Haec Scena habet Cliniae adoleſcentis ſuſpicionem, quod amica ſua ſe abſente corrupta eſt. Sumit igitur per conjecturam argumenta, quae ſuo loco plenius apertiuſque narrabimus. Ac primum quaſi quoddam argumentum, ſervum qui miſſus ſit non redire, cui jam multum temporis videatur aſſumtum. Unde efficitur ††. oratio a Clitiphone amico, cum dicit: *Nihil quod videaris eſſe ſolicitus, haudquaquam ceſſant*, hoc eſt, non diutiſſime tardant. Verum cum intus poſitum Cliniam allocutus eſſet, Clitipho egreditur, patrem proſpicit, ei commendat officium ſuum, ne videatur neſcio quem adoleſcentulum recepiſſe, ut merito hoc effeciſſe declaret. Sumit igitur exordium, quod commendat adoleſcentem ſibi olim jam fuiſſe cognitum, ac ſe coactum amicitia eum recepiſſe: ideo adjecit, *Nam mihi cum eo magna ex pueritia familiaritas.*

10. Voluptatem magnam.] Scit enim Chremes vehementer patrem eſſe ſollicitum. Quod audit ergo reverſum adoleſcentem, dicit ſibi natam magnam voluptatem. Denique hujus voluptatis cauſam in animo habens ſubjunxit:

11. Quam vellem Menedemum invitatum amplius, ut hanc laetitiam nec opinanti primus objicerem domi.] Uti non ſuſpicanti, amplius etiam quam ſperet, hanc laetitiam domi objiceret.

13. Cave faxis.] Cave facias, nec enim neceſſe eſt. Neſcit namque a patre filium deſiderari, ideo prohibet patrem ſuum aliquid facere, quo vindicetur adoleſcens reverſus.

16. Atque abitio.] Hoc eſt, diſceſſio.

18. Msaerum! quem minus.] Quoniam ille dixit, *miſerum eſſe* adoleſcentem; vel quod ipſe ſe adoleſcens miſerum putet; negat eſſe hic miſerum, ſiquidem omnis *habet*, *quae quidem in homine dicuntur bona*. Et ſubjungit:

21. Atque haec perinde sunt, ut illius animus est, qui ea possidet.] Atque haec talia ſunt, qualia animus illius eſt, qui haec tenet. Nam *qui ſcit uti* his omnibus, *bona* ſunt; *illi* vero, *qui non utitur recte*, utique *mala* ſunt. Simul & disjectionem collocavimus, & intellectum didicimus,

24. Ne quid in illum plus satis faxit pater.] Hoc amplius vereor, ne aliquid amplius habeat. quidquid ſatis eſt faciat pater, ideo injuſtum eſt patri oſtendere. Siquidem Poëta negat eſſe contemtum ‡ * eacus ad hunc laboret filius.

25. Ilebnei] Hoc utique intelligitur propterea dictum, quia ſcit Chremes animum Menedemi. Haec ne proderet repreſſit ſe, & reliqua verba contexuit, dicens hanc cauſam, quod in metu eſſe filium patri vehementer eſt utile.

26. Ut ut erat, mansum.] Qualiſcunque, inquit, fuit, tamen oportuit patrem ſuſtinere.

30. Nam parentum injuriae, &c.] Praeter hunc morem qui eſt innatus parentibus, hic *ferme paulo eſt tolerabilis, praebent exigue ſumtum & modice.*

35. Hoc scitum est.] Optima occaſione ſenex, dum aliorum mores & facta demonſtrat, occaſionem filii corrigendi reppertt, ut moneret. *Scitum eſt*, inquit, & perelegans *ex aliis periculum facere*, hoc eſt, tentamentum, quod tibi vehementer expediat.

38. Tu, ut tempus est diei.] *Tempus* non ſolum ſummum eſt, ſed & pars partis eſt; ſicuti hic poſuit, *diei tempus*, cum temporis dies eſſe videatur.

ACT. II. SCENA I.

1. QUam iniqui.] Remanſit ſolus Clitipho, & ſecum conqueritur de patris hortatione. Ordo eſt: *Quam iniqui ſunt judices patres in omnes adoleſcentes!*

2. Noa a puersa slico.] Qui arbitrantur juſtum eſſe in pueritis moribus ſenum naſci.

4. Ex sua libidine, &c.] Modum imponunt adoleſcentibus de moribus ſuis, quos nunc

habent

† Nuncia. Lego, Nuncient. †† Oratio, Editio Leidenſis, Conſolatio.
‡ * Eacus. Ml. Aeacus ad hunc filium laboret.

Digitized by Google

habent in ſenectute, non quos in adoleſcentia habuerunt.

5. Mihi si umquam filius.] Si aliquando mihi filius contingat. *Facili me utetur patre.] Id eſt, valde me utetur bono & facili patre.

6. Nam et cognoscendi, &c.] Facile, inquit, filio meo hanc facultatem dabo, ut univerſa ejus facta cognoſcam: tamen ſi peccarit, ignoſcam.

12. Cui quod respondeam.] Expreſſit inopiam: ſiquidem non ſolum dixit, cui quidem nihil habeo, verum ad reſpondendum verba deſunt.

13. Suarum rerum satagit.] Etſi is quoque de ſuis rebus plurimum cogitat.

15. Mea est potans.] Ad hoc poſitum, ut ex nobilitate plurimum audeat poſtulare. Procax a petendo dictum eſt; unde & *proci* dicuntur nuptiarum petitores. Sumtuosa. Ut & neceſſitatem ſibi petendi propter ſuos ſumtus faciat. * Nobilis. Ab omnibus nota.

16. Nam, nihil esse mihi, religio est.] Dicere me hoc non habere, maxima mihi religio eſt: Ut Virgilius, [Aen. II. 715.]

Relligio eſt patrum multos ſervata per annos.

ACT. II. SCENA II.

1. Si mihi secundae.] Hic illud eſt, quod ſupra diximus, quod per conjecturam Clinia credit, amicam ſe abſente corruptam. Ac primum argumentum fecit ex eo, quod miſſus ſervus nondum redit. Deinde proponit ipſam ſuſpicionem: *Sed vereor, ne me abſente hic corrupta ſit.* Adjungit & opiniones & argumenta a tempore, quod eſt *occaſio*: occaſionem autem hic intelligimus, quod abſens fuit ipſe. Deinde ponit *locum* Athenas, ubi magna hominum multitudo eſt & civium, variis moribus viventium. Adjungitur *aetas*, hoc eſt a perſona, & a tempore, quod adoleſcentula, ac propterea vario ingenio. Deinde addidit, *Mater*. Hoc nomen parum eſt; † nam adderetur *mala*. Sed ne rurſus ſuae voluntatis & judicii [*& mulier*,] ideo adjecit, *Cujus ſub imperio eſt: Cui nihil jam praeter precium dulce eſt.*

8. Pergin' istuc prius.] Perſeveras ante hoc quaſi certo judicio tenere, quam ſcias quid in vero ſit.

9. Si nihil mali esset.] Ad conſequentiam argumentum coepit ex eo, quod non redit miſſus ſervus. Certa mihi, inquit, ſuſpicio eſt, illam eſſe corruptam; *nam hic adeſſent.* Quando istuc erit?] Illud enim quod dixit, *Jam aderunt*, hoc amanti tardum eſt: ideo adjecit, *Quando iſtuc erit?*

ACT. II. SCENA III.

1. Ain' tu?] Haec Scena exſolvit illam ſuſpicionem, quam Clinia habuit. Et haec conjectura deinde rurſus habet aliam cauſam, quod amicam Clitiphonis adduxerit ſervus, ita ut in domo patris eſſe poſſit. Quae res an fieri poſſit, deliberationis vim tenet. Ita prior cauſa in controverſia eſt, ſecunda in Deliberativa: aut controverſia eſt ex conjectura. Ergo partibus tractabitur, hoc eſt, uti dicta & affectus, quod πάθος Graece dicunt, ſuggerant argumenta: ſicut ſuis locis explanabimus. Dum sermones caedimus.] *Caedere ſermones* dicitur, qui frequenter & plurimum loquitur.

2. Mulier tibi adest.] Quia ita locutio ſervi fuerat, ut diceret, *relictae mulieres*.

4. Minime mirum, adeo impeditae.] Mirandum non eſt quod impeditae ſunt mulieres, quae & *ancillarum gregem ducunt ſecum*, & plurima comportant.

5. Perii! unde illae sunt?] Creſcit error Cliniae, ut magis credat eſſe corruptam, quod *ancillas* habeat & *aurum*. Haec omnia meretricis, non illius mulieris ſunt. Sed adhuc ignorat adoleſcens.

7. Et vesperascit.] Hoc eſt, nox fit: a *veſpere* factum verbum eſt.

15. O Jupiter! ubinam est fides?] Nec dum ſoluta ſibi ſuſpicione quaerit adoleſcens ſe eſſe deſertum, ‡ [*& auferam potius*,] omiſſo amore amatoris ſui in meretricios mores eſſe delapſam.

17. Conlocupletasti.] Divitem feciſti.

19. Cujus nunc me pudet.] Patris me pudet & miſeret, qui frequenter harum mores dixit mihi, & fruſtra monuit.

24. Nam et vita 'st.] Prima propoſitione volens ſervus ſolvere errorem ſuſpicionis Cliniae dicit, *& vita eſt eadem amicae, & animus ille qui circa te fuit.* Verum meminiſſe debemus duas res eſſe propoſitas, ut & *vita eadem* probetur, & *idem animus*. Potuit enim in eadem muliere caſtitas perſeverare, ut eſſet eadem vita, non tamen idem animus: potuit namque oblivisci amatoris ſui, & non eum deſi-

† *Non adderetur.* Lego, *Niſi adderetur.*

‡ *Et auferam.* Lego, *Et Antiphilam.*

Digitized by Google

deſiderare; Ideo adjecit: *& animus te erga idem, ac fuit.*

28. Ne quid hujus rerum.] Quod nunciet ſervus anum periiſſe, *quae ei mater eſſe* dicebatur, ad cauſam minime pertinebat. Ideo adjecit: *Hoc primum tibi dico, ne aliquid harum rerum ignores.*

30. Alterae dum narrat.] Hic jam praemiſſio alterius narrationis effecta eſt. Nata eſt ſuſpicio ut quaereretur, quae ſit altera: cujus narrationem differt. prior enim eſt de amica Cliniae narratio.

34. Ubi ventum ad aedis.] Hic ergo breviter omnia argumenta, quae a ſummo ad imum ſunt, colligamus. Ac primum collocetur. Caſta eſt mulier, & eadem quae fuit ante, perſeverat: quod *anus proceſſit:* quod *oſtium aperuit:* quod *continuo ingreſſus eſt ſervus:* quod poſtquam ingreſſus, ſtatim *anus peſſulum* rurſus *foribus obdit:* quod *ad lanam redit:* quod *texentem telam ſtudioſe ipſam invenerit:* quod *mediocriter veſtitam;* quod *ſine auro:* quod *ita ornatam, quemadmodum ſibi ornatur:* quod *nulla mala re expolitam muliebri:* quod *capillus ab ea rejectus circum caput fuerat negligenter:* quod *cum ancilla ea texebat, pannis ipſa contexta.* Haec ſunt quae vitam probant. Rurſus ſubjungitur, an idem animus circa Cliniam perſeveret. Ideo interrogavit: *Quid ait, ubi me nominas?* Subjungit ille: *Ubi diximus rediſſe te, &c.* Ergo & hic conjectura eſt, an idem animus perſeveret. Probamus autem quod perſeveret ex eo, quod ubi te nominavimus, *Mulier telam deſerit continuo, & lacrumis opplet os totum ſibi: ut Facile ſcires, deſiderio id fieri tuo.* Completa igitur omni re, ad alteram narrationem neceſſario cito devolvitur, ut oſtendat quae illa altera ſit mulier, de qua ante dixerat.

70. Adducimus tuam.] Quo facilius blandiri adoleſcenti poſſit, [adjicit *Tuam.*]

73. [Haus!] non fit sine periculo.] Quoniam interrogatus ſervus, quo duceret Bacchidem, reſpondit, *ad patrem.* Quod aegre ferens adoleſcens, cum indignatione audacem ſervum pronunciavit: continuo ille reſpondit. *Facinus magnum & memorabile fieri numquam poſſe, ſine aliquo periculo.* Ita in hoc quoque periculum eſt, cum patre praeſente in domo futura ſit meretrix. Tamen ſtudet, ut nihilominus celari poſſit.

74. Hoc videi in mea vita] Scelus, quam aſtutus ad gloriam. Siquidem meo periculo, tu tibi comparare vis laudem.

75. Parum modo fugerit.] *In* quo negotio ſi te fefellerit aliqua conſilii *pars*, ego continuo perierim.

76. Quid illo facias?] Quid deinde facturus es? At enim.] Pendens oratio hac interceſſione efficitur adoleſcentis: qui non patitur eum ambagibus circuire. Ideo enim dicit, *Quid enim?*

77. Ita res est.] Hic nunc voluit ſervus quaſi quandam ſimilitudinem dare, ut ſic oſtenderet, quale ſit illud conſilium quod ipſe diſpoſuit. Sed quoniam ſimilitudo cum datur, quidam eſt in oratione circuitus, idcirco adjecit, *Quas, malum, mihi ambages narrare occipis?* Denique & alter adoleſcens hoc intellexit, unde adjecit:

78. Syre, verum hic dicit, mitte ista quaeso.] Scilicet externa & per ſimilitudinem tranſlata. unde admonuit eum quod dixit, *atque ad rem redi.*

79. Enimvero reticere nequeo: multimodis injuriosus, Clitipho, es.] Unde jam tacere non poſſum. Bene indignationem ſuam ſervus extulit, quo facilius ſibi adoleſcentem per ſuam iracundiam praepararet.

82. Haud stulte sapis.] Non ſtulte, inquit, ſapis, & cum ames, & potiri deſideres, & pecuniam dari, Interea tu nullum periculum velis ſuſtinere. Hoc autem ſtultitia eſt protinus *velle id, quod non poteſt contingere.*

84. Aut haec cum illis sunt.] Aut enim debent fructum & potiundi utilitatem cum periculo ſuſtinere: aut pariter & commoditas omittenda eſt, ſi periculum devitatur.

85. Harum duarum nunc.] De duabus illis propoſitis conditionibus aut periculum, aut fructum capiat, aut ſi periculum fugiat, utilitatem etiam pariter contemnat. Ex his, inquit, quamlibet conditionem eligat.

86. Scio hoc consilium.] Incitare adoleſcentem cupit, ne fruſtra operam perdiderit, quod meretricem adduxit, itaque oſtendit, tutum conſilium eſſe, quod ſuſcepit: *ut apud patrem amica ſit ſine metu:* & argentum, quod promiſſum eſt, inveniri poſſit.

90. Siquidem hoc fit.] Quam cito eſt motus adoleſcens, quando † utrumque eſt dixit praeparatum, & ut amica in domo patris ſine metu ſit, & argentum ei quod debitum eſt, reddi poſſit. Experiundo scies.] Ipſa actione expertus agnoſces.

96. Nihil satis firmi.] Nullam rationem video firmitatis in conſilio, ut debeam

† *Utrumque eſt dixit.* Lego, *Utrumque eſſe ſervus dixit.*

talem metum ſuſcipere, *ut apud patrem amica mea ſit.*

97. MANE. HABEO ALIUD.] Hoc irridens dicit, vult enim obvius ire meretrici, & dicere ut domum † revertatur. Aliter enim incitari adoleſcentis animus non poteſt, qui faſtidioſus coepit eſſe per copiam, niſi id quod cupit denegetur.

102. TUNE? QUID BONI.] Praeciſa haec oratio ordine tali: *Tune? quod boni eſt, fruare, dum licet.* Rurſus alia praeciſa: *Nam neſcias.* cujus ordo eſt; *Ejus ſit poteſtas, poſthac numquam.*

108. CONCALUIT.] Calore ſubito concitatus eſt.

113. QUASI ISTA MINOR.] In hoc conſilio magis mihi periculum propoſitum eſt, quam tibi.

114. NAM SI ALIQUID ADVERSI CONTIGERIT, TIBI VERBA SUNT PRAEPARATA: MIHI VERO VERBERA.] Unde hanc rem negligere omnino non poſſum.

118. IN EUM JAM RES REDIIT.] Intelligit Clinia, cum apud illum ſit hoſpes, neceſſitatem ſibi impoſitam, uti hoc quod ab eo petitur, negare poſſit, ut aſſimulet amicam ſuam eſſe meretricem.

123. IN TEMPORE AD EAM.] In occaſione. Ut [Virg. Aen. IV. 423.]

Sola viri molles aditus, & tempora noras.

124. QUENDAM OFFENDI MILITEM.] Haec fuit occaſio, quod voluit miſerum militem de negatione ſua, in amorem amplius ſuſcitare.

131. EVERSAS CERVICAS.] Quod jactantis & ſuperbi eſt penitus.

132. GEMITUS, SCREATUS.] Haec omnia adoleſcentuli faciunt, quotieſcunque videre, aut videri volunt ab his, quas deſiderant; ita ſub quodam metu, ut quaſi dum aliud neceſſitate conficiunt, ſic impleant voluntatem.

ACT. II. SCENA IV.

1. AEDEPOL, TE MEA.] Haec Scena comparationem continet earum mulierum quae amicae ſunt, ita ut uni ſerviant, & earum quae plurimis ſui corporis exhibent poteſtatem. Et ne videantur meretrices injuſtae, defenſio eſt, & quaſi forma quaedam hic controverſiae continetur. Res enim ſiunt meretricis, quum injuſtae ſunt amatoribus ſuis & adverſae, dum plurimum petant. Quam rem purgans meretrix, dicit ſe hoc quod faciunt facere neceſſitate, ne cum aetas abierit, & ſenectute extincta pulchritudo diſceſſerit, inopia maneat, niſi ante quaeſiverint lucrum, quo poſſint ſuſtentare decrepitam ac miſeram ſenectutem.

† *Revertatur.* Editio Leidenſis, *Revertantur.*

LAUDO, ET FORTUNATAM JUDICO.] Vehementer te beatam feliceṁque judico, cum id egiſti, ut mores tuae formae convenirent. Ut oportuit, jam defenſionem ſuam videtur meretrix exorſa. Siquidem ſcit quod oporteat fieri, & laudat eam quae cum pulchritudine tenet integram caſtitatem.

3. MINIMEQUE, ITA ME DI.] Etenim non valde miror, ſi cum his moribus & hac ſis pulchritudine, ne non ſit aliquis qui te diligat, & te ſibi petat.

4. NAM MIHI, QUALE.] Namque mores tuos mihi ſermonibus indicaſti.

5. ET CUM EGOMET.] Hic jam reparat accuſationis defenſionem, quae in ſe eſſe poſſit: dicitque merito, hujuſmodi mulieres, quae uni ſerviunt, hoc eſt, quae ſe ſeparant a vulgo, recte ſcilicet & bene facere. Nec minus mirabile eſſe, quod meretrices malae ſunt. Hoc enim dixit:

7. ET VOS ESSE ISTIUSMODI, ET NOS NON ESSE, HAUD MIRABILE EST.] Vobis enim cum ſit voluntas cum uno viro ſemper eſſe, debetis ſervare bonitatem: nos autem bonas eſſe non ſinunt hi, cum quibus rem habemus. Nam propter pulchritudinem noſtram amatores eſſe volunt, qui continuo mutant voluntatem, ſi fuerit forma mutata. Ergo niſi proſpectum ante fuerit, *deſertae* & cum inopia in ſenectute *vivimus.* Unde ſic purgatum, quod male audire potuiſſet, non juſte malas eſſe meretrices.

13. CUJUS MOS MAXIME EST.] Verum his moribus ſe ſociant vobis, qui habent hunc morem & ſimilem voluntatem.

15. UT NUMQUAM ULLA AMORI VESTRO INCIDERE POSSIT CALAMITAS.] Ut ſemper inter vos amor valeat, neque ſenectute aut ullo morbo diſcidium poſſit exiſtere.

16. NESCIO ALIAS: ME QUIDEM.] Quid agam vehementer ignoro: illud certum eſt, numquam meum me commodum ſine illius commodo comparaſſe.

18. ERGO, MEA ANTIPHILA.] Adoleſcens venientem amicam intuetur, & ſecum loquitur, quod ejus amore ſactum ſit, ut in patriam reverteretur.

19. NAM DUM ABS TE ABSUM, OMNES MIHI.] Cum enim abs te diſceſſi, univerſos labores leves arbitratus ſum, excepto hoc, quod te carebam.

21. HOCCINE ME MISERUM [NON LICERE MEO MODO INGENIO FRUI!] *Sibi bonum ingenium inquit puellae habere. mihi & non ſinit pater. Ita*] hoc ingenio bono amicae meo modo frui non licere

licere vehementer ingemiſco.

22. Diu etiam dubas dabit.] Diu etiam durus [adhuc] exiſtet.

ACT. III. SCENA I.

1. Lucescit hoc jam.] Notandum ex hac Comoedia, quod in nulla alia licet reperiri, ut biduum tempus in Comoedia ſit. Omnes enim uno die actus ſuos explicant, ex eo ipſo quo cuncta effici poſſunt, ut aut nuptiae celebrentur, aut cognitio fiat expoti, aut aliquid horum. at hic bidui rationem verſari intelligimus. Ergo dixit *Luciſcit hoc.* Habet haec Scena allocutionem, in qua oſtendit ſe properare, uti Menedemo nunciet filium rediſſe: quamquam hoc nolit adoleſcens, cum patris ſui neſciat voluntatem.

6. Cum illi nihil periculi.] Ut *celem tam inſperatum gaudium*, cum ipſi adoleſcenti nihil periculi ſit, ex eo quod indicatur.

11. Aut ego profecto.] Haec Scena perſuaſionem habet, quemadmodum pater filium ſuſcipiat, & falli ſe per ſervos ſinat. Neque tanta facilitate utatur, ne corruptis filius moribus vivat, ſi ſemel facilitatem erga ſe patris agnoſcat. Tenebit ergo diviſiones, ut omnis Deliberativa ab utili & honeſto ſimiliter fieri poſſit. quae omnia ſuo loco plenius explicabimus, ne tantum ea quae obſcura ſunt dicamus.

18. Nuntium adporto.] Bene generaliter in nuntio votum futurum eſſe promiſit, ut animus cupidus probari poſſit, cum non aliud ſuſpicatur, quam quod in deſiderio fuerat collocatum. Deinde, ſubjungit: *Num quidnam de gnato meo audiſti, Chreme?*

21. Valet.] Temperavit primo nuntium, ut creſceret gaudium. Nam primo *valet, atque vivit*, inquit, quod utique diverſum eſſe manifeſtum eſt. Nam *valemus* cum integra ſalute ſumus: *vivimus* cum ſpiritum ducimus. Ubinam est?] Parum credit gaudii, quod ſibi ſalus filii nuntiatur. Nunc de loco ⸸ quaeritur. Ipſe quippe qui ejus abſentiam dolere † videatur *.

22. Meus gnatus?] Cum iterum quod cupiebat ſenex audiſſet, tamquam parum credat, interrogationem repetit. Denique percuſſis omnibus cum confirmationem nuntii audiſſet, perſeverat gaudium: ideoque adjecit, *Duc me ad eum, obſecro.*

27. Num tu ei dixti, ut essem?] Num tu ei dixiſti, *quemadmodum nunc eſſem?*

28. Quam pessime in te.] Hic jam incipit ſuaſoria, illa quae animum patris componit, ut circa filium temperet lenitatem, aut largitatem nimiam, aut parcitatem. Utroque genere peccas, dum aut nimium largus es, ut ante nimium parcus. ex hoc, ut in unum malum ex diverſis moribus venias.

34. Primum, olim potius] Hoc tibi initium mali fuit, quod non filium permiſiſti ad mulierculam commeare. [Hoc crimen,] quod tunc paullo videbatur eſſe contenta, cum omnia grata eſſe potuerunt, quae filius faceret. At tu injuſtitia cum adoleſcentem tuis ſermonibus terruiſti, exinde illa coacta neceſſitate, ingratiis coepit victum ſibi quaerere.

39. Nunc cum sine magno intertrimento.] Unde modo ſine magno damno haberi non poteſt. *Intertrimenta* autem ſunt, quae intus terendo damna perficiunt.

40. Quidvis omae cupis.] Scio enim quodcunque deſideras dare.

41. Quam ea nunc instructa.] Verum ut poſſit intelligere, quemadmodum nunc illa meretrix inſtructa ſit adverſus filium tuum, & ad quam perniciem adjecta.

43. Onaratas veste, atque auro.] Parum dixerat, *ancillas decem*, quae res tantum in numero collocata videbatur: adjecit *oneratas veſte, atque auro*, ut pudori ſit ancillas tales ita veſtitas levi cibo paſcere, aut certe ſervili. Satrapes aiet.] Apud Babylonios ſatrâpae appellantur ditiſſimi, & ſatellites regum.

48. Pytissando modo mihi.] Quantum vini abſumſerit vide, dum pytiſſat. Proprie autem *pytiſſare* dicitur, quod guſtare, †† quaſi cum quadam probatione expuere. Denique adjecit. *Sic hoc, dicens; aſperum, Pater, hoc eſt; aliud lenius, ſodes, vide.*

51. Relevi dolia omnia.] *Linere* eſt contegere & operire: contrarium eſt *relevi*, id eſt, aperui.

52. Omnes sollicitos habui.] Hoc eſt, ebrios. Significat enim *ſollicitos*, id eſt, ſolo citatos, quod ebriis contingit, quibus non ſunt firma veſtigia, ſed motu corporis citi ſunt.

53. Quem assidue exedent?] Quem quotidie comedent, vel certe frequenter.

54. Ut me tuarum fortunarum.] In meo damno magis miſericordiam pro te paſſus ſum, & pro fortunis tuis.

55. Faciat quod lubet.] Indulgentiſſimus

G 3 pater,

⸸ *Quaeritur.* Editio Leidenſis, *Quaerit.*

† *Videatur* *. In MS. lacuna nulla. Forte exciderunt illa: Apud me domi.

†† *Quaſi.* Forte, *& quaſi.*

Digitized by Google

pater, & qui vehementiſſime filium deſiderabat, licet damna audiſſet, tamen omnia ſe dicit filio permittere velle, dummodo ipſum habeat in poteſtate.

57. Si certum est tibi.] Hic jam perſuadet, ut illud quod ſupra diximus, velit adoleſcentis animo veluti neſciens dare, cum artibus ſervi inductam pecuniam dat, & ad luxuriam miniſtrat. Denique ipſum conſilium ſuum, quod ſit, proponit: *Falli te ſinas technis per ſervum.* An fieri poſſit adjungit: *Subſenſi illos hoc queque agere.* Ex eo enim quod jam agunt & praeparant, fieri poteſt. Deinde ab utili adjunxit:

65. Et tibi perdere talentum hoc pacto satius est, quam illo minam.] Melius eſt velut inſciens plurimum perdas, quam ſciens minimum: cum ex hoc filius quod licentiam agnoverit, jam ei lubebit majora committere. Dein adjungit ab honeſto:

67. Nunc de pecunia agitur.] Oſtendit honeſtum, & utile declaravit. denique perſeverat circa id ipſum, ut dicat: *Cum enim intellexeris animum tuum, te prius vitam tuam proditurum, & omnem pecuniam, quam abs te filium dimittas:* vide *quam feneſtram* ad turpitudinem, ad luxuriam, *nequitiamque pateſeceris.* hoc eſt, quantam januam dederis, ‡‡ peccatorem perire.

77. Ipsum non poteris pati.] Statim tu interire bona, & filium vivere luxurioſe & malis operibus non patieris.

78. Ibit illico ad illud.] Sibi veluti remedium ſuſcipiet, † & abiturum ſe eſſe minitetur, maxime cum ſcit apud te ſe plurimum valere.

81. Videre verum, atque ita.] Videre mihi verum dicere, & ita quemadmodum res eſt.

82. Somnum oculis non vidi.] Somnum oculis meis non cepi, quaerens quemadmodum filium reddam.

93. Vicini nostri hic ambigunt de finibus.] Litem vicini habent de limitibus.

94. Me cepere arbitrum.] Me judicem eſſe voluerunt.

97. Itan' comparatam esse, &c.] Senſus hic eſt: Satis miror cur prudentius ſapit Chremes. An ita natura hominum comparata eſt, ut melius videant ea quae aliena ſunt, quam quae ſunt ſua? An hoc ideo fit, quia, dum nos in re noſtra ſumus, aut gaudio impedimur, aut aegritudine, animum occupatum ad prehendendas, vel reſpuendas res adhibere non poſſumus?

102. Dissolvi me otium.] Cito revertens ab eo ‡ quo erat Chremes, dicit ſe ex eo negotio ſolutum, & amico operam traditurum.

ACT. III. SCENA II.

1. Hac illac circumcursa.] Servus argentum deſiderans, quod dare meretrici poſſit, tamen hoc quod loquitur, non videtur domino praeſenti eſſe ſuſpectum. Quoniam enim ſupra dixerat ſervus, Syrum quaſi in Menedemum dolos tendere, uti argentum meretrici per ſallacias ††† quaereretur, ideo in ſenem generaliter dictum. Denique hoc ſuſpicatus Chremes, quod ſi in Menedemum, ita fiat, dixit: *Num me feſellit, hoſce id ſtruere?* fortaſſe *ille Cliniae ſervus tardus eſt*, ideo noſter Syrus hanc provinciam ſumſit, hoc eſt, iſtud officium ſuſcepit, ut ipſe quaerat argentum.

7. Te miror, Chreme.] Te valde miror mane vigilare, qui heri tantum biberis.

8. Nihil nimis.] Non multum.

10. Aquilae senectus.] Ajunt aquilam in ſenectute, quod ei roſtri ſuperior pars vetuſtate & incremento curvata foramen includat, ad cadavera accedere, & ſic ſanguinem in potum ſumere, & quodammodo bibendo vivere. Hoc igitur ait ſervus domino, quaſi bibendo totum tempus heſterna coena egerit, *viſa vero eſt quaſi aquilae ſenectus.*

12. Forma luculenta.] Non ſolum *commoda, & faceta mulier*, & ſpecioſa forma, †† ita enim ut olim ſeduci, nunc ſane bona. Hic intelligi datur, quod ſenex ſciat eandem ante fuiſſe caſtam, ante pauperem, nunc vero meretricio more viventem. Ideo adjecit ſervus, non quemadmodum antea bona, *ſed uti nunc* ſibi ipſi compararetur, *ſane bona.*

16. At quasi is non divitiis abundet.] Ex more inopiam male meritis adjecit.

18. Quid ego nesciam?] Ut facilius ſervum dominus incitare poſſet, quod cupiebat ſervo adjutorem eum eſſe, ad tendendam in Menedemum ſallaciam propter argentum, fingit ſe iraſci ſervo Cliniae, *Hominem*, inquit, *piſtrino dignum:* cui jungitur, *qui paſſus id fieri.* Callide

‡‡ *Peccatorem perire.* Reſtituo ex conjectura: *Quantam januam dederis peccatorum.* Tu rem perire, et ipsum, non poteris pati.

† *Et abiturum.* Lego, vel, *Ut abiturum.* cum edit. Leid. vel mox, *minitabitur.*

‡ *Quo erat.* Lego, *Quo ierat.* Et in edit. Leid. eſt, *iverat.*

††† *Quaereretur.* Editio Leidenſis, *Quaereret.*

†† *Ita enim ut olim ſeduci, nunc ſane bona.* Reſtituo: *Ita non ut olim, ſed uti nunc, ſane bona.*

lide ſervum, tamquam ignoret quid fieri debuiſſet, incuſat, ut majorem ſuſcipiat voluntatem. Qui fallendi dominum hunc ipſum cum [ab eo fallaciae argumenta collegerit, cupiat] denique ſibi hoc praeparans, ſic poſtea dixit, *Laudas, qui heros fallunt?*

26. In loco vero laudo.] Bene adjecit, ne perpetuam malefaciendi licentiam ſervis daret.

27. Quippe quia magnarum.] Nam quia fallunt tempore, maximum ſaepe remedium eſt, ne gravior aegritudo videatur.

30. Jocone an serio illa.] An conſilio iſthaec dicat, an joco, intelligere non poſſum: unum tantummodo intelligo, quod mihi ad hoc, quod diſpoſui, cumulat voluntatem.

32. Et nunc, quid exspectat.] Hic jamdum accuſat adoleſcentis ſervum, hortatur ſuum dominus, qui ipſe hos dolos tendat. Denique adjecit: *At te adjutare oportet adoleſcentuli cauſa.*

36. Facile aequidam facere possum, si jubes.] Peritiam ſuam circa hujuſmodi rem declaravit ſervus: ſed dixit, metuere domini voluntatem, & poſſe ſe facile, ſi ipſe voluerit imperare.

37. Calleo.] Peritus & doctus ſum.

39. Facito dum eadem haec.] Jam praeparat ſibi dominum: monetque ut meminerit, ſi quando haec omnia evenerint, ſicut humana ſunt omnia, uti & filius ejus poſſit iſta perficere.

42. Non usus veniet.] Non hoc continget, neque fieri poteſt.

43. Neque eo nunc dico.] Bene † purgat id, quas immiſerat ſuſpiciones, ne vero jam credat adoleſcentem filium pater talia vel facere vel cogitare. Dixitque ſe ſervum ex ſuſpicione iſta metuere, quod ejus aetas jam talis, uti, ſi neceſſitas ut Chremetem ita ducat & tractet, quemadmodum nunc ſenex videtur hortari.

46. De isthoc, cum usus.] Si quid tale contigerit, tunc videbimus, quod neceſſitas coget facere.

49. Nec quum malefacerem.] Niſi cum me ſenex adhortatur.

ACT. III. SCENA III.

1. Quid istuc.] *Haec Scena locum communem tenet in eum, qui hoſpitis ſui amicum corrumpat.* Pater tamen non ſicuti cur tamquam ‡ communi * at ita reſpondet filius tamquam negans, ut magis conjecturae cauſa ſit, quam communis locus. Verum patrem tamquam communem locum dicentem accipiamus. hoc primum generaliter cum invidia: deinde cum interrogatus eſſet, quidnam feciſſet, ille continuo non factum, ſed vere factum protulit, dicendo, *Vidine ego?* ut a probatione exordiretur, & poſt oſtenderet crimen, quod *manum* adoleſcens *in ſinum meretricis inſerebat.*

3. Acta haec res est.] Syrus ſervus credit ſenem inveniſſe filium amare meretricem, quae res antea per dolum celabatur: ideo vehementer metuit.

5. Istae quidem contumeliae.] Supra quidem *injuria* dixerat, verum adjecit *contumeliae ſunt.* Eſt enim *injuria*, †† quaſi cum violentia aliquid in corpus efficitur: *Contumelia* vero, cum praeter violationem corporis eſt, Et violatio opinionis, *ejus amicam ſubagitare*, Hoc eſt crimen quod ſupra poſuit. *Subagitare* autem, perfectionem ipſam libidinis intelligimus.

7. Vel heri in vino.] Hoc ex antecedentibus argumentum colligens dixit.

9. Novi ego amantium animos: advertunt graviter, quas non censeas.] Ita enim mos eſt amatoribus: ampliora ſuſpicantur, quam tu haud poteris ſuſpicari.

11. Esto: at certe.] Hic mandat pater, ut diſcedat a domo filius: aliter enim negat fieri poſſe, ut impudentia adoleſcentis comprimi poſſit. Dicit enim multa libidinem velle, eamque ſub cujuſque praeſentia ſe minus audere complere.

13. Ego de me facio.] Hoc eſt, ita ex me ſuſpicor: nam nemo eſt amicorum, apud quem univerſa velim exponere, atque narrare ea, quae occulta habeo. quippe aut in ſumma honeſtate amicus, & id quodcunque cogito, ejus dignitate deterreor, ne indicem: aut ipſa certe res, propter ſui turpitudinem, eam narrationem comprimit. Hoc eſt quod dicit, *ipſius facti pudet: Ne ineptus, ne protervus videar,*

ſi

† *Purgat id.* Lego, *Purgavit.*
‡ *Communi * at.* Mſ. *Communiat.*
†† *Quaſi cum.* Forte, *Cum quaſi,*

ſi cum eo loquar, qui habet maximam dignitatem.

24. VIN' TU HOMINI STULTO AUSCULTARE MIHI?] Quemadmodum in proverbio eſt: mihi ſi vis, ſtulto homini auſcultare licet, hoc eſt, obaudire.

28. ISTAS POST HAC COMPRIMITO.] Quoniam pater dixerat, *Vidi ego te manus modo meretrici huic in ſinum inſerere:* ideo ſervus ait, *Iſtas ergo manus comprimito tibi.*

30. CANSAN' VERO?] Subblanditur domino per obſequium ſervus, cum de adoleſcente quaſi quendam metum habere ſe dicit. Vide jam, inquit: qualis ſit, qualem futurum putas, *Niſi eum, quantum tibi facultatis numina concedunt, ſervas, mones, atque caſtigas?*

32. ATQUI NUNC, HERE.] Bene praeſens tempus in metu ponit, ut ille ſciat jam filium, neſcio quid, moliri.

33. MINUS, MINUSQUA.] Et hoc pulchre videtur adjectum, quo ſi qua in culpa inventus fuerit filius, continuo jam videatur ſervus eſſe purgatus, quod ejus imperium filius contemnat.

37. VERUM, UT ALIUD EX ALIO.] Hoc videtur obſcurum quidnam ſit, ſed ex his quae conſequuntur, manifeſtum fiet. Nam interrogatus a domino quid eſſet, reſpondit: *peſſima haec eſt meretrix.* Ita quod hic peſſime de meretrice pronunciatum eſt, ſupra contrario dictum, *commoda & faceta haec eſt meretrix* Ergo jure dictum, *aliud ex alio incidit.*

38. IMMO SI SCIAS.] Vidit dominum ſervus quaſi conſenſum commodaſſe, non quo verum indicium † de meretrice * ideo adjecit: *Vide, quod inceptet facinus.*

39. FUIT QUAEDAM ANUS.] Hoc conſilium dicit ſe ſervus adverſus Menedemum ſumſiſſe, quo poſſit pecuniam ab eo exprimere, quae meretrici daretur. Verum hoc conſilium in hoc provenit, ut proſit vehementer Clitiphoni. Namque fingit nunc Antiphilam, quae amica ſit Cliniae, apud meretricem ac quandam anum Corinthiam arrhabonis nomine collocatam: & nunc velle ad Menedemum pergere, ut ab eo pecuniam accipiat, quae data ſit pro puella: ut ſi eandem redimeret, maxima inde lucra poſſit accipere. Sed hoc diſplicet domino conſilium. Verum provenit ad adventum futurum. Nam cum cognita fuerit, quod filia ſit Chremetis, jam fiet neceſſarium, uti meretrici hoc ſine Chremete debeatur argentum.

42. ARRHABONI.] Pignori.

ACT. IV. SCENA I.

1. NISI ME ANIMUS.] Haec Scena tenet maximam controverſiam; quippe maritus dum gravidam videret uxorem, mandavit, ut puellam ſi peperiſſet, extingueret. Mater puellam peperit, & expoſuit. quae cum exponeretur, anulum dedit. Inventus eſt apud quandam puellam anulus; interrogatur unde ſit: illa reſpondit, ipſum eſſe cum quo eſſet expoſita. Hoc cum cognoviſſet ſenex, agnitam puellam quam extingui juſſerat, ream facit uxorem, quod adverſus edictum ſuum feciſſet. Hic primo venialis eſt ſtatus. Feci, ſed pietate feci. Ergo primo inter ſe loquuntur, an ipſe anulus ſit, cum quo expoſita ſit filia.

4. AT UT SATIS CONTEMPLATA.] Sed ut ſatis integre pleneque perſpexeris. nutrix mea.

8. MAGNO CUM CONATU.] Magno cum impetu unaquaeque pronunciat.

9. EHEM! MI VIR. Hinc exordium ſumtum, quod ab obſequio coepit, ut benevolentiam comparare poſſit. Deinde adjectum quod purgationis loco ponitur, quae res ad veniam pertinet, quod tamen adhuc principium ſit: *Primum hoc te oro, ne quid credas, me adverſus edictum tuum.* Denique ſic adjunctum ex perſona ſervi: *Neſcio quid peccati portet haec purgatio.* Finit principium: narratio ſupponitur: *Meminiſtin' me eſſe gravidam, & mihi te maxumopere dicere, Si puellam parerem, nolle tolli? &c.*

15. ERGO HERUS DAMNO AUCTUS.] Nove poſitum *auctus damno*, quod ei coheres puella venerit, quam dedit exponendam. Quia ſupra dixerat ſenex, *Suſtuliſti.* idcirco ait, *exponendam dedi*, quo minus videatur eſſe delictum. Hic jam immutatus vehementer ſenex, quod expoſita puella eſſet, & expoſita *adverſus edictum.* Ita cum impetum generalis accuſationis ſumſiſſet, ſtatim illa ad quaeſtionem deſcendit, & ſtatum apertiſſime collocavit venialem, cum dixit: *Si peccavi, mi Chremes, Inſciens feci.* Deinde ſupponitur plenior accuſatio: *Id quidem ego, & ſi tu neges, certum ſcio, Te imprudentem dicere, aut facere omnia.* Deinde poſt principium accuſationis, ‡ ſubjungitur omnia crimina, quae a ſummo ad imum dicuntur: *Tot peccata in hac re oſtendis.* Et proponit ſibi quaſi quandam quaeſtionem mulier, quae contra imperium mariti feciſſet, & dicit ſe hoc pietate & materno egiſſe animo.

23. SPEM VITAE.] Scilicet non oportuit ſimulare

† *De meretrice * ideo.* In Mſ. lacuna nulla.

‡ *Subjungitur.* Lego, vel *Subjungit*, vel, *Subjunguntur.*

Digitized by Google

mulate re ipſa, ſed verbis. Huic reſpondetur: *Quam bene abs te proſpectum eſt*, &c. Unde epilogorum loco adjunctum eſt, quantum incommodi conſecutum ſit.

29. Quid cum illis.] Senſus hic obſcuritatem habet, qui talis eſt. Expoſita tibi eſt filia, ſuſcepta ab ea, quae pudorem filiae tuae venderet: ſed tu cogitaſti ſatis eſſe, dummodo viveret. Ego nunc cogor eam ſuſcipere, ſed defendere ejus pudorem non poſſum. Quid cum illis agas.] Sibi dicit violata filia nullam eſſe poſſe vindictam.

31. Chreme, peccavi.] Hic jam deprecantis venia ſupponitur, cum dicit: Obsecro; quanto tuus animus, &c.] Quod tuus enim animus aetate major eſt pietate & clementia; ſtultitiae meae debet in tua juſtitia eſſe praeſidium: id eſt, aliquid defenſionis & auxilii.

34. Istuc factum ignoscam.] Hanc quidem veniam tibi dabo. Verum mea clementia multum ad peccata compelleris.

35. Sed istuc, quidquid.] Peremta controverſia ad originem res ducitur, facto a generali ad ſpeciale argumento.

37. Quum exponendam do.] Cum dediſſem puellam exponendam, *annulum de digito mihi detrabo, ut una cum puella exponeretur.* Et ſubjungit cauſam, *Si moreretur, ne aliena eſſe a noſtris bonis potuiſſet.* Neque enim liberos etiam mortuos, fas erat fraudari bonis.

46. Plus spei video.] Hoc ſervus cum gemitu dicit: ſiquidem fieri poteſt, ut cognoſcatur haec Antiphila, quod filia domini ſit. Quo facto vehementer metuit, ne incipiat Clinia amicam ſuam confiteri, & cognoſcat pater quod meretrix, amica Clitiphonis ſit. Denique ideo dicit, cum nomen dictum eſſet ejus, cui data eſſet puella ut exponeretur, *Mirum ni illa ſalva eſt, & ego perii.*

53. Non licet hominem.] Non licet nobis perpetuam gerere voluntatem, maxime cum res non permittat: ita mutamus cum tempore voluntatem.

ACT. IV. SCENA II.

1. Nisi me animus.] Servus hic vehementer aeſtuat, quod animadvertit fieri poſſe ut puella agnoſcatur: & ingemit quod ſibi multum infortunium adſuturum ſit. † Non longe.] Hoc eſt, haud multum.

2. In angustum oppido.] Tranſlatio facta eſt ab illo, cum periclitatur exercitus, in anguſtum coactus. Oppido, *valde* ſignificat.

5. Triumpho, si licet.] Summum gaudium eſt, ſi tutus ſine *vulnere* diſcedam: hoc eſt *latere tecto* & cuſtodito. Non ergo de argento cogitare debeo, quemadmodum id eripiam: ſed quemadmodum tutus ipſe diſcedam.

6. Bolum.] Praedam.

7. Quid comminiscar?] Quid argumenti capiam. Et eſt *comminiſcor*, invenio vel recordor, cujus ſimplex in uſu non eſt.

9. Quid, si hoc?] Cogitantis animo, quaſi dum multa deliberando quaerit, invenit quaedam, non placita repudiat. Poſt id quod ſit optimum, inveniſſe ſe dicit, ut ad ſe illud argumentum revocare poſſit, quod omiſerat.

ACT. IV. SCENA III.

1. Nulla jam mihi res.] Allocutio eſt Cliniae exultantis gaudio, quod ſua amica ſit cognita. Ita dicit mentem ſuam onetatam gaudio, *ut nulla rei poſſit intercedere, quae adferat aegritudinem. Aegritudinem* dixit, pro aegrimonia, id eſt, triſtitia vel infirmitate.

3. Dedo patri me.] Uti frugalitatem, id eſt parcitatem, quam in me voluit, compleam. quippe cum velit eam me habere uxorem, quae ſit honeſtis moribus, ſcilicet Chremetis filia. Unde non mea cauſa laetor, ſed potius ipſius puellae, quam diligo.

10. Da te mihi vicissim.] Id eſt, quemadmodum nunc ego verba tua audivi, ita *viciſſim te mihi da*; uti quod neceſſarium eſt facias, ne reſciſcat pater amicam filii ſui eſſe meretricem.

12. O Jupiter!] Per προσφώνησιν omiſſis vocibus ſervi, ſecum Clinia gaudet. Parum credit ſibi contigiſſe, quod efficitur in gaudio repentino, niſi aliquid procreatur.

15. Deorum vitam apti.] Πάρισον ſive παραβολὴ, quae ſunt ſpecies ὁμοιώσεως. ſe quaſi Deum eſſe aſſerit, ut in Andria: *Deorum vitam propterea eſſe ſempiternam arbitror.* Apti ſignificat *adepti*.

16. Videndum est, inquam.] Perſuadet ſervus Cliniae, uti ſecum ducat meretricem ad domum patris, ne ſi remanſerit in domo, facile ſenex filii amicam poſſit agnoſcere.

21. At enim isthoc.] Haec res mihi videtur eſſe vehementer contraria. nam quomodo rogabo patrem, ut mihi filiam det, ſi ſciat meam amicam eſſe meretricem?

H 23. Quin

† Non longe. *Hoc eſt, Haud multum.* Scripſit Eugraphius: Haud multum. *Hoc eſt, Non longe.*

23. Quin nolo mentiare.] Hoc ex conſilio dicit ſervus, uti non mentiatur, ſed continuo dicat, illam filiam Chremetis ſe uxorem velle, & eſſe hanc amicam Clitiphonis. Sic enim perſuaſurus eſt poſtea domino ſervus, tale repperiſſe ſe conſilium, uti a Menedemo filius petat pecuniam, quo quaſi dicat, ſe velle filiam Chremetis uxorem ducere, uti ad nuptias habeat neceſſaria. Et hoc credat ſenex propterea adoleſcentulum petere, quo per fallaciam dari poſſit: ita ut cum utrumque dixerit adoleſcens, per fallaciam dicere credatur.

27. Ut celet sensum vostrum.] Neſciens adoleſcens hoc conſilium adjecit. Et fortaſſe hoc velis, ut celet patrem Clitiphonis noſter ſenex, quod ipſius amica ſit meretrix.

31. Consilio palmam do.] Id eſt, maximam victoriam & gloriam mihi concedo, *ut verum dicendo ambos fallam*. Secundum hoc quod ſupra diximus, ut non credat ſenex noſter amicam filii ſui eſſe meretricem, etiamſi audierit. Quod fit per figuram διασυρμὸν, quae eſt elevatio, quando auditorem vera dicendo in errorem inducit.

35. At enim spem.] Si enim crediderit ſenex amicam filii ſui eſſe meretricem, filiam ſuam mihi non dabit.

38. Quid? malum!] Credis hoc me velle ſimulare. *Malum* autem interjectio nihil ſignificat, ſed exclamationis continet locum. Quomodo Cicero pro Scauro: *Quae, malum, eſt iſta ratio.*

41. Quid si nunc coelum ruat?] Stultus metus eſt de coeleſtibus metuere. Ergo ſtulte id in metu, & ſic ponis, quod fieri omnino non poteſt. Ut ſit argumentum ab impoſſibili.

42. Quasi ea potestas non sit.] Pulchre perſuadet ut faciat hoc quod monetur, cum dicit in poteſtate ejus futurum, quo velit tempore, ut ſe exſolvat.

ACT. IV. SCENA IV.

1. Satis, pol, proterve.] Satis aſpere.

4. Aut cum venturam.] Immo potius vero, me eſſe † venturam *.

6. Tergo poenas.] *Tergo*, id eſt, dorſo. Siquidem *tergum tergi* dorſum: *Tergus* vero *tergoris*, corium dicitur.

7. Satis scite promittit.] Id eſt, valde eleganter promiſſa tibi dabit, per utrique ‡ per . . . . intelligitur.

8. Dormiunt: ego pol.] Vult excitare eos, qui ſibi pecuniam promiſerunt, nec dederunt: uti fingat ſe evocatam eſſe a neſcio quo, & velle diſcedere. Itaque conſentiente ancilla fingit mendacium.

11. Curriculo percurre.] Propera & feſtina.

13. Verba his me.] Hoc eſt, me dicturam aliquid, unde decipiam illos.

15. Quin est paratum.] Intellexit ſervus callidus, quod idcirco ſe arceſſiri diceret, quod argentum quaereret. Et hac ratione ei pollicetur. Quin ego hic maneo.] Qui argentum dari poſſet, & nihilominus illud fieri, quod diſpoſitum eſt. Itaque & de tempore adjecit, *Atqui jam dabitur.*

17. Tua pompa.] Id eſt, nobilis comitatus, ſcilicet ancillae decem, & caeteri comites qui venerunt.

18. Egone? argentum cudo.] Quaeris cur te ad Cliniam tranſire volo? *argentum cudo:* id eſt, †† produco, *quod tibi dem. Cudo* proprie eſt compono vel tundo. unde *incus*, ubi tunditur ferrum.

19. Quam inludas?] Per accuſativum caſum hic dictum eſt. Virgilius, [Aen. II. 64.]

certantque illudere capto.

per dativum. Item ipſe: [Aen. IX. 634.]

virtutem illude ſuperbis.

24. Sumtum sibi levatum.] Cum diſceſſerit tanta ancillarum multitudo, dominus credet ſibi allevatum ſumtum; id eſt, impenſam. ſed neſcit ex ea re damnum ad ſe eſſe venturum, dum hac re maxime ab eo extorquebitur argentum.

26. Tu nescis.] Id age, ut neſciſſe videaris; & ille per ὑπερβολὴν, *mutum me dices.*

ACT. IV. SCENA V.

1. Ita me Di.] Diſcedentibus ancillis ſenex ingemiſcit, quod tanta ad Menedemum multitudo ventura ſit: quam & ipſe cum unam diem ſuſtineret, magno ſe dixit affectum damno. Nam & domina pytiſſando, id eſt, leviter guſtando & ſpuendo, multum vini abſumit, & reliqua familia. Siquidem per χαρακτηρισμὸν, id eſt, futurae rei deſcriptionem, argumenta-

† *Venturam* *. Mſ. alter: *Venturam*. Et Constituero. Tum lacera quaedam ſunt. Ab altero Mſ. abeſt haec Nota.

‡ *Per* * *intelligitur.* Haec abſunt a Mſſtorum uno. in altero diſciſſa ſunt.

†† *Produco.* Forte, *Procudo.*

Digitized by Google

mentatur quid ſit conſequens : videlicet filii diſceſſio. & eſt ἠθοποιΐα, quae fit quando loquentem introducimus quamlibet perſonam.

5. Magno desiderio fuit.] Tantum deſiderium filii abſentis pater habuit, ut primis diebus damna a meretrice non ſentiat.

11. Videre egisse.] De eo quod tecum locutus ſum, videris jam aliquid feciſſe. Nam ſupra ait, *Huic noſtro tradita eſt provincia.*

12. Dictum ac factum.] Hoc eſt, cum dixiſſes, factum continuo reddidi.

...bi caput demulceam.] Quod ſolet ...ii placent, ut manus per caput tractu ...uaſi quaedam videatur eſſe laudatio.

...oriare evenisse?] Hoc tibi pro vo... contigiſſe gloriaris?

...oi Clitiphonis.] Hoc eſt, illud con... quod ſupra ſignificatum eſt, ut veritas ...ilominus implicare poſſit errorem. quip... dicit Clinia patri *Clitiphonis amicam eſſe* hoc dum indicat ſervus, nihilominus ... filii ſui amicam meretricem eſſe non

...t quidem jubebit posci.] Et volet ut ...am pater ſuus poſtulet. quam rem cum ...ellexiſſet, cum ſimulata videretur, re... ille, uti argentum filio dari poſſit ad neceſſarium.

...eque desponneo.] Id eſt, non promitto : unde *ſponſa* dicitur. Nam & ſponſio & dos a patre puellae dabatur.

34. Non mea est simulatio.] Boni & ſapientis viri hic ſenſus eſt, ut numquam audeat, quod numquam ſit facturus, polliceri.

35. Ita tu isthaec.] Ita igitur haec efficito, ut ſine mea perſona haec compleas.

42. Quod tibi dixi de argento.] Quod ſupra nos diximus, ut eventus impleret conſilium, hic nunc conficit : ſiquidem poſtea puella cognita eſt, pro qua jam debitor Chremes factus eſt, cum conſtet eam arrhabonis nomine apud meretricem collocatam.

45. Num mihi datum?] Sane dominus hac reſponſione uti poſſet, ut non redderet argentum. Sed ſervus callidus occurrit. non potes dicere, iſtud non te accepiſſe, neque juſſiſſe, neque invito filiam oppignorare potuiſſe.

48. Summum jus.] Id enim quod datum eſt, utique reddendum eſt. Sed jure cautum eſt, ut filia quidquid acceperit, vel filiae nomine datum fuerit, quae in familia eſt, non recte datum videatur. *Itaque aequitas eſt, ut debitum ſolvi debeat; jus eſt ut ſic datum reddatur.* Sed ille renititur a cauſa quod non debeat, & ſit controverſia ex negotio. Summum jus.] Vulgo dicitur, *Qui plus poteſt, pejus facit.*

50. Omnes te in lauta.] Hoc a perſona perſuadet, potius reddere quam negare.

ACT. IV. SCENA VI.

1. Nulla est tam facilis.] Nunc adoleſcens Clitipho redit, graviter ferens, quod ab amica ſit excluſus.

2. Quam invitus facias.] Etiamſi facilis ſit, ex animo facientis, habet maximam difficultatem.

10. Protervitas.] Aſperitas vel ſuperbia.

12. Ex te prius audisse.] Gaudeo quod iſtuc ex te prius audivi, unde me laceſſiſti, antequam tibi argentum dedi, quod daturus fui.

14. Quid igitur dicam?] Quid enim poſſum tibi dicere, cum *mihi amicam adduxeris, quam non liceat tangere?* Bene [cito] longe factus eſt adoleſcens † ab injuria, poſtquam comperit argentum jam paratum.

21. Deamo te.] Id eſt, valde amo.

22. Qua causa id fiat.] Qua cauſa fiat, noli quaerere, tantum obtempera & obſequere.

23. Cave quidquam admiratus.] Id vide ne prae nimio gaudio admireris, id tibi patrem praecipere : ſed quaſi neſcius ſuſpicionem ejus a te dolo amove.

24. Loquitor paulula.] Ne ex ſermonibus tuis naſcatur ulla ſuſpicio.

ACT. IV. SCENA VII.

1. Dixi pleraque omnia.] Supra diximus in Andria *omnia* abundare, & *pleraque* ſignificationem ſuam propriam continere.

4. Sequere me.] Poſteaquam argentum traditum eſt, continuo hunc adoleſcentem vocat ſervus, ne aliquid aut ex admiratione, aut locutione ſuſpicionis pater poſſit accipere.

6. Nam nihil est, illic.] Pulchre adjectum, ut omnino ſuſpicio tolleretur, non eſſe amicam Clitiphonis : ſiquidem non diu illic moraturus eſt.

7. Minas quidem decem.] Conſuetudo pa-

H 2 tris

† *Ab injuria.* Forte, *Ab iracundia.*

Digitized by Google

tris ſemper eſt, ut de damnis cogitet, tametſi filius det.

8. QUAS PRO HORTAMENTIS.] Hoc eſt, nutrimentis. *Hortatores* enim dicuntur, qui equos nutriunt. Denique alia *hortamentis*, alia *ornamentis* contulit.

10. PORRO HAEC TALENTA.] *Talentum* genus eſt ponderis, quod habet in ſe LXII. aut LXX. libras.

11. QUAM MULTA JUSTA, INJUSTA.] Siquidem nunc relictis omnibus rebus, quaerendus mihi eſt aliquis, cui meo labore inventa dare poſſim, ut filiam meam ducat uxorem.

ACT. IV. SCENA VIII.

1. MULTO OMNIUM.] Scena haec actionem tenet: quippe Menedemus gaudet plurimum, quod filium videt & integris moribus, & uxorem eam velle ducere, quae honeſtiſſimi viri filia ſit, & quod dixit, *quum te intelligo reſipiſſe*, quaſi hoc neſciat, quod eadem puella ſit quam amaverat, quae nunc filia ſit Chremetis: aut diſſimulat, quod quaſi a meretrice animum filii ad nuptias tranſtulerit: aut errat ex dolis ſervi. Credit Chremes interpellatum Menedemum eſſe a filio, non vere ut uxorem duceret, ſed ut nuptiarum gratia argentum a patre ſuſciperet.

4. SERVA, QUOD IN TE EST.] Petens nuptias filio ſuo, poſteritatem reſpicit totam.

7. QUAESO, QUID HOMINIS.] Redigere vult in memoriam Chremes † Menedemo*. Arguit igitur quod veluti ſtultus non intelligat, quod de dolo nunc agatur.

12. NEMPE HAEC, QUAE APUD TE.] Ut facile docere poſſit ſenem, non vere ad nuptias peti filiam ſuam, ſed uti nuptiarum gratia adoleſcenti dari poſſit argentum. commemorat nempe, *Haec, quae apud te eſt, Clitiphonis eſt amica:* uti ex his quae apud eam geſta ſunt, ſciat Menedemus eſſe fallaciam.

16. ID AMICAE DABITUR.] Vel confirmantis pronunciatione accipi poteſt, vel quaſi cum affirmatione interrogantis [ut juſte concluſum ſit.] Nam interrogatio interdum ad negationem, interdum ad affirmationem dirigitur. SCILICET DATURUM.] Licet damnum intelligat ſenex, & deceptus de gaudio ſit, tamen memor doloris priſtini & calamitatis, omnia vult ſuſtinere, quam id quod paſſus eſt, rurſus pati.

19. QUID NUNC RENUNCIEM.] Quid ergo vis renunciem filio abs te eſſe reſponſum, ne intelligat, me hoc intellexiſſe, quod non vere nuptias petit?

26. DESPONSAM QUOQUE ESSE.] Petitionis uxorum nomina haec ſunt. Nam primum *inventa* dicitur, deinde *pacta*, tertio *deſponſata*, quarto *uxor*. Ita ut vicinum nomen jam petitionis oſtenderet circa nuptias, dixit, *Poſtremo deſponſam quoque eſſe dicito*, hoc enim vicinum ad uxorem. Nam ſupra *pacta* dicitur. ut eſt apud Virgilium, [Aen. X. 722.]

& pactae conjugis oſtro.

Denique primo Menedemus, cum audiſſet Chremetem, *Dic conveniſſe; egiſſe te de nuptiis.* Quoniam conventae nomen dixerat, quod longe eſt poſitum, quaeſivit: *Quid deinde?* Quaſi, hoc parum eſt: & pervenit uſque ad appellationem prope uxoris.

29. ISTIUS OBSATURABERE.] Facile ejus faſtidium habere poteris.

33. NAM TE SCIENTE FACIAM.] Faciam te ſciente, hoc eſt, non te ignaro.

ACT. V. SCENA I.

1. EGO, ME NON TAM.] Haec Scena conjecturalem ſtatum continet: quoniam argumentis collectum eſt, Clitiphonem amicam habere meretricem. Hoc ut probari poſſit, argumenta dicentur. Denique ſic ſumſit exordium a perſona ſua & Chremetis: *Ego, me non tam aſtutum:* hoc eſt, acutum & perſpectorem rerum.

3. HOC MIHI PRAESTAT.] In hoc me antecedit. ‡ SED HIC. * ITAPAIT POCAOYETA . . . ponis eum tractat, in ſe multa maledicta.

4. CAUDEX, STIPES, &c.] *Caudex* eſt truncus arboris, converſa O in AU, ſic pro *codex caudex*, ſicut pro *cote cautis*. *Stipes* ſimiliter eſt truncus cujuſlibet ligni, & declinatur *ſtipes ſtipitis*. *Stipes* vero *ſtipis* eſt praebenda militum. Haec ſingula pronuncianda ſunt per ἀστεϊσμὸν, ut ſtulti vis exprimi poſſit.

5. IN ILLUM NIHIL.] Hoc eſt quod ſupra dixi, contra opinionem dictum: nam adjecit, *Exuperat ſtultitia ejus haec omnia.*

14. VULTUS QUOQUE HOMINEM.] Adhuc perſeverat Chremes, ut credat a Syro ad Menedemum compoſitam eſſe fallaciam, ita ut & vultus hominem ſceleratiſſimum fingat.

16. SI MAGIS NORIS, PUTES.] Hic jam aperit

† *Menedemo.* Haec vox vix comparet in lacero margine Mſ. alterius; in altero lacuna nulla eſt.
‡ SED HIC.] Haec abſunt a Mſ. altero; in altero lacera fugiunt viſum.

Digitized by Google

rit veritatem Menedemus. Magis qualis ſit Syrus, intelligas, ſi magis quae ſecerit cognoſcas.

17. MANE, HOC PRIUS.] Cum narrare vellet Menedemus, ut crederet Syrum adverſus Chremetem potius inſidias tetendiſſe, intercedit & dicit, quidnam perdiderit, quod negatum a Menedemo eſt. Unde ſe mirari vehementer dicit, quod haec non fuerit ſuſpicatus.

25. SED ILLE TUUM QUOQUE.] Hic jam prorumpit in narrationem. *Ille*, inquit, *Syrus mire tuum finxit filium*, ut amicam ejus tu Bacchidem ſuſpicari non poſſis. Haec argumenta colligit a factis. *Mitto jam oſculari, & amplexari.* Deinde a loco, quod *in ultimis aedibus retro conclave* poſitum ſit, quo eis *introlatus eſt lectus:* utique diſceſſio haec longe a conſpectu multorum poſita, ideo ſumta conſpicitur, ut magis facinus celaret. Deinde quod ingreſſi ſunt *ſolus Clitipho* & *ſola Bacchis*. Haec dicens a praecedentibus argumentatur, quid conſecutum ſit, ſcilicet concubitus. Unde quia rem conjecturaliter collegerat, addit, *Operuere oſtium*, Et, *Clinia haec fieri videbat?* Fieri enim non poteſt, ut ſi amica Cliniae eſſet meretrix, ipſo praeſente cum altero adoleſcente concluderetur. Qua re probata Chremes vehementer exclamat, memor coenae datae, *Decem dierum vix mihi eſt familia*. Ut dicat, haud eſſe unde familiam ſuſtentet.

37. QUID? ISTUC TIMES.] Inſcitia ſe rem probatam habere Menedemus illudit faceta ſatis urbanitate.

41. UT FACILIUS MIHI VERBA DENTUR.] Haec facta ſunt.

42. MERITO MIHI NUNC EGO SUCCENSEO.] Hic jam ab argumentis, quae a Menedemo dicta ſunt, alia colligit Chremes de praeterito, quod *illum in ſinum meretricis vidit manum inſerere*.

46. NAM JAM!] Affectio eſt illa iraſcentis, de qua ſaepe diximus. Ut quod ait Virgilius, [Aen. I. 139.]

Quos ego!

47. NON EGO TIBI EXEMPLI.] Παράδειγμα eſt, ad deterrendum dictum.

52. FAC TE PATREM.] Comoediarum vice verſa ſunt omnia. Nam ille qui accipiebat ante conſilium, nunc dare coepit. Mores enim per Comoediam expreſſit, & qualis humana hominum vita declaratur.

58. AD RASTROS RES.] Ad raſtros ſum non dolore, ſed paupertate rediturus.

64. QUID DOTIS DICAM TE DIXISSE?] Proprium juris eſt verbum, cum *dicitur dos*, quod exprimitur.

65. QUID OBTIGISTI?] Poſtea quam dos petita eſt, Chremes diu deliberavit conſilium quaerens, non quo ſummam quaereret † dotis * quod intelligi datur ex ſequentibus. Compromiſſa dote adjungit, *ſi me vis ſalvum:* aliter enim filium corrigi non poſſe credit, niſi dotis nomine omnia bona filiae promiſiſſe videatur, unde crederet filius exheredem ſe. Denique, *id*, inquit, *mirari te ſimulato*, ut ad ejus notitiam veniat. Quam quidem rem cum intellexiſſet Menedemus, explanat, ſe idcirco promiſiſſe ut *animum* adoleſcentis *luxuria & laſcivia diffluentem inopia retunderet*, & ad integram frugem neceſſitate revocaret.

76. DICTIS CONFUTABITUR.] Solis ſermonibus male tractabitur.

77. SED SYRUM!] Cum utique majora tormenta ſervo minitatus ſit, iraſcentis more, quod eſſet facturus, exprimere non potuit. ADEO EXORNATUM.] Id eſt, comptum, per il-*parrhesian*.

78. ADEO DEPEXUM.] Hoc eſt, compoſitum poenis & tormentis.

86. VIDUAE MULIERI.] Facilis enim illuſio eſt in eam, quae & mulier & vidua eſt.

ACT. V. SCENA II.

1. ITANE TANDEM.] Ad ſatisfaciendum valet haec Scena, & veniam petit.

4. VULGO FACIUNT.] Quod meretrices omnes amant adoleſcentes. Et argumentatur: quia quod omnibus licet, uni licet.

8. QUIDQUID EGO HUJUS.] Quidquid ego tale feci,

9. ET SUAVIA IN PRAESENTIA.] Ut tantum praeſentia cogitares, neque de futuris curam gereres.

12. UBI DECUIT.] Quia primo tibi non licuit dare. Hoc enim optimum eſt parentibus, ſemper filiis bona tradere. Sed hoc cum mihi non licuerit, proximo tibi qui erat tradidi, hoc eſt leviro, qui ſororem tuam ducit uxorem.

14. IBI TUAE STULTITIAE SIT PRAESIDIUM.] Circa victum atque veſtitum: & tectum habeas quo te recipias.

20. QUAE ISTHAEC EST.] Servus iram domini in perſonam ſuam inclinare cupiens, ut adoleſcenti poſſit ſuccurrere, interponit haec verba.

† *Dotis* *. In MSſ. lacuna nulla.

23. Nec precatorem pararis.] Ne, inquit, ut adſolent ſervi, velis & tu habere precatorem, qui pro te roget. Vobis enim non iraſcor, cum multa feceritis: ita aequum eſt & mihi vos ne iraſcamini. Poſt iracundiam apta ſententia eſt.

25. Abiit.] Quo facilius terreret, ſenex diſceſſit.

27. Adponé rem.] Optimum equidem ſenſum ex neceſſitate collectum in dolore adoleſcens collocavit. quippe cum poſtremum omnium malorum fames ſit. Denique, [Virg. Aen. III. 367.]

Obſcoenamque famem. quae prima pericula vito?

32. Sic est.] Diu finxit, ſe neſcio quid cogitare, ſervus: repetit tamen aſtute. Conſuſit uti dicat, hunc adoleſcentem filium non eſſe, & quaerit argumenta, quod antequam puella eſſet inventa, hunc diligebant: poſtea exheredatur. Adjicit & illud, cum matres ſemper pro filiis intervenire conſueverint, nunc in iracundia non rogat mater. Compellit igitur adoleſcentem, uti parentes roget. aut enim precibus ad miſericordiam commoturus eſt ambos, aut ſuos parentes facile cognoſcet. Sed conventum ex poſteriori oratione cognoſcimus, cum dixit *Satis recte.* Cum enim in periculo majore poſitus fuerit filius, tum facile parentibus poteſt movere pietatem, vel pacem ab iracundo patre ſuſcipere. *Pacem* autem dixit veniam, ut Virgilius, [Aen. IV. 56.]

pacemque per aras
Exquirunt.

Id eſt, benevolentiam ac veniam.

46. Ac Syro nihil sit gratiae.] Certus ſum quod ex hoc conſilio in gratiam eſt filius reverſurus, ut fortaſſe etiam concedat veniam, & uxorem ducere compellat.

39. Seni nostro fidei.] Non credam ſeni quaſi ignoſcenti, itaque Menedemum precatorem parabo.

ACT. V. SCENA III.

1. Profecto, nisi.] Coërcet hic uxor maritum, quod exheredationem filii velit errore. Ex illo conſilio ſexus jam continuo notatur, quaſi morum vitium eſt; ut alibi: *Tu, inquam, mulier, quae me omnino lapidem, non hominem putas* Aliud tamen eſt *mulierem* dicere per naturam, aliud per † vitium.

6. At si rogitem.] Quam ſtultus ſis, perſpice. Quid faciam vides, cur faciam neſcis, unde ſtulte reſiſtis.

12. Subditum se suspicatur.] Hic jam intelligendum, veniſſe adoleſcentem, & matri, hoc eſt, mitiori de parentibus, ſuam ſuſpicionem indicaſſe.

16. Quod filia est inventa?] Exinde putas poſſe inveniri hunc eſſe filium meum, *quod & inventa eſt filia*? Hoc eſt, eodem pacto, ut & hic noſter, quemadmodum & illa inventa eſt, inveniri poſſit.

21. Rem, cum videas, censeas.] Cum videas, ex vultu mores ejus agnoſcas.

ACT. V. SCENA IV.

1. Si umquam ullum.] Ad commovendam pietatem commemorat praeteritos affectus, qui ſic facilius poſſit agnoſci. Ut [Virg. Aen. IV. 317.]

Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam
Dulce meum.

10. Gerro, iners.] *Gerro* eſt piſcis nullius ſaporis vel momenti. aut *gerrae* dicuntur machinamenta, quae adverſus civitates fiebant, magno impetu ‡ cum * dejicerent: eadem *gerras* appellabant. Helluo.] Eſt invaſor, & qui plurimum conſumit.

11. Ganeo.] Tabernis operam dans & conviviis turpioribus.

16. Quaeras, quod habes.] Scilicet parentes. Quod abest, non quaeris.] Hoc eſt, quemadmodum patri obſequaris, & eſt compoſitum ex contrariis, quae figura dicitur *ἀντίθετον*, vel *πάρισον*, id eſt, aequatio ſententiae.

ACT. V. SCENA V.

1. Enimvero Chreme.] Procedit Menedemus, ut omnis perſona in poſtrema parte praeſens ſit. Venia datur filio, ut cunctus error poſſit abſolvi. Adhuc tamen perſeverans Chremes convenit Menedemum, ut filiam ducat.

12. An me recipio.] Id eſt, ego †† facio ut hic promittat.

14. Haec, dum incipias.] In exordio habent

† *Vitium.* Forte, *Convicium.*
‡ *Cum * dejicerent.* Hic Mſ. alter lacerus eſt; alter lacunam nullam agnoſcit.
†† *Facio.* Forte, *Faciam.*

bent haec ſemper difficultatem, ubi aggreſſus fueris, facilia fiunt.

16. Ego tibi illam.] Hic illudit, ut joco triſtitia ſolvatur, cum promittit filiam neſcio cujus, admodum foedam.

18. Caesiam.] Id eſt, oculis obtortis, vel caeſuras, id eſt, rugas habentem: aut lenticuloſam. Sparso ore.] Id eſt, diſſoluto. aut *ore* dixit vultu, & ſignificat *ſparſo*, aſperſo, quaſi maculis quibuſdam infecto vultu.

19. Ut elegans est!] Id eſt, prudens in diſcernendis puellis. quia *ibi*, id eſt, in hac electione, totus eſt. Quod vero ſubjunxit *Archonidis filiam*, aut Bacchidem dicit, aut aliam quamlibet, ad quam adoleſcens contumeliis patris appulerat animum.

22. Syro ut ignoscas.] Petit veniam etiam Syro, ſed non omnium factorum, ne infinitum eſſet quod petere videtur. Et transfert in ſe crimen ſervi, dicens; *quod fecit, mea cauſa fecit*.

Explicit Commentarius Heautontimorumenon.

INCIPIT IN ADELPHOS.

PROLOGUS.

1. Postquam Poeta sensit.] Eadem conſuetudo Prologi ſemel ſignata apud Terentium perſeverat, uti magis maledicis adverſariis reſpondeat. Neque ſunt Prologorum officia, quae compleat. Postquam Poeta sensit, ab iniquis observari.] Ab adverſariis, hoc eſt, a Luſcio Lanvinio.

3. In pejorem partem, quam acturi sumus.] Animadvertit, iniquos rapere aliter quod dictum eſt a Terentio, quam nos acturi ſumus.

4. Indicio de se ipse erit.] Ipſe voluit de ſe indicium dare, uti vos judices eſſe poſſitis, id quod facit an laudandum ſit, an vituperandum.

9. In prima Fabula.] Id eſt, in prima parte Fabulae. ut Virgilius, [Aen. IX. 244.]

Vidimus obſcuris primam ſub vallibus urbem.

Dixi in aliis Comoediis, & magis in *Andria*, hanc fuiſſe conſuetudinem Poëtis Latinis, ut crimen non eſſet, aliquid de Graeco transferre in Latinum: verum illud eſſe criminis, ſimulata contingere, vel ſi id diceret, quod jam a Latino fuiſſet expreſſum. ergo quod adoleſcens quidam meretricem eripit, de Comoedia tractum videtur, quae jam cum Graeca fuiſſet, a Latino tranſlata eſt. ſed haec pars Comoediae praetermiſſa eſt, ubi *adoleſcens lenoni eripit meretricem*. quod ſi ita eſt, ut ille qui tranſtulerit aliam Comoediam Graecam, hanc partem reliquerit, non videtur a Terentio ullum crimen admiſſum, ſi id tranſtulit, quod apud Graecos intactum manebat, ideo adjecit:

12. Eandem nos acturi sumus novam.] Ut non jam hoc ſit furtum, quia non a Latino dictum eſt: ſed potius reprehenſus hic locus eſt, qui eſt praetermiſſus. *Reprehenſus* autem interdum ſignificat iterum prehenſus. Alia ſubinde proponitur quaeſtio, quod maledici homines frequentiſſime dicant, Terentium adjuvari a nobilioribus: erat enim opinio quod a Laelio, & Scipione, & Servilio adjuvaretur. ſed hoc crimen ad gloriam revocat, & confitetur, laudabile ſatis eſſe viris talibus placere.

20. Quorum opera in bello.] Hic Scipio Africanus eſt. In otio.] Laelius ſapientiſſimus. In negotio.] Vel Philus vel Servilius.

21. Suo quisque tempore.] Quorum opera unuſquiſque uſus eſt in neceſſitatibus ſuis, ſine aliqua eorum ſuperbia. Deinde ſubjungit, cur officium ſuum non compleat, ut argumentum narret, quod *ſenes, qui primi venient*, argumenti continent expoſitionem: & breviter poſtulat audientiam.

24. Facite, aequanimitas.] Hoc eſt, aequos animos ut habeatis.

ACT. I. SCENA I.

1. Storax! non rediit.] Videtur hic quanta cura ſit de filio cogitare, ac primo conqui-

Digitized by Google

conqoiſitio eſt , & interrogatio praecedens. quae duplici ſenſu intelligi poteſt. Nam nomen ſervi cum dixiſſet , poſſumus intelligere quod non reſponderit : & ex hoc ceperit , quod non reverſus ſit filius, ut pronuntiemus per confirmationem.

2. Neque servolorum quisque.] Rurſus pronuntiatio altera eſſe poteſt , tamquam ſervus vocatus reſponderit , & ipſum interroget.

3. Si absis uspiam.] Id eſt, alicubi otioſus vivas , melius eſt , tibi *evenire* , quod de te *cogitat uxor irata :* quae utique animo conjugali de marito ſuſpicatur, quod alteram amet, ac illi ſoli ſit bene.

6. Parentes propitii.] Id eſt , ſancti & religioſi timent , ne abſentibus filiis aliquid mali eveniat. Dehinc a generali ad ſpeciale tranſit. *Ego , quia non rediit* , &c.

11. Alserit.] Id eſt , mortuus ſit , quia morientes frigent. Deinde theſis , quod dicit:

14. Quod sit carius, quam ipse est sibi?] Quod ſupra Prologus nuntiavit , quod argumenti partem ſenes qui primi ſunt, explicabunt. Nam docet quod hic adoleſcens in adoptionem ſibi a fratre ſit datus.

27. Pro meo jure agere.] Jus enim patris eſt , peccata corrigere filiorum. At hic per indulgentiam dixit , non neceſſario ſibi hoc incumbere, ut omnia peccata corrigat , ſed aliquid de jure proprio obliviſcatur. Deinde jam theſis illa ſupponitur, uti non metu , ſed melius liberi amore teneantur,

32. Pudore , inquit , et liberalitate liberos retinere satius.] Hic ſermo magis a perſona Demeae accipiendus eſt, qui Micionem dicat *durum , praeter aequum & bonum* , dum clementiam cuſtodit nimiam circa filium, ſic eum in peccata provocet: quod eſt quaſi quoddam duritiei genus , non ſentire quid criminis ſit , quod ad dedecus perveniat.

40. Et errat longe.] Multum errat Demea , quod credit id *gravius eſſe imperium , quod vi conficitur , quam illud , quod per amicitiam copulatur.* Ut illud Salluſtii , [Jug. 10.] *Non theſauri , neque exercitus , praeſidia regni ſunt : verum amici , quos neque armis ſuperare , neque pretio comparare quiquam poſſunt.*

44. Malo coactus.] Ut oſtendat non rectum eſſe id quod comparatur vi , quam illud quod amicitia adjungit. Quandoquidem quod oportet ex perſona ſua , id efficitur non ſponte, ſed vi. At vero *ille* , qui *ex animo facit* , beneficio victus , non terrore compulſus vult multam referre gratiam. Hoc ergo ad patres potius pertinet , ut filii quod faciunt recte , *ſua ſponte* faciant , non *alieno metu :* quippe cum interſit inter dominum & patrem. nam pater lenitate , dominus metu valet.

ACT. I. SCENA II.

1. Ehem! opportune.] Iracundi hominis continuo pronunciata ſententia eſt , qui ſalutatus reſalutare noluit.

2. Rogas me?] Interrogas me quid ego triſtis ſim , cum Aeſchinum filium habemus. Deinde ſumſit generalem accuſationem , *Quem neque pudet , neque metuit quemquam* , &c.

7. Dissignavit!] *Diſſignare* proprie dicitur aliquid ſignatum legibus rumpere. Deinde poſitio ipſa eſt criminis , ſed per argumentum. Nam cum lenonis domum vel cellam potius adoleſcens fuiſſet ingreſſus , ut meretricem abduceret , hic exaggerans dicit , *Fores effregit , atque in aedis inruit Alienas.*

9. Ipsum dominum.] Lenonem appellavit ; deinde meretricem *mulierem.* Et hoc quaſi criminis genus probavit a teſtibus , quod *omnes clamant , indigniſſime factum.* Deinde adjecit comparationem , quod facilius vita poſſit deprehendi ex hoc , quia frater ejus ruri operam det , neſciens quod eadem meretrix ipſi adoleſcenti rapta ſit. Sed omnis concluſio accuſationis in Micionem , qui ejus pater eſt , retorquetur & transfertur , quod ipſe filium corruperit lenitate.

18. Homine imperito.] Defenſionem parans , ab ea incoepit parte , quae objurgationem tenet : quia imperitus ſemper ſatis injuſtus eſt. Parat autem defenſionem adoleſcentiae , ſciens meretricem raptam.

21. Non est flagitium , &c.] Non laus eſt ibi eſſe integrum , ubi non poſſibilitas corrumpendi.

30. Aliениore aetate.] Hoc eſt , poſt adoleſcentiam.

46. Tu natura pater.] Ut Salluſt. [Catil. 6.] *Curae ſimilitudine patres appellabantur.* Poſtremo concludit : quod jam repetat filium , quem dediſſet. Hac re territus ſenex , cum iracundia tamen conqueritur , quod alienus non ſit filio , ac propterea cogatur de eo cogitare.

61. Nec nihil.] *Aδorus* , pro aliquid.

62. Sed ostendere , me aegre.] Sed ſimulate ago : quia ſi fratris iracundiam juvarem , protinus inſaniret.

67. Etsi Aeschinus nonnullam.] Jam redit ad aeſtimationem , an vere Aeſchinus peccaverit.

ACT.

ACT. II. SCENA I.

1. OBSECRO! POPULARES.] Haec Scena vim certaminis continet, ſine ulla ſpecie controverſiae: tantum in dictis quaedam qualitas habetur. POPULARES.] Hoc nomen ſignificat de populo ſocios ejuſdem conditionis.

2. HIC CONSISTE.] Hoc intelligendum, dici ad mulierem quae ſublata eſt. Dein adjecit: *Quid reſpectas? Nihil pericli eſt.*

5. ITERUM UT VAPULET.] Supra enim cum meretrix raperetur, leno vapulavit.

6. NE TE IGNARUM FUISSE.] Prodeſt enim abſolutioni reorum imprudentia, aut caſus, aut neceſſitas.

7. LENO, inquit, EGO SUM.] Cum audiſſet Aeſchinus, illud potius intellexit, quod leno facilis eſſet, qui plagis ac verberibus ſubjiceretur, magiſque ad contemtum hoc nomen audivit: ideo adjecit leno, ſed talis qualis *fuit ſide quiſquam optuma.*

8. TU QUOD TE POSTERIUS.] Tu poſterius fortaſſe ſic te purgare incipies, quod mihi nolles feciſſe injuriam.

9. HUJUS NON FACIAM.] Hoc eſt, ne hujus parvuli te faciam, ac propterea contemnam ac deſpiciam.

11. JUSJURANDUM DABITUR.] Quemadmodum ſponſio ante judicium fieri ſolet, ita hic dixit, *Juſjurandum dabitur*, quod indignus fueris, qui hanc injuriam mihi faceres.

13. PRAESTRENUE.] Valde, obſequenter.

20. VERUM IN ISTAM PARTEM.] Ut lenonem caederet ſervus non innuerat adoleſcens, ſed hac, inquit, parte potius peccato. Licet enim contra imperium meum feciſti, tamen id feciſti quod vellem.

22. ORNATUS ESSES, &c.] *Virtutes* hic per *εἰρωνείαν*, pro vitiis collocavit.

24. INFORTUNIUM.] Malam fortunam.

29. LIBERTATEM AEQUAM.] Athenis, ubi communis omnium fuerat libertas. populi enim juſſu reſpublica agebatur.

33. LENO INIQUA.] Satis oſtendit quam iniquus ipſe ſit, cum dixerit, *Leno ſum, fateor.* Senſus eſt: Sum quidem quod dicis, etiam quod *pernicies communis adoleſcentium*, etiam quod *perjurus: nulla tamen tibi a me facta eſt injuria.*

40. NAM EGO EAM LIBERALI CAUSA.] *Liberali manu* dicit, ut ejus oſtendat libertatem.

42. DUM EGO REDEO.] Concluſit id, quod convicio dolorem pareret. Cum mora igitur pronuntiandum LENO.

47. PROMERUIT.] Hoc eſt, multa mihi praeſtitit.

48. ARIOLOR.] Divino, vel vaticinor.

50. MOX; CRAS REDI.] Singula pronuncianda ſunt, quae ſolent dicere debitores, ut non reddant quod debent.

53. MUSSITANDA.] Hoc eſt, tacenda & animo continenda.

ACT. II. SCENA II.

1. TACE! EGONE TE CONVENIAM.] Aeſchinus poſteaquam verberato lenone abduxit mulierem, vehementer timuit ne hoc pater audiret. Mandat igitur ſervo, ut lenonis iracundiam frangat.

8. PECUNIAM IN LOCO.] Id eſt, ubi oportet, ubi ille qui accipit memor eſt. Ideo inquit, *interdum.*

9. DE TUO JURE.] Hoc eſt, ne plurimum leno eſſes, ut intelligamus avaritiam [te impares.]

11. EGO SPEM.] Malo pretium, quam emam pretio ſpem. quaſi ſi id amiſero, poſtea plura accepturus.

12. NUMQUAM REM FACIES.] Hoc eſt, numquam divitias, neque pecuniam quaeres. NESCIS INESCARE.] Id eſt, jactata eſca ut in hamo majora lucra captare. Et eſt *ineſcare*, decipere.

15. QUASI SINT VIGINTI MINAE.] Quaſi aliquod emolumentum apud te habeant *viginti minae*, dummodo domino obſequaris.

16. PROFICISCI CYPRUM.] Hoc injicit ſervus, vel antequam audierit leno profectus eſt Cyprum, uti meretrices inde advehat: quod Cyprus Veneri ſit dicata.

20. INJECI SCRUPULUM.] Hoc eſt, dubietatem.

21. IN IPSO ARTICULO.] Articuli ſunt in digitis: quorum nodo atque flexu ad actus facilis explicatio eſt. Ac ſi *in ipſo articulo* quis aliquem teneat rigore confecto, confixura nulla fiet, nihil agi exinde poteſt. Ita hic temporis articulum collocavit, quoniam oppreſſus actus ſuos ducit implicatos.

25. NUNC DEMUM VENIS?] Verba ſunt quae dici poſſunt, ſi ad mercatum leno ierit, & poſt rediens exigere pecuniam coeperit.

31. UNUM HOC HABEO.] Unum poſſum praeſtare, id eſt, *minas decem* poſſe *corradi*, hoc eſt, cum labore expediri.

35. ETIAM DE SORTE.] Leno enim ſupra

Digitized by Google

dixerat, *tantidem poſtulat*. Hacc quaſi ſors eſt. Nam cum decem minae offerantur, in dubium venit, an poſſit tantum accipere, quantum dedit.

38. Insuper defrudat?] Poſtquam verberavit, etiam fraudem fecit.

40. Utut haec sunt.] Id eſt, poſtquam haec ſunt facta, quia verberatus ſum, peto mihi reddatur, quanti eſt emta.

43. Sedulo faciam.] Sine dolo: mendaciis volens lenonem decipere.

ACT. II. SCENA III.

1. Aba quivis homine.] Cteſipho gaudet vehementer, quod rapta ſit meretrix. Et eſt oratio exultantia. Aba quivis.] Pro, abs quovis.

3. O frater! frater!] Ἀναδίπλωσις. Et eſt ſenſus: *Nemini homini magis eſſe fratrem principem artium maximarum*, quam mihi. Quod vero ait, *nemini homini*, πλεονασμὸς eſt: ſignificat enim *nemo homo*. Haec autem omnia tanquam praeſente dixit fratre, cum abſens ſit. Denique poſtea a Syro quaerit, ubi ſit.

ACT. II. SCENA IV.

1. Ubi ille est.] Rediens domum Aeſchinus ſimulato furore procedit, ut illo metu libenter accipiat, quidquid affertur. Num quidnam.] Morem expreſſit avari lenonis, uti licet audierit minas, oculos tamen intenderit in manum debitoris.

5. Vereor.] 'Vehementer confundor praeſente te aliquid laudis dicere, *ne magis aſſentandi*, id eſt, adulandi gratia facere videar *.

7. Age, inepte.] Cteſipho inquit, ſtultum eſt quod laudare deſideras, quaſi noſtros animos neſciamus.

9. Nihil tibi possent.] Quoniam alii puellam leno venderet: & tibi nullum poſſet auxilium ferri.

11. Pene ex patria?] Si enim illa diſcederet propter parvum pretium, pene & tu amore in exilium pergeres.

14. Hic proparat Cyprum.] Inſultandi modo dictum, quo lenoni omne reddat. Ecce jam beneficium incipit eſſe.

17. Hominem impurissimum.] Malum: ut ſaepe docui.

ACT. III. SCENA I.

1. Obsecro, mea nutrix.] Haec Scena aeſtus habet & querelas, quod mulier parturiat, quam Aeſchinus compreſſit, & hodie non venerit, quod rapuerit meretricem fratri.

2. Dolores, mea tu, occipiunt.] *Mea tu*, haec pronomina benevolentiam audientis mercantur. *Primulum* vero, adverbialiter ait.

3. Tuae.] Facile illam ſolatur quae virum experta ſit, ut & † peperit & parturienti adfuerit.

8. E re nata.] Id eſt, dominae vitium oblatum eſt: melius tamen illud, quia hic vitiator eſt, qui optimo ingenio, hoc eſt, qui nobili genere & animo natus eſt, ut inerubeſceret, ni eam uxorem duceret, quam ipſe vitiaſſet.

11. Ita pol est.] Receperat enim aliquo modo animum, dum haec adjunxit.

ACT. III. SCENA II.

1. Nunc illud est.] Haec Scena conqueſtum omnem tenet, quia ſervus vidit Aeſchinum rapere meretricem, qui ſuae dominae vitiator eſt, & qui promiſerat ſe eam uxorem ducturum. Ignorat enim ſervus quia non ſibi, ſed fratri Aeſchinus rapuit. Arbitratus igitur dominam derelictam ingemiſcit, & conqueritur apud adoleſcentem, mutatam eſſe fidem. Praeſentes mulieres ſunt: quae cum audiſſent ſervum, & ipſae dolent, & poſt efficitur deliberatio, an perſerendum ſit, quod vitiata puella eſſet: ut coactus legibus adoleſcens eam ducat uxorem. Et ſi hic partes ambae indicandae ſunt, ut ſuis locis tractabimus: nunc de quaeſtione dicemus, exordium. *Tale malum eſt, ut ſi omnes omnia ſua*, &c. Poſt ſubjungit: *hoccine ſeculum!* Primum ſeculis detraxit, deinde hominibus. Quemadmodum laudative, [Virg. Aen. I. 609.]

quae te tam laeta tulerunt
Secula? qui tanti talem genuere parentes?

8. Quem neque fides.] Hae conqueſtionis partes ſunt, quod a nullo revocatus ſit Aeſchinus, nec quia juravit, nec quia promiſit, nec quia miſericordia flecti debuit, nec quia jam partus videbatur eſſe vicinus.

12. Vix sum compos animi.] Id eſt, vix ſum apud me. *Compos* ſiquidem eſt ſuae voluntatis effector: unde & *impos*.

15. Dum illos ulciscar.] Erit plena vindicta, ſi modo illos puniam ac perſequar. Exprimit poſt iracundiam ſuam.

22. Heram hoc malo impertire.] Id eſt, participem facere.

24. Oppido opportuna.] Valde.

26. Animum recipe.] Id eſt, ſpiritum reſume

† *Peperit.* Lego. *Pepererit.*

me. Senſus profertur ille qui plenus eſt. Eſt autem integer talis, gemitu ††† irrumpente: *Ei mihi! amare occepit aliam.* Breviter ſummam propoſuit. ac primum quaeritur de fide, an conſtet admiſſum. Ille reſpondit: Se vidiſſe. Rurſus & ipſa conqueritur.

37. Hera, lacrumas mitte.] Hinc jam deliberationis propoſitio eſt, cum dicit, *Conſule, patiamur; an narremus?* Una pars ſubjungitur, non eſſe narrandum. *Mihi quidem non placet.* Hujus rei argumenta illa ſunt, quod primum Aeſchinum conſtat alienum habere ‡ circa illum animum. Si palam ergo prolatum fuerit, negabit continuo fortaſſe, hoc eſt, *inficias ibit.* Tunc continuo puellae periclitabitur fama, *vita veniet in dubium.* Sin autem confeſſus fuerit adoleſcens, ſe vitiaſſe, & propterea cogatur ducere uxorem, *utile non eſt dari illi puellam, cum aliam diligat.* Unde ſine dubio quacunque ratione neceſſarium eſt conticeſcere. Deinde ſubjungitur pars altera: *Minime gentium*, inquit, *non faciam*, potius *proferam.* Cujus rei argumenta haec ſunt: quod *pejore loco res jam eſſe non poteſt.* Eſt enim *indotata: ſecunda ei praeterea dos* quae eſſe potuiſſet, eſt ablata virginitas. Sed ſi negabit Aeſchinus vitiatam, facile dinoſcetur: *Teſtis enim*, inquit, *mecum eſt annulus, quem amiſerat.* Et certe *cum ego conſcia mihi ſum, a me hanc eſſe culpam amotam*, non enim corruptam, neque pretio pudicitiam puellae vendidi, facile vindicabo, & me & illam indignam illa. Hoc argumento perſuaſit rem eſſe proferendam. Ita contentiens ſervus dixit, *Quid iſtuc eſt? accedo, ut melius dicas.*

54. Nostro aemulo fuit summus.] * Sed parum iſtuc eſt, etiam *nos maxime coluit.*

ACT. III. SCENA III.

1. Disperii!] Haec Scena illuſionem habet, qua utitur ſervus uti dominum poſſit fallere. Demea tamen opinione comperit, quod filius ſuus interfuerit raptioni. graviter ferens ad domum properat: ingemiſcit enim ſi fuerit etiam ipſe corruptus. Disperii!] Valde perii, *ſi illum poteſt* frater etiam corrumpere, *qui alicujus ſpei eſt.*

8. De grege illo.] De illis qui corrumpunt, & qui corrupti ſunt.

10. Omnem rem modo seni.] Servus univerſa ſeni eſſe ‡ narrata * hoc eſt, cui rapta ſit meretrix, & ſenem laudaſſe conſilium, & filium quod pro fratre laboravit.

16. †† Lenoni daretur in sumtum.] In id quod neceſſarium eſſet ſumtibus.

21. Inepta, ne dicam dolo, et absurda.] Ut ſenem Demea poſſet incitare iracundia, fingit imperare ſe ſervo, ut piſces ceteri purgentur. Et hic abundantiam declaravit, *ceteros:* quaſi aliquos ipſe purgaverit.

23. Congrum istum in aqua sinito ludere.] Id eſt, moveri. Non enim piſcibus aptus eſt ludus. Ita & Virgilius, [Aen. VIII. 632.]

Ludere pendentes pueros.

Sed illic ‡‡‡ enim infantibus nullus eſt ludus.

26. Salsamenta haec, &c.] *Macerentur* proprie poſitum. Quidquid enim ſalſum eſt, in aquam funditur, ut madefactum ſalis amaritudinem perdat *.

36. [Inepta lenitas patris, et facilitas prava.] Non apta & mala facilitas, qua in luxuriam divitiae ſuae geruntur.]

42. Sex totis mensibus.] Certum numerum poſuit pro incerto: & tamen iſtius conduplicatio frequenter eſt collocata. Sic & alibi: *Sex ego te totos, Parmeno, hos menſes quietum reddam.*

47. Abigam hunc rus.] ‡‡ Hoc eſt verſus paululum pronunciat, uti conſilium ſumſerit mentiendi, ut idem eam mittere poſſit. Ad velamen autem tali conſilio uti fingit, illum rus diſceſſiſſe admodum iratum, qui fratrem male tractaverit, quod rapuerit meretricem, quod corruptis moribus vivat, quod oblitus nominis & familiae luxurietur.

55. Lacrumo gaudio.] Quaſi quaedam cauſa eſt unde lacrumae oriuntur. Nam ſaepe etiam ex gaudio contingit, quod evenit ex dolore.

61. Inspicere, tamquam in speculum.] Ita filius meus plenus eſt praeceptorum, uti quotidie omnium vitas inſpiciat, *tamquam in ſpeculum, & ex aliis* ad vivendum ſumat *exemplum.* Et *inſpicere in ſpeculum*, nova eſt elocutio. Porro adhuc alia narrare cupiebat Demea, verum ſervus taedioſus, ne ea quae nollet, audiret, reſpondit non eſſe otium ſibi.

††† *Irrumpente.* Forte, *Interrumpente.*
‡ *Circa iſtum.* Immo, *Circa iſtam.*
† *Narrata * hoc eſt.* In MSſ. lacuna nulla eſt. Forte excidit τὸ *ait.*
†† Lenoni daretur in sumtum.] Ita Lindenbr. edidit. Legendum autem: Dedit praeterea in sumtum. ‡‡‡ *Enim.* Forte, *Etiam.*
‡‡ *Hoc eſt verſus.* Lego, *Hoc averſus.*

68. Nam noais tam flagitium ast.] Pari modo flagitium credimus, ſi piſces non recte curentur, quemadmodum vos flagitium ducitis, ſi non recte & honeſte quidem vivatis. Haec ſunt enim quae ſupra dixit. Denique ad irridendum Demeam, dicit ſe ad ſimilia praecepta eſſe monitorem, cum ſervis dicit: *Hoc ſalſum eſt, hoc aduſtum. iterum ſic memento.* Et ſeparatim pronuntiandum. *ſedulo* pro meo jure, *pro mea ſapientia.* Refert ſimilitudinem omni genere. Quemadmodum enim tu *inſpicere in ſpeculum vitas omnium jubes*, ita ego *in patinas.* Adhibet etiam ſententiam quaſi judex, ut dicat: *Inepta eſſe haec, nos quae facimus, ſentio.* Et tamen dicit, ſibi neceſſitate morem gerendum, quum id vult. ⸸ Supra enim frater dixit: *Quando ego tuum non curo, ne cura meum.*

84. Hegso triaulis noster?] Conventus jam a Geta, ſervus dolore eſt commotus, quod ea omiſſa meretricem rapuit. *Tribulis* autem ſignificat, ea eadem tribu, hoc eſt, ex eadem curia.

87. Ne illsusmodi jam.] Bonae virtutis hominem cum videret, dixit hujuſmodi homines jam in civitate non eſſe. Igitur talium virorum & civium magna nobis eſt inopia.

89. Haud cito mali.] Ita hic juſtus, ita ſemper eſt integer, ut nihil mali ex hoc publice naſci poſſit.

ACT. III. SCENA IV.

1. Pro Di immortales!] Haec Scena accuſationem tenet: reus enim efficitur adoleſcens, quod vitiaverit virginem; quamquam in conjectura res eſſe potuiſſet, tamen quia nemo negat, non accuſatio per conjecturam efficitur, ſed potius per qualitatem. Idem enim vitiator puellae cum ad matrem puellae perveniſſet, promiſit ſe eandem, quam vitiaverat, uxorem eſſe ducturum. Nunc dicitur quod rapuerat meretricem. Reus fit injuriarum. In hac Scena accuſatio ſola eſt, defenſio nulla. Habet etiam partem admixtam Deliberativae. Nam poſt eadem haec quae accuſat, & petit uti adoleſcens eandem ducat uxorem. Et omnis illa ſuperior accuſatio ad hoc tendit, ut uxorem potius ducat accuſator, quam reus ſit. Ergo indignitate rei commotus, primum hoc quaerit a ſervo, an verum ſit, cum dicit: *Geta, quid narras?* at ille confirmat dicendo: *Sic factum.* Ita comprobata res eſt. Fit ex hoc exaggeratio. *Ex illan' familia tam inliberale facinus eſſe ortum?*

4. Haud paternum istuc.] Hoc quod feciſti non eſt tui patris, neque generis, aut familiae.

6. Nihili pendit.] Cotemnit, non curat.

8. Ni faciant, quae illos.] Hic verſus declarat magis petitionem eſſe hic, quam accuſationem. ut ſit ſubtilis oratio cum accuſatione, ad aliud venire diſponens.

16. Major filius tuus Aeschinus.] Hinc narratio incipit accuſationis, in qua multa denuo dicuntur, quo facilius reus conſtitui poſſit. Nam dictum quod *major filius*, ne alius ſentiretur: dictum & nomen proprium *Aeſchinus:* dictum etiam illud quod contigit, qui fratri adoptandus datus eſt. Ea his omnibus enim ſigna dominus ſumſerat, *ille quid fecit?* Deinde ſumma generaliter proponitur: *Neque boni, Neque liberalis functus eſt officium viri.* Deinde adjungit perſonae commendationem ejus, cujus filia vitiata eſt. Deinde propoſitio criminis. *Virginem ejus filiam vitiavit.* Quamvis non hoc intendebat: non enim facti quaeſtio eſt.

21. Nondum audists, Demea, quod est gravissimum.] Dicit hoc quod virgo vitiata eſt, grave non eſſe, propterea quod veniens adoleſcens mereri poterat ea amore. Illud eſt quod purgari non poteſt, quod *ad matrem virginis venit*, quod *lacrumans oravit*, quod *fidem dedit*, quod *juravit illam ſe uxorem ducturum.* Haec ſunt quae in accuſationem ponuntur. Deinde quod *virgo ex compreſſu gravida facta eſt*, quod nunc *jam menſis hic eſt decimus.* Cumulus enim hactenus ad accuſationem, ſi eo tempore deſerit adoleſcens puellam, quo jam pater eſſe poteſt, cum vicinus eſt partus, ac deſerendi † non * olim in adoleſcentia arguit, ſed ipſum tamen factum proponit, quod pſaltriam rapuerit. Eſt enim breve tempus id * amores eſſe cum meretrici. Fit cumulus quod ad id *comparavit* ſibi *pſaltriam, quicum vivat.* ut hoc perpetuum ſit, adjunxit, quod intendebat, *Pro certone tu iſtaec dicis?* Demea audita accuſatione de fide quaerit.

32. Mater virginis in medso.] Ad rem confirmandam teſtem adhibet accuſator, ipſam virginis matrem, & rem ipſam dixit. [ut eorum mulieres.] Ad poſtremum adjunxit & ſervum Getam, de quo facile poſſit inquiri, ut a teſtibus res probetur.

34. Ut captus est sarvorum, non malus.] Quemadmodum mali eſſe poſſunt ſervi, ſicut

⸸ *Supra.* Immo, *Infra.* † *Non * olim.* MS. alter lacerus. Alter, *Non ſolum.* cum neutra lacunarum.

ſicut eſt captus ſervorum, id eſt, conditio.

37. Immo hercle extorque.] Dixerat *vinci*, & ſolas catenas pro poena adjecerat: ideo addidit, *extorque*.

38. Coram ipsum cedo.] Quo facilius veritas manifeſtaretur, adjecit ſervus, *Coram da Aeſchinum*, cum praeſens fuerit, non negabit miletiam.

40. Differor doloribus.] Opportuno tempore dolore parturientis exclamat, quo facilius Demea vitiatam puellam poſſit agnoſcere, † * illam nunc haec implorat, tametſi Junonem Lucinam ad partum implorare videatur. Hic jam petitio illa ſupponitur, ut in excuſatione reus conſtituatur Aeſchinus, & ut cogatur, quam vitiavit, ducere uxorem. quod dicit: *Haec primum ut fiant, Deos quaeſo, ut vobis decet.*

48. Cognatus mihi erat.] Dicit ſibi neceſſitatem maximam, ut virginem defendat, ſi deſerta fuerit, ex hoc cumul. [*multa caritas ſibi fuerat cum puellae matre.*] ſibi fuerat cum puellae patre.

55. Sed, Demea, hoc tu,] Quoniam Demea ſententiam petitioni talem dederat, ut fratrem ſe diceret conventurum: jam hic amplius agit ut perſuadeat, aliud fieri non debere: propterea quoniam nobiles viri quanto clari ſunt magis, tanto plus debent omnia juſta complere, ſi velint famam integram ſui nominis continere. Quam rem & perſuaſione impetrant, quod voluerat ſenex. Denique data eſt ſententia: *Fient, quae fieri aequum eſt, omnia.*

62. Non me indicente.] Supra enim dixerat, ex lenitate patris Aeſchinum in periculum eſſe venturum, quod etiam nunc dicit: *Verum nimia illaec licentia Profecto evadet in aliquod magnum malum.*

ACT. III. SCENA V.

1. Bono animo fac sis.] Senex Ingreſſus domum, vidit parturientem puellam, ejus matrem conſolatur, promittens ſe conventurum Micionem, Aeſchini patrem, & coacturum ut vitiatam ducat uxorem ille, qui vitiavit.

4. Si est, facturus, &c.] Ordo eſt: Conveniam Micionem, ut faciat, ſi officium ſuum eſt facturus, officium. *

ACT. IV. SCENA I.

[*Hinc uſque ad finem Fabulae ex Mſ. omnia primum ſunt edita.*]

1. Hinc patrem abisse rus?] Haec Scena deliberationem habet, quid faciat, cum pater rus iturus ſit, & ‡ quid non reſpondeat patri, ſi ſe non invenerit apud villam.

3. Quod cum salute ejus fiat, ita defatigetur.] Dummodo ſalvus ſit. Et experitur ante conſilium, ut hoc ſe defendat, quod ab amicis retentus ſit. Cui opponitur:

15. Interdiu quidem: sed si hic pernocto, quid causae sum dicturus?] Huic rei nullum conſilium reperit ſervus. Hoc pollicetur tamen, facile ſe patrem lenire, quod ejus noverit mores, cum dicit, *Laudarier te audit libenter: facio te apud illum Deum.*

21. Lupus in fabula.] Proverbium, cum ipſe advenit, de quo loquimur.

ACT. IV. SCENA II.

1. Nae, ego sum infelix!] Interea dum conquirit fratrem Demea, cognovit a mercenario, in villa non eſſe filium. Iraſcitur in Syrum & commovetur.

5. Quid hoc, malum! infelicitatis?] Ordo, Quid hoc infelicitatis? & malum, interjectio eſt, ſicuti ſaepe docui.

8. Primus porro obnuncio.] Hoc eſt, malum nuncium vel accipio ut ales perfero.

15. Non, hercle, hic durare quisquam, si sic fit, potest.] Hoc conſilium ſumſit Syrus ad purgandum, quod in villa non erat filius; quod reverſus ſit idem adoleſcens & verberaverit ſe, propterea quod ipſe auctor fuerit Aeſchino, ad rapiendam meretricem. Fingit igitur verberari.

17. Quid ille gannit?] Quid ille obmurmurat, dicens ſe verberatum?

21. Non tu eum rus hinc modo produxe ajebas?] Hoc ſane *factum: Verum venit poſt inſaniens.* Deinde conqueritur, quod †† verba reſpuerit, qui illum nutrierit.

25. Patrissas.] Patri ſimilis es.

30. Non est.] Hoc iracunde pronunciandum, tanquam referat gratiam pro dolore, quod negat, fratrem eſſe domi. Denique hoc animo dicit etiam illud, *Scio, ubi ſit; ſed hodie numquam monſtrabo.*

34. Nostin' porticum, apud macellum,

† * *Illam.* In Mſ. lacuna nulla. Videtur autem legendum: *Fidem veſtram nunc haec implorat.*
‡ *Quid non.* Lege, *Quidnam.*
†† *Verba reſpuerit.* Forte, *Verberatus fuerit.*

HANC DEORSUM?] Falſum in locum mittit longe poſitum, ut circumeat civitatem.

37. SACELLUM.] Sacer locus. Ut Virgilius: [Ecl. III. 9.]

Et quo, ſed faciles Nymphae riſere, ſacello.

39. ANGIPORTUM.] Vicus anguſtus & brevis. Sed hic genere neutro poſitum eſt.

45. PISTRILLA, ET EXADVORSUM FABRICA. LECTULOS IN SOLE ILIGNIS PEDIBUS.] Hoc eſt, pedibus iligneis, de ilice. qui locus ſenibus in ſole eſſe poſſit. † Vel quod Cicero dixit, *Numquam ad ſolarium fuit.*

48. SILICERNIUM.] Particulae ſunt inferiarum, quae mortuis dantur. Alii intelligunt *Silicernium*, quod jam ſenectute curvus ſilices cernat.

ACT. IV. SCENA III.

1. EGO IN HAC RE NIHIL REPERIO, QUAMOBREM LAUDER TANTOPERE.] Hegio gratias egerat, quod Micio promitteret, ſe daturum operam, ut filius ſuus eam duceret uxorem, quae vitiata fuerat, dum juſte laudari ſe negat, propterea quia magis officium ſuum facit, non alii praeſtat, cum peccatum ſuum corrigat.

10. SI ITA AEQUUM CENSES.] Aut ſi ita omnium facta expetiverunt, uti ad mulieres Micio pergeret, haec eadem illis praeſentibus polliceretur. Verum etiam dubitatione utens Micio, hoc ut plenius fieri poſſet, perſuadet Hegio, quod illae miſerae alterum ſolatium calamitatis habere poſſent, niſi hic polliceatur. *Omnibus enim, quibus res minus ſecundae ſunt, neſcio quomodo ſuſpicioſi: omnia quae fiunt ad contumeliam ſuam fieri magis putant. Quum minimum poſſunt, ſemper ſe credunt contemni. Ergo placabilius eſt, ſi ipſe coram pollicearis, & te purges.*

ACT. IV. SCENA IV.

DEliberantem quid faciat adoleſcens convenit anus puellae ejus quam vitiavit. Ab ea comperit, quod cognoverit Aeſchinum meretricem rapuiſſe, cum utique rapuerit fratri. opinio eſt, quod ſibi potius rapuerit. Deliberat ergo, quid agat, quod tanta ſuſpicio de ſe inciderit, quod Soſtrata puellae mater credat, ſibi rapuiſſe Aeſchinum meretricem, hoc quod audivit ex anu quadam.

14. NE QUID DE FRATRE GARRULAE ILLI DICEREM.] Convenit enim, ne aliquid dicerem de fratre illi mulieri garrulae, h. e. verboſae & loquaci.

15. NUNC.] Deliberatio ipſa ſupponitur *Numquid dicam, aut agam, fratris eſſe hanc?* Haec non oportent indicari, ne fiant palam. AGE, celari poſſit fortaſſe. Illud metuo, an credant, quod fratri rapui, quippe cum egomet rapuerim, ego argentum ſolverim, ad me adducta domum ſit. Reperit conſilium, ut ad illas pergeret, & ſe purgaret.

ACT. IV. SCENA V.

1. ITA, UT DIXI, SOSTRATA, FACITO.] Haec Scena narrationem tenet, patrem inventum. Nam cum ingreſſus promiſiſſet mulieribus ſe facturum eſſe, Aeſchinus ut vitiatam ducat uxorem, egreditur pater, & viſo filio errorem hunc componit, quod Aeſchino adductus ſit advocatus, ut illa puella cognato ſuo nuberet, ille duceret. Neſcio eſſe quem vitiatorem, cui dari eam oporteret, ut adoleſcentis animus perſpici poſſet. Mox aperit veritatem, & dicit, ut jam praepararet ſe Aeſchinus ad uxorem ducendam. Deinde ipſe, quod ſupra dixi, narrat.

13. HABITANT HIC QUAEDAM MULIERES PAUPERCULAE. VIRGO CUM MATRE. HIC MEUS AMICUS, qui me adduxit, ILLI GENERE EST PROXIMUS: HUIC LEGES COGUNT NUBERE HANC. De quo ille contra: Commentae ſunt, h. e. mentitae, ESSE EX ALIO VIRO, NESCIO QUO, PUERUM NATUM: NEQUE EUM NOMINAT. PRIOREM ESSE ILLUM; NON OPORTERE HUIC DARI. Deinde adoleſcens omnia defendit, quo conviciator ſit, quod hic eam potius debeat ducere uxorem. Contra pater:

36. QUA RATIONE ISTUC? inquit, QUIS DESPONDIT? QUIS DEDIT? CUR DUXIT ALIENAM?] Huic reſpondet Aeſchinus:

38. AN SEDERE OPORTUIT DOMI VIRGINEM TAM GRANDEM.] Ut veniret neſcio unde cognatus? Et quaſi arguit patrem, quod haec magis debuerit dicere. Contra ille ſtultum vocat filium, ſiquidem haec omnia contra illum, *cui venerat advocatus*. Deinde quaſi ‡ aliena reſtituta ſint, monet filium, ut diſcedat. Tunc ille lacrimis prodit amorem. Pater cum quaeſiſſet, ille narrare cupiens petit ut audiret. Tunc pater omnia ſe ſcire dixit, objurgat leviter, quod celaverit ſe.

47. ITA VELIM ME PROMERENTEM AMES.] Merito

† *Vel quod Cicero dixit.* Forte, *Veluti quod Cicero dixit.* Vide Orat. pro P. Quint. 18.
‡ *Aliena reſtituta ſint.* Forte: *Aliena res iſta ſit.*

Digitized by Google

Merito ames. Multi enim neceſſitate amant. ac propterea indigne hoc eſt in ſe quod vult, ut pro merito ſe amet pater.

51. IN QUA CIVITATE TANDEM TE ARBITRARE VIVERE?] Honeſta objurgatio, ut & veniam det, & tamen corrigat.

58. QUOD QUIDEM IN TE FUIT.] Quantum in te fuit, perdidiſti & illam, & gnatum, quod tacuiſti. quod tu proſpexiſti. Factum enim eſt vel fortuna, vel eventu meo, quod rem curavi, & intercederem, te eam uxorem ducturum. At ille parum credens fidem poſcit.

74. SI FRATER, AUT SODALIS ESSET, QUI MAGIS MOREM GERERET?] Hic ita lenis eſt pater, ut hoc nec † pater, nec ſodalis ageret. Ita quemadmodum fratrem praetulit aut ſodalem, quum *frater* fiducialiter agit, *ſodalis* ſemper obtemperat.

77. NE FORTE IMPRUDENS QUID FACIAM, QUOD NOLIT. SCIENS CAVEBO.] Dabo operam, ne quod nolit pater faciam inſciens, inſpiciam & providebo.

ACT. IV. SCENA VI.

1. DEFESSUS SUM AMBULANDO.] Haec Scena accuſationem tenet, quod adoleſcens vitiaverit virginem, & nunc meretricem rapuerit. Defenditur a patre. Hujus exordium ſumitur:

ACT. IV. SCENA VII.

3. FERO AD TE FLAGITIA BONI ADOLESCENTIS CAPITALIA.] *Capitalia* crimina ſunt, quae expreſſe poenam merentur. Deinde ſpecies criminis ſic proponitur:

7. HOC PECCATUM IN VIRGINEM EST CIVEM.] Deinde quod *Puer natus* ſit. Primum in omnibus propoſitionis aſſenſus traditur. Exinde leve docetur eſſe, quod ille computat crimen.

15. SI NON IPSA RE TIBI ISTUC DOLET: SIMULARE CERTE EST HOMINIS.] Si non te vera tibi dolet, debes ſaltem vel fingere.

18. CAETERUM, PLACET TIBI FACTUM, MICIO?] Videris ſcire, curam male geſtam, & feciſti ut vitiatam uxorem duceret. Interea tibi hoc factum complacet? Huic reſpondetur, Non mihi quidem placuit, ſi mutari poſſit, nunc tamen, quia non valeo mutare, neceſſario placet. Quippe cum vita hominum ſic ſe habeat, quemadmodum eſt jactus teſſerarum. Si enim illud quod opus eſt, non cadit, hoc jam conſilii & artis eſt, corrigere quod miſerit caſus.

† *Pater.* Immo, *Frater.*

29. MERETRIX ET MATERFAMILIAS UNA IN DOMO?] Neſcit enim, quod non Aeſchino ſit rapta meretrix, arbitratur ambas in domo futuras.

34. RESTIM DUCTANS SALTABIS.] Genus ſaliendi hoc tractum a Trojanis, qui cum funem tenerent, & equum introducerent, ſic ſaltabant.

41. UXOR SINE DOTE VENIET.] Demea volens enumerare facta, concludit, quod uxor veniat domum ſine dote, quod intus ſit meretrix, quod *ſumtuoſa* ſit *domus*, quod *adoleſcens luxu* ſit *perditus*, quod *deliret ſenex*, ut ſi velit ipſa ſervare Salus, numquam poſſit familiam.

ACT. V. SCENA I.

1. AEDEPOL, SYRISCE.] Egreditur ſervus vinolentus, quod nomen ita pronunciavit ut ebrius, demonſtrare curo.

3. OMNIUM RERUM SATUR.] Plenus omnium rerum.

8. DIS QUIDEM ESSES, DEMEA.] Ut ſit declinatio, hic DIS, hujus Ditis.

ACT. V. SCENA II.

1. HEUS! SYRE; ROGAT TE CTESIPHO, UT REDEAS.] Puer miſſus à Cteſiphone adoleſcente, ignorans patrem praeſentem, revocat Syrum, & dicit, ſe miſſum a Cteſiphone, ut cognoſcat pater intus eſſe filium, vehementer iraſcitur, intro ire cupiens tenetur a ſervo ſuo, ſed impetu facto ingreſſus filium intus eſſe cognovit.

8. AEDEPOL COMMISSATOREM HAUD SANE COMMODUM, PRAESERTIM CTESIPHONI.] *Commiſſatores* dicuntur, qui poſt coenam veniunt ad laetitiam & ad voluptatem. Ergo nunc novum commiſſatorem Cteſiphoni miſimus patrem, cujus rationem habeat.

11. ATQUE EDORMISCAM HOC VILLI.] Alicubi jaceam, & hoc vinum digeram dormiendo. Diminutive enim vinum *villum* dixit.

ACT. V. SCENA III.

1. PARATA A NOBIS SUNT, UT DIXI, SOSTRATA.] Haec Scena controverſiam tenet, pacta & conventa rata ſint. Qui adoptandum filium dedit, pactus eſt, ut ipſum curaret, quem in adoptionem dederat, ſuum tantummodo curans. Inventus alter filius apud eum, qui adoptaverat, cum meretrice redemta. Quaeritur, An, qui adoptaverat, reus ſit? Hic per praeſentem ſtatum reſponſio efficitur, quia

Digitized by Google

quia ille dixerat, *Cur recipis meum?* Reſpondetur, *Communia eſſe amicorum omnia*; alienum illum non eſſe, ſed communem. Hujus igitur accuſationis exordium damnationis ſumtum, poſteaquam comperit Demea, adoleſcentem in domo fratris eſſe.

3. HEI MIHI! QUID FACIAM? QUID AGAM? QUID CLAMEM.] Defenſionis illud exordium eſt.

8. TANDEM REPRIME IRACUNDIAM, ATQUE AD REM REDI.] Propoſitio eſt criminis.

10. DICTUM HOC INTER NOS FUIT; EX TE ADEO EST ORTUM, NE TU CURARES MEUM, NEVE EGO TUUM? RESPONDE.] Haec propoſitio eſt legis. Crimen ſic proponitur:

13. CUR NUNC APUD TE POTAT? CUR RECIPIS MEUM? CUR EMIS AMICAM, MICIO?] Concluſio: *Quando ego tuum non curo, ne cura meum.*

17. NON AEQUUM DICTA.] Licet definitivus colligitur ſtatus, argumentum tamen Qualitatis eſt, cauſam non eſſe, juxta haec, quae in pacta collocata ſunt, propterea quia *amicorum* ſunt *univerſa communia.*

21. PRINCIPIO, SI ID TE MORDET, SUMTUM FILII QUEM FACIUNT.] Jam hic non ex pactione quaeſtio eſt, ſed ex eo, quod corruptis nunc moribus vivit, quod bona conſumit. Cui rei adfertur defenſio, Quod de ſuo ſumtus faciat. Quamquam hic intenditur illa quaeſtio, Semper in corruptis filiis conſuetudo illa eſt, quae ametur. Etenim propoſuit nutritorum conſuetudinem ipſorum. Hoc purgatur ita, quod aetate iſta faciant, & facile poſſit corrigere, cum ad maturitatem aetatis acceſſerit.

35. MULTA IN HOMINE, DEMEA, SIGNA INSUNT, EX QUIBUS CONJECTURA FACILE FIT.] Quod facile adoleſcentes corrigi poſſunt, dixit ineſſe in eorum moribus indicia melioris diſciplinae, & probat ex conſuetudine, quod ſic exercet correctionem: duo unam rem faciunt. Quod ille, qui adoleſcentulus eſt, impune facit, ille cum grandior natu, crimen admittit. Hoc enim dixit,

39. NON QUOD DISSIMILIA RES SIT, SED QUOD HIC, QUI FACIT.] Orabat de moribus, quod facile corrigi poſſint quae faciunt. Jam in loco verentur, jam intelligunt, quod jam liberum arbitrium habeant, quod facile reduci poſſint ad integram diſciplinam. Huic incidit alia quaeſtio, Hodie quia in luxuria vivunt, quemadmodum correcti licet perditis malis moribus res ſuas diligenter adminiſtrabunt? Purgavit illud ſimiliter conſuetudine a proprio more ſenectutis, quod haec aetas magis hoc vitium habeat, quod diligentiores faciat homines, ut res ſuas curent. Ergo etiam hoc *illos aetas acuet.*

53. EXPORGE FRONTEM.] In rugas enim contrahitur per iracundiam; cum laetitia fuerit, porrigitur & extenditur.

55. DE NOCTE CENSEO.] Tantummodo hoc age, ut nocte dones, dummodo hodie praebeas hilaritatem.

ACT. V. SCENA IV.

1. NUMQUAM ITA QUISQUAM TAM BENE SUBDUCTA RATIONE AD VITAM FUIT.] Demea cum animadvertiſſet mores ſuos caſtitate duros, integritate intolerandos laudem non mereri, conſuetudinem mutat, hoc doctus de ſe facere, propterea quoniam haec apud homines conſuetudo eſt. Eſt ergo huic Scenae qualitas, An juſte faciat, quod mutet conſuetudinem? Sumtis autem conſuetudinibus rationis, quod nemo hominum ita ſubducta ratione & collecta vixit, ut non aliquid aut ſua re aut aetate muneretur, licet nunc ſibi utendum. Siquidem in ſenectute jam decurſo ſpatio dimittit vitam praeteritam, propterea quia nihil melius clementia & facilitate eſſe cognovit. Quippe cum frater Micio vixerit vitam in conviviis, ab omnibus laudaretur, omnium famam juſtam honeſtatemque mereatur. Contra hic *Saevus, triſtis, agreſtis, parcus, truculentus & tenax* eſſe dicatur, laborem ſuſceperit, ut uxorem duceret, dotaverit liberos, laboraverit primum, ut patrimonium quaereret, aetatem tereret. Efficitur quaſi duplex vita & comparatio, ita ut laudetur una, vituperetur altera, & hoc non tantum ex vobis, ex judicio populi. Eſt ergo quaſi per Theſin iſta propoſitio, Quod mala altera ſit. Utrum ex judicio populari mala ſit illa, quae ignoſcitur & labitur. Ut merito hic & juſte conſuetudinem vitae voluerit mutare.

25. MAGNI PENDI POSTULO.] Diligi & amari.

26. NON POSTERIORES FERAM.] Hoc eſt, non poſterior habebor.

27. DEERIT? ID MEA MINIME REFERT.] Facile patrimonium quaeram, unde producam vitam.

ACT. V. SCENA V.

3. JAM NUNC HAEC TRIA PRIMUM ADDIDI PRAETER NATURAM.] Expreſſit mores, non voluntates. Sed expreſſe bonitatem, quando & quid dixit, memorat, & de ſe

Digitized by Google

ſe quid dixerit; indicat, quid forte verum ſit.

ACT. V. SCENA VI.

MEmor perſonae ſuae laborat fidem facere, ut credi poſſit, quam bonus ſit.

6. ITA UT TIBI SENSI, GETA.] Ut tibi curae fuiſſe ſenſi dominum. Domino enim eſt optimus ſervus, ſi dominus eſt affabilis, hoc eſt, benignus & obtemperare propter bonitatem poſſit.

10. PAULATIM PLEBEM PRIMULUM FACIO MEAM.] Praeſtando paulatim me multitudinem cogo fautorem.

ACT. V. SCENA VII.

1. OCCIDUNT ME QUIDEM, DUM NIMIS SANCTAS NUPTIAS STUDENT FACERE.] Erant mores, uti cum nuptiae agerentur, ſymphonia canerent. Verum adoleſcens cupidus nuptiarum, feſtinat, & volens ducere uxorem, contemnit illam religionem in nuptiis ſuis.

4. HERCLE VERO ET ANIMO ET NATURA PATER.] Quum animo pater Micio videbatur, qui adoptaverat, hic utrumque ſibi vindicavit, *& animo & natura*.

7. TIBICINA ET HYMENAEUM.] Eſt autem vox, quae in nuptiis dicebatur.

13. JAM LEPIDUS VOCOR.] Miratur ſenex, ſibi *lepidi* nomen imponi, & memoria in ſe rediens, qua juſſerat, ut maceria dirueretur, ſecum loquitur: *Fratri aedes fient perviae.* Sed rurſus redit ad laudem ſibi dictam: *Quid mea? Ego lepidus ineo gratiam.*

16. JAM DINUMERET ILLE BABYLO VIGINTI MINAS.] Babyloni milites ſtulti dicebantur. Alii intelligunt Babylones divites eſſe. Et hic ſenſus ille eſt ergo, ut Micio Babylo ſit, qui viginti minas dedit pro meretrice, quae rapta eſt. Ego nunc *jam lepidus vocor*, Micio licet viginti minas dederit, hoc tantum accepit nomen, ego ſine ſumtu laudor.

25. SIC SOLEO.] Hic mentitur, conſuetudinem ſibi praeſtandi dicit.

ACT. V. SCENA VIII.

1. FRATER? UBI IS EST?] Haec Scena deliberantia perſonam tenet. Deliberat enim Micio, an provecta aetate ducat uxorem, ac primum videt dirui maceriam, quaerit cauſas. Reſponſio eſt, *Jubet frater.* Quamquam quidem intelligit, ipſum Micionem dicere, ut quaſi cum audiſſet cujus ſit, ſed miſſus intelligi *jubet frater*.

2. ET ALIIS OMNIBUS.] Hic initium eſt perſuaſionis. nam ſubjungit:

3. QUAM MAXIME UNAM FACERE NOS HANC FAMILIAM; COLERE, ET ADJUNGERE.] Quod utique pertinet ad matrem puellae, uti Micio ducat uxorem. Huic narratio ſupponitur, *primum hujus uxoris eſt mater.* Laudatur *proba & modeſta.* Ergo perſuaſione ei filius teneret, ac ſuum pater reſumeret; & adjecit illud, *Natu gravior. Parere haec jam per annos non poteſt: Nec, qui eam reſpiciat, quiſquam eſt: ſola eſt.* Deinde ab ea perſuaſione: Tu voluptatem capies: *Hanc te aequum eſt ducere; & te operam, ut fiat, dare.* Hoc adoleſcentem, ut & ipſum patrem cogat:

11. SI TU SIS HOMO, HIC FACIAT.] Si etiam cedas ad id, quod cupio, continuo conſentiat pater.

13. FIERI ALITER NON POTEST.] Pars utique Deliberativa eſt, An neceſſe ſit.

14. EGO NOVUS MARITUS.] Repugno. Ab inhoneſto argumentum ponitur: An turpe ſit, uxorem ducere, etiam anum ducere.

21. ETSI HOC MIHI INEPTUM, ABSURDUM.] Hic effectum eſt, ut cogatur reſpondere uxorem ducturum.

24. HEGIO EST HIS COGNATUS.] Demea mutatis moribus bonitatem ſuam poſcit exprimere, multis multa donare efficit, dum cogit ut Hegioni ager donetur. Et hic quaſi Deliberantis eſt ſpecies. Nam primo ab honeſto, cui donetur, etiam qui *proximus* ſit mulieribus, qui *nobis affinis*, qui *pauper* ſit. quare adjungit; *Bene nos aliquid facere illi decet.* Denique inquit, unde fieri poſſit, ad manum eſt: *Agelli eſt hic ſub urbe paullum, quod locitas foras.* Deinde confundit a dictis ejus, cui reſpondetur, quod *vitium commune* eſt ſenibus, *Quod nimium ad rem in ſenecta attenti* ſint. Ab inhoneſto, hoc celatur.

35. SUO SIBI GLADIO HUNC JUGULO.] Ipſum ſuo gladio interficio, quia ipſe hoc dixit, unde nunc vincitur.

ACT. V. SCENA IX.

RUrſus aliud praeſtaturus munus poſt Hegionem ſervo, vult Syrum etiam liberum. Implentur Deliberativae partes. Quamquam meritis partes ſuas ſervus exſequitur, Quod *uſque a pueris ambos* curaverit *ſedulo*, docuerit, monuerit, quod bene praeceperit. Huic rei per irriſionem adjungitur etiam illud, Quod obſonaverit, *cum fide* quod adduxerit *ſcortum*,

convivium paraverit *de die*, quod hanc pſaltriam hodie nunc emerit.

12. DENIQUE HIC VULT FIERI.] Ne videretur heredi invidere, quod manumittat ſervum. Denique vult filius fieri liberum ſervum. Qua re confirmata liber conficitur. Adjungitur aliud munus. vult enim congeminare Demea benevolentiam, ut & uxor Syri libera fiat. Merito illud adjungitur, quod *primam dedit* nato puero *mammam*, quaſi jam infantis nepotis gratia illa accipiat libertatem. Adjungitur, *Argentum* accipito *a me*, quo quaſi beatus propter nepotem, etiam ipſam liberam faciat.

23. SI TUUM OFFICIUM FACIES.] Tunc omnia recte geſta videbuntur, ſi *officium tuum* compleas, & huic aliquid dones, ne iniqua libertas ſit in paupertate illi, qui manumiſſus eſt.

24. ISTOC VILIUS.] Sine enim, ut iſtoc ne redeat. Ut Plautus: [Curc. II. 1. 28.]

Vaenire poteris inteſtinis vilius.

H. e. abſque inteſtinis.

27. QUID ISTUC? QUAE RES TAM REPENTE MORES MUTAVIT TUOS?] Quaerit, cur ſuam ſubito conſuetudinem mutaverit Demea.

28. QUOD PROFLUVIUM?] Dicitur ultra naturalem menſuram alicujus rei abundantia.

29. UT ID OSTENDEREM.] Nunc jam ad declarationem vitae ſententiam, quod non recta vita eſt ea, quae ex bonitate & clementia largiendo laudem quaerit, ſed illa melior, quae peccata reprehendit, non parcit criminibus, & integritate illa, quae cuſtos dicitur.

33. QUIA NON JUSTA, INJUSTA PRORSUS OMNIA, OBSEQUOR.] Nunc autem in haec omnia vobis vita mea inviſa eſt, quia non aequaliter & *juſta*, & *injuſta* † perſequor.

37. OBSECUNDARE IN LOCO.] Ut oportuit, judicis ſententiam declaravit, dum adjecit, *in loco*, uti diverſa quae faciat reprehendens, corrigens etiam in loco obſecundet & faveat. quemadmodum hie converſatione mollior viſus eſt Demea, qui durus antea videbatur, & Micio vix probabilis, qui videbatur tenere bonitatem. Denique aſſenſus ab omnibus commodatus videtur rectori eſſe: *Tibi, pater, permittimus: Plus ſcis, quid facto opus eſt.*

40. IN ISTAC FINEM FACIAT.] Optime monuit, ut haec venia detur praeterito delicto. etiam de futuro terrere videtur, ut in his meretricibus finem luxuriandi faciat. Denique ita laudatus eſt, *iſtuc recte*, quod & veniam tribuiſti, & admonuiſti, ne peccet amplius, *iſtuc recte* videtur. Tamen quaſi quaedam amiſſione praeteritorum & reprehenſio ut cetera illa quae perſuaſerit recta non eſſe videantur, vel in manumiſſo ſervo Syro, vel in libertatem data muliere, vel in munere Hegionem tradi, vel in ſuaſione, ut ipſe uxorem duceret, ut hoc conſilium, quod nunc dictum eſt, *in iſtac finem faciat*, ſolum Micio laudaſſe videatur, dixit, *iſtuc recte*, tamquam ſuperiora non recte.

† *Perſequor.* Forte, *Obſequor.*

Explicit Eographii Commentum in Adelphos.

INCIPIT IN HECYRAM.

PROLOGUS.

NON OMNES Comoediae Terentii a Menandro videntur eſſe tranſlatae: nam haec quae HECYRA eſt, alterum Graecum habet auctorem; quis ille ſit, habetur incertum. Alii Apollodorum volunt. Quid autem nunc ipſa contineat, explicabimus. *Prologus* inducitur duplex, propterea quia frequenter excluſa eſt, ut intelligitur. Videtur enim primam Prologi partem antea dictam: poſteriorem nunc eſſe ſociatam. Conſuetudinem quidem in omnibus diximus Prologorum ſemper eſſe hanc, Poëtam commendare, argumentum dicere, audientiam poſtulare. Verum cum cauſa exordii ſemper ita ſit, ut ſuſpicio vel crimen, quod poſſit opinioni obeſſe, in principio defendatur, eſt hic purgandum quod frequenter excluſa eſt: videtur enim quiddam eſſe praejudicium, quod haec Comoedia placere non poſſit. defenditur autem cauſae derivatione, per conjecturalem ſtatum. Non enim ideo quia mala, eſt excluſa; ſed quia *populus in funambulo animum occupaverit.* Et hoc addit,

quod

Digitized by Google

quod ſemel excluſa eſt, vel quod *rumor eſſet, datum iri gladiatores: populus convolavit* cum tumultu: deſuruit loco: hoc enim ad id pertinet quod iterum videtur excluſa. Ita in omnibus excluſionibus per cauſae mutationem defenſio comparata. nunc verba tractemus. Graecum nomen Hecyra, Latine *ſocrus* dicitur. Appoſuit igitur ad faciendos dociles auditores, primum nomen: deinde proponit quaeſtionem cum dicit: *Haec cum data eſt Nova, novum intervenit vitium, & calamitas, Ut neque ſpectari, neque cogneſci potuerit.* In quo defenſio eſt magna, cum nunc dicit ſpectatam & cognitam repudiare. Deinde concluſio ejuſdem cauſae: *Ita ſtudio populus ſtupidus in funambulo Animum occuparat. nunc haec plane eſt pro nova.* Ergo ſi antea nullum initium hujus agendae fuit, tamquam redit: *Et hic, qui ſcripſit hanc, ob eam rem noluit iterum referre, ut iterum poſſit vendere.* Ne objiceretur, cur non repetita actio eſt poſt funambulum, ſi propter funambulum videtur excluſa? adjecta cauſa eſt, quoniam Terentius *referre eam noluit, ut poſſit eam vendere.*

8. Alias cognoſtis ejus: quaeſo hanc cognoſcite.] Optime ammonuit, ut de praeteritis Poëtam datum doceret, quo facilius poſſet ſcire populus, & hanc ejus Comoediam poſſe ſimiliter comparari.

ALTER PROLOGUS.

1. Orator ad vos venio ornatu Prologi: ſinite exorator ſim.] Alius eſt hic Prologus a ſuperiore, qui fuit ſuperioris excluſionis. hic vero propter excluſionem tumultus convenientis populi, propter ſpectandos gladiatores, *Sinite exorator ſiem* vel *ſim*, ſinite, inquit, quod oro impetrem.

3. Quo jure ſum uſus adoleſcentior.] Hic Prologus dicitur ab Ambivio Turpione, quia ſenex fuerat, qui eſt in ea actor; petit ergo uti pari modo utatur ſenex benevolentia populi, qua & adoleſcens.

4. Novas qui exactas feci ut inveteraſcerent.] Qui labore meo novas Comoedias excluſas ad populi aures revocavi, & veteres confeci.

6. Quas primum Caecili didici novas.] Comoediarum ſcriptor Caecilius fuit. Ergo ad hunc laborem ſuum profert exemplum de altero auctore, qui populo placuerit. Et oſtendit populi quodammodo rem, & Scenae dubiam fortunam eſſe: uti Comoedia excludatur aliquotiens.

9. Spe incerta, certum mihi laborem ſuſtuli.] Hic ſe commendat, quo facilius impetret quod deſiderat. *Laborem certiſſimum ſuſtuli.* at placendi ſpes eſt, & incerta.

12. Ubi ſunt cognitae, placitae ſunt.] Vides a ſimili quemadmodum hic argumentum & conjecturam fecerit; ſiquidem illae Caecilii Comoediae, quae excluſae ſunt, qui ante non erant cognitae, poſteaquam meo labore cognitae ſunt, placere coeperunt. Ergo & iſtae placebunt ſine dubio, cum cognoſcentur.

21. Quam mihi per ſilentium numquam agere licitum eſt.] Hic jam, comparatione a ſimili ducta & terminata, ad primam quaeſtionem redit: docetque quod ſit frequenter excluſus non ſuo vitio, neque judicio de Comoedia. Petit igitur audientiam ut populus praebeat: & ponit hic ipſam duplicem excluſionis cauſam. nam primam ſic colligit, *Cum primum eam agere coepi, pugilum gloria, Funambuli eodem acceſſit exſpectatio.* Deinde actionem alteram ſic memorat: *Vetere in nova coepi uti conſuetudine: In experiundo ut eſſem.* Hoc eſt, ut iterum temptarem. *Refero denuo.* Deinde adjecit quod utile fuerat ad Comoediae judicium. *Primo actu placeo.* ſupponit deinde cauſam cur excluſus eſt, *Cum interea rumor venit, Datum iri gladiatores: populus convolat: Tumultuantur, pugnant de loco.* Declarata cauſa vel re, ad officium Prologi redit, petens audientiam. *Nunc turba non eſt: otium, & ſilentium eſt.* Et jam ſublatae ſunt cauſae quibus ſum frequenter excluſus, ad audiendum operam date.

38. Nolite ſinere per vos artem muſicam recidere ad paucos.] Date potius operam ut faveatis Comoedias ſcribentibus, ne ars muſica ad paucos revertatur: & ſi aliquid excludatur, Comoediae aſcribant.

39. Facite, ut veſtra auctoritas meae auctoritati adjutrix, fautrixque ſit.] Vos Comoedias cum libenter audire coeperitis, erit ſtudium ſcriptoribus maximum. unde mea † ad clangendum creſcet auctoritas. ſiquidem multi per me placebunt. Et commendat ſe quod numquam pretium ſtatuit artis ſuae maximum, ut avarus videretur. Et quod maxime ipſum quaeſtum putaverit, populo ſemper placere.

44. Qui in tutelam meam ſtudium ſuum, et ſe in veſtram commiſit fidem.] Poëta enim quodammodo auctore commendatus eſt.

† *Ad clangendum.* Forte, *Ad pangendum.*

47. Mea causa, causam hanc accipite, ac date.] Scit ſe optimi meriti eſſe, & quam frequenter populo placuerit: & idcirco propter ſe dicit audientiam eſſe Comoediae dandam.

ACT. I. SCENA I.

[*Hinc uſque ad finem Fabulae ex Mſ. omnia primum ſunt edita.*]

1. Pol quam paucos repertas meretricibus fideles evenire amatores, Syra.] Haec Scena, quae priorem in prima parte continet tractatum, an juſte meretria faciat, cum aliquem diligat. In poſtrema narratione ſicut in om habet. Qm argumentum in Prologis Terentius nullum tenet. Omnes igitur ejus Comoediae in primis Scenis argumenti plurimam exprimunt partem. Ea igitur meretrix, quae hic eſt, longe a Fabula eſt conſtituta. Nam aliam meretricem amat Pamphilus. Nunc iſta interponitur, ut ei peregre advenienti, atque miranti, quod meretricem duceret. Narratur quid cauſae fuit. quae res dum exponitur, argumentum pars aliqua declarat.

3. Vel hic Pamphilus.] Vel *etiam* ſignificat. Ut: [Virgil. Ecl. VIII. 69.]

Carmina vel coelo poſſunt deducere Lunam.

6. Ergo propterea edico admoneo, et hortor, ne cujusquam te misereat.] Atque meretria temperata eſt, lena vero aſperior. ejus etenim truces mores eſſe plurimum. Debeat meretrice blanditia, aliter enim diligi non poteſt, niſi cum forma cum blandimentis conveniat.

8. Mutiles.] Hoc eſt, debiles reddas. Unde ajunt, † quod dandus ſit Vulcanus, inde dictum eſſe res virilis poſuit mulier. Quamquam illic intelligi poteſt, quod omnia mulceat, & mollia igne faciat.

9. Eximium neminem habeam?] Exceptum & ab aliis ſeparatum.

14. Injurium esse omnibus.] *Injurium eſt eſſe omnibus* ſimilem, id eſt, aſperam ſeu ſaevam meretricem.

15. Injurium est autem, ulcisci adversarios?] Defendit & haec partem ſuam, quod aſperam meretricem eſſe deſiderat. Dicit enim, non amatores eſſe, ſed *adverſarios*, ea hoc quod ad libidinem complendam ſine mercede feſtinant.

ACT. I. SCENA II.

1. Senex si quaeret me.] Haec, ut dixi, Scena narrationem tenet, in qua conjectura eſt, non eſſe iſtas firmiſſimas nuptias, & alia incedens, quod & adoleſcens inlibatam diu in domo habuit uxorem, & a ſe intactam eo tempore, quo nuptiae fuerunt, quibus propriis locis argumenta tradimus. Ut oportet tamen ſervus exiens domo mandat, quaſi prae ſollicitudine ſi ad portum deſcenderet uſque erat quando Pamphilus veniat, qui a patre veniat miſſus eſt, ut hereditatem ſibi relictam capere poſſet ab hoc, de aliis ut ſine ipſo cauſam hanc intelligat. Si te, inquit, interrogaverit, ne dixeris. Huc enim cauſa cum integra fuerit, quod ei dictum non eſt, me eſſe ad portum, facile alio loco dici poſſent.

10. Minime equidem me oblectavi, quae cum milite Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo.] Ac oblectatio ſit argumentum finitima actu, quod *cum milite*; ab habitu, quod *inhumaniſſimo*; a loco, quod *hinc profecta*, a tempore, quod *biennium*.

12. Biennium enim perpetuum misera illum tuli.] Quo non queritur. Deinde humanitatem amoris meretrix, & ut oportuit de rebus & de tempore. *Miſera illum.* Quemadmodum Cic. Verr. *Hoc uno praetore per triennium pertuliſſe.* Et moderate, ut haec pertuliſſe ſe dixerit.

19. Nam illic haud licebat, nisi praefinito loqui, quae illi placerent.] Nam apud militem niſi certus eſſe ſermo non poterat, vel in numero, vel in qualitate, ut & quantum dicerem, praefiniret, & quid dicerem.

23. Quod ego numquam credidi fore, ut hac ille vita posset animum inducere uxorem habere.] Hinc proponit, ut res origine narrationi ſedueat audiſſe ſe, quam Pamphilam duxerit. Deinde ſerius proponit id ipſum, quod confirmaturus eſt, ſicut ſupra diximus per argumenta.

26. Sed firmae hae vereor ut sint nuptiae. Ph. Ita Di Deaeque faxint, si in rem est Bacchidis.] Faciant quidem Dii Deaeque, ut vereor, ut firmae iſtae nuptiae ſint. Non tam prodeſt Bacchidi. Propterea qm aliam fortaſſe Pamphilus ducet uxorem.

30. Nempe ea causa, ut ne id fiat palam.]

† *Quod dandus ſit Vulcanus.* Corruptiſſima lectio. Legendum a Donato: *Quod clandus ſit Vulcanus dictus Poëtis Mulciber.*

Digitized by Google

RAM.] Dubitantem ſervum nihil potius recuſarem narrare. optima perſuaſione meretrix inducit cauſam. inquit, *Ea cauſa* proferre non non vis, *ne iſtuc palam fiat*, † ſed audita nos taceamus. volumus, nam rem gaudii tantummodo in animo oſtendere.

33. UT TERGUM MEUM IN FIDEM TUAM COMMITTAM.] Numquam ita mihi perſuadeı, ut fidei tuae credam tergum meum, ut, dum tibi credo, circa plagas periclitari poſſim.

37. SI MIHI FIDEM DAS, TE TACITURAM.] Benevolentiam tuam promittis, ſilentium te reddituram, cum dixero.

39. HANC BACCHIDEM AMABAT, UT CUM MAXIME, TUM PAMPHILUS.] Hic narratio ſumitur, quod hoc tempore, quo vehementer Bacchidem Pamphilus diligebat, pater coepit eum compellere, ut uxorem duceret. Primum exhinc accuſatur adoleſcens, quod non ipſe nuptias petit, ſed coactus a patre eſt. Senex cum adhibuerit preces & verba, quod *ſenem eſſe* diceret, quod *illum unicum* eumque habere ſe *praeſidium* velle *ſenectuti ſuae*. Deinde pro adoleſcente iſtuc eſt, ne continuo meretricem deſeruerit, licet a patre cogeretur. Nam *ille*, inquit, *primo ſe negare*. Ac poſtremum frequenter a patre compulſus in hoc promovit, ut deliberet, non ‡ ut tam ſentiret. Hoc enim dixit, *Fecit animi ut incertus foret*; piae doctrinae, *amne amori obſequeretur magis*. Deinde *Tundendo, atque odio denique effecit ſenex*. Vides, quemadmodum longe vel me, vel perſuaſionis voluptatem Pamphilo tradiderit. Neutiquam gravem ibi vitae moleſtiam aegre tulit.

53. UT IPSAM BACCHIDEM, SI ADESSET, CREDO, IBI EJUS COMMISERESCERET.] Ut ſi praeſens Bacchis eo tempore fuiſſet, quae utique laeſa fuerat, quae dolebat, ita aegre Pamphilo fuit in his nuptiis, ut Bacchis ejus commiſereretur. Quemadmodum Virgilii illud eſt, [Aen. XI. 259.]

Vel Priamo miſeranda manus.

61. NOCTE ILLA PRIMA VIRGINEM NON ATTIGIT.] Affectum oſtendit Pamphili amantis meretricem. Sed conjectura hic naſcitur alia, An veriſimile ſit, adoleſcentem cubuiſſe cum virgine, & ſe ab ea abſtinuiſſe? quam rem exſequitur meretrix in argumentis. Quod ait,

63. CUM VIRGINE UNA ADOLESCENS CUBUERIT PLUS POTUS, ILLA SE ABSTINERE UT POTUERIT? NON VERISIMILE DICIS; NEC VERUM ARBITROR.] Hoc ſolvitur illo argumento, quod meretrix amatores omnes habet, cum quibus ei duco. Credit adoleſcentes univerſos ſe femineo ſexu abſtinere non poſſe. Non intelligo cauſas amoris eſſe alias odii, ideo adjecit:

66. CREDO ITA VISUM TIBI: NAM NEMO AD TE VENIT, NISI CUPIENS TUI. ILLA INVITUS ILLAM DUXERAT. SED QUAM DECREVERIM ME NON POSSE DIUTIUS HABERE, EAM LUDIBRIO HABERI, PARMENO.] Senſus eſt, Et quam ego decreverim non habere, vel quam decreverim me diutius habere non poſſe, iniquum eſt, eam haberi ludibrio. Quin integram parentibus reddam, quae res integra eſt, quae res mihi in hac honeſta eſt, quod integra redditur.

76. NEQUE UTILE IPSI VIRGINI EST.] Nam mihi turpe eſt, poſt nuptias intactam virginem reddere; incommodum virgini, quia fortaſſe credi hoc non poteſt.

78. HOC EGO PROFERRE, INCOMMODUM MIHI ESSE ARBITROR.] Ex amore Parmenonis interpoſuit narrationem, hoc eſſe quod fieri non debeat, diu fuiſſe cum marito virginem, & Pamphilo non contactam.

83. SED, UT FIT, POSTQUAM HUNC ALIENUM AB SESE VIDET.] Purgavit cauſam meretrici, quod aſperior facta eſt, dicendo, *Sed, ut fit.* Ut & ipſa conſuetudo per omnia effecta ſit, & improba orta amatorem ſuum cum a ſe vidiſſet alienum.

85. NON AEDEPOL MIRUM.] Siquidem haec ipſa cauſa eſt, quod Pamphilus amator a meretrice diſtractus ſit, poſtea ortam intelliget, & eam eſſe meretricem, & eam quae domi fuerat, uxorem pudicam, modeſtam, temperantem, injuriam viri ſuſtinentem. ATQUI ILLA RES MAXIME DISJUNXIT ILLUM AB ILLA.] Cum amplius meretrix meretricem defendiſſet, quod improba facta eſſet amatori.

88. AD EXEMPLUM AMBARUM MORES EARUM EXISTIMANS.] Reputans & pertractans ambarum mores ad exemplum.

94. PAULLATIM ELAPSUS EST BACCHIDI.] Quemadmodum ſeu laxari, ſeu laxare ſedem incertum.

95. POSTQUAM PAR INGENIUM NACTUS EST.] Poſtquam optimum puellae ingenium recognovit, & ſibi par.

98. EO AMANTEM PAMPHILUM EXCLUDIT PATER.] Amantem nunc ſcilicet uxorem, non meretricem, quam jam reliquerat.

101. QUID HABENT INFIRMITATIS NUPTIAE?] Opportune quaeſivit eo tempore, quo magis nuptiae confirmatae fuerant, ſiquidem

† *Sed audita nos taceamus.* Forte, *Et audita non* [illegible]
‡ *Ut tam ſentiret.* Forte, *Ut conſentiret.*

quidem dixi *amantem Pamphilum* a patre excluſum *invitum*. Cujus rei ſupponitur narratio poſtulationis dicitur litis principis de exordio ſimulatum.

106. SI QUANDO AD EAM ACCESSERAT CONFABULATUM, FUGERE E CONSPECTU ILICO: VIDERE NOLLE.] Cum ſocrus accedere vellet frequenter ad nurum, ſaepe ſugiebat, † fugitavit cauſa haec eſt, quae puella eſt, quamquam Pamphilus violarat aliquando nocte, & ex illa annulum detraxerat, & hanc poſt duos menſes duxit uxorem, & duobus menſibus nuptiarum eam non attigit; poſt vero cum ea eſſe coepit. Ex primo compreſſu gravida facta eſt puella. Hoc igitur metuens, quod jam gravida eſſe coepiſſet, ſuam praeſentiam nurus ſocrui denegabat, ne partus in utero cerneretur. Eadem diſcedit ad matrem, AD REM DIVINAM, hoc eſt, propter ſacrificium evocata. Saepius redit, & aegra ſimulata eſt, & ſocrus cum ad viſitandum veniret, admiſſa non eſt. Sed ita haec ut conjecturis confirmet, quae ſi vel propter iram, vel propter odia cum Pamphilo eſſe jam nollet, idcirco infirmae ſunt nuptiae. Nam *Senex* pater *rure venit: patrem continuo convenit Philumenae. Et quid egerint*, neſcire ſe ſervus dicit. Ita ad poſtremum concluſio eſt, & probatum, quod infirmae ſint nuptiae.

ACT. II. SCENA I.

1. PRO DEUM ATQUE HOMINUM FIDEM! QUOD HOC GENUS EST? QUAE HAEC EST CONJURATIO?] Haec Scena locum communem tenet in ſocrum; qui dividitur his partibus a ſocru. Hoc enim dixit:

2. UTIN' OMNES MULIERES EADEM AEQUE STUDEANT, NOLINTQUE OMNIA?] Deinde & ab eo quod ſocrus; tertio ab eo, quod Soſtrata eſt. Nam ab eo quod ſocrus, ſic adjunxit:

4. ITAQUE ADEO UNO ANIMO OMNES SOCRUS ODERUNT NURUS.] Adeo, quod Soſtrata eſt.

6. IN EODEMQUE OMNES MIHI VIDENTUR LUDO DOCTAE AD MALITIAM. ET EI LUDO, SI ULLUS EST, MAGISTRAM HANC ESSE SATIS CERTO SCIO.] Sumitur autem in locis communibus q̄m † laſchefcere d nurum hoc eſt uxorem Pamphill propterea domo diſceſſiſſe q̄m ſocrus mores non poteſt ſuſtinere. Cum ſupra diximus, ſicuti partus celandi cauſa domo illa diſceſſerit. Denique adjungit mulier:

8. ME MISERAM! QUAE NUNC, QUAMOBREM ACCUSER, NESCIO. NEQUE ABS TE IMMERITO ESSE ACCUSATAM, POSTMODUM RESCISCES.] Q̄m praeſenti tempore nullam ad coenam de ſe habitae poteſt eſſe purgatio, defenſionem de futuris temporibus pollicetur, his ſcilicet, quibus rediturus eſt Pamphilus. Ejus enim adventu res abſolvi poteſt, & diſceſſionis cauſa agnoſci.

13. QUAE ME, ET TE, ET FAMILIAM DEDECORAS: FILIO LUCTUM PARAS.] Hic jam ſpecialis accuſatio eſt ipſius in Soſtrata ab his rebus, quae ſequuntur, hoc eſt, quae in affectu poſt jurgium.

15. DIGNUM DECREVERUNT, SUOS CUI LIBEROS COMMITTERENT.] Ejecta eſt, communi genere *Liberos* eſſe poſitos, ut feminas intelligamus.

17. TU, INQUAM, MULIER.] Tamquam ſolus ſenex ſufficere poſſit ad crimen, & haec aetas qua mulier eſt. Id enim & Virgilius, {Aen. IV. 569.]

varium & mutabile ſemper
Femina.

21. QUIA, UT VOS MIHI DOMI ERITIS, PROIN EGO ERO FAMA FORIS.] Idcirco diligenter & caute veſtram vitam in urbe commorantium rogo atque pertracto, *quia proinde ut vos domi eritis*, ita me opinio & fama populi ſermone celebrabit.

23. ET, NI ID FECISSET, MAGIS MIRUM FORET.] †† Adeptui mores noti omnibus, uti quod puella jurgio diſceſſit, mirum ſit, mirum magis eſt, & ſi inter vos amicitia perſeveraret.

26. ET VIDE, QUAM IMMERITO AEGRITUDO HAEC ORIATUR MIHI, SOSTRATA, ABS TE.] Omnis accuſatio concluditur qualitate, quod non merito tantam aegritudinem ſeni fecerit, cum junxit, quod rus diſceſſerit, ut illic habitaret, aſſerit, ut & voluptatibus earum, quae in urbe morarentur tantum ſumtus quod in totum earum reſque domeſtica ſuſtineret, ut ſibi ipſe non parceret, & contra quo juſtum eſt, & aetas ſimiles pati poteſt utique gratae Ingis eſſe debuerat referret, ne aliqua ſenem tangeret aegritudo.

31. NON MEA OPERA, NEQUE POL CULPA EVE-

† *Fugitavit cauſa haec eſt, quae puella eſt.* Legendum omnino: *Fugitandi cauſa haec eſt, quia puella eſt, quam Pamphilus violarat.*
† *Laſchefcere d.* Reſtituo: *Lachet credit.*
†† *Adeptui.* Immo, *Adeo tui.*

Digitized by Google

svanit.] Quantum poteſt, mulier defendit, ſe ſolam dehoneſtam, quod non jurgii vel diſceſſionis ipſa cauſa ſit. Hoc facile ſcit ſenex, quod ſola fuit in domo, & neceſſario ad culpam ipſa ſola ſit cauſa. Denique ipſius diligentia & cura eſſe debuerat, ne qua aegritudo naſci poſſet. ne ſenex non tam laboret probare crimen, quod intendit, qm̃ inde ſequitur, quod adjungit:

34. Cum puella anum suscapisse snimscitias, non pudat?] Ut probaret animum emittatur quo mulier poſſit dicere, quo magis redderet graviorem accuſationem, ſi illa iſtuc diceret, quod illius culpa factum eſt jurgium.

36. Nam de te quidam, satis scio, peccando datrimenti nihil fiers potait.] Hoc per ironiam pronunciandum. Nam certus ſum, quod temperata nulla damna ſentimus, neque res noſtra familiaris ullum patitur detrimentum.

38. Qui scis, an ea causa, mi vir, me odissa assimulaverit, ut cum matre plus una asset?] Hic cauſa mutatur, quod illa forte domo diſceſſerit, non quod ſocrus odium † mutare vellet, ſed diutiſſime cum matre moraretur, quod revincit ſenex, odio potius factum, quod amiſſa ſit. Mutat cauſam, cur amiſſa non ſit, ‡ ſed defenderis. Mulier dicit:

41. Enim lassam oppsdo dicebant esse.] *Oppido* autem intelligimus valde. Contra ſenex rurſus invenit, quod ipſa potius puellae morbus ſit, ut ejus mores aegritudinem afferant, non quod illa †† modo corporis aliquo laboret. Concludit invectionem & generale nomen ſocrus, quod nulla ſit earum, ‡‡ quae filium dicere vellet uxorem, ac ſi quam voluerit illa datur quae placita eſt conditio. At poſtremum cum duxerint filii ſocrus iterum expellunt foras conjuges liberorum.

ACT. II. SCENA II.

1. Etsi scio, Philumena, meum jus esse, ut te cogam, quae ego imperem, facere.] Haec Scena in exordio quidem locutionem ad filiam habet patria, quod cum in domo reperiſſet, cogeret uti ad Pamphili domum reverteretur, & tamen tradentis, quod abſente Pamphilo filia reverti noluit. Poſt habet excuſationem & defenſionem, quod ni ſit, reus ſit injuriarum ſenex, quod filiam abduxerit ſuam marito abſente, & apud aegram eſſe patiatur, tamquam curam atque diligentiam inde conjugis habere non poſſit. Igitur hujus accuſationis initium tale eſt:

5. Phidippe, etsi ego meis me omnibus scio esse adprime obsequentem, sed non adeo, ut facilitas mea corrumpat illorum animos.] Hoc initium tollit id quod ††† foras diceret ſe pater, apud me filiam pietate contineo. denique adjungit:

7. Quod si tu idem faceres.] Non conſentiendo tantum, ut animos tuorum corrumpas, *magis in rem veſtram, & noſtram eſſet.* Deinde adjungitur vehemens & generalis accuſatio: *Nunc video in illarum poteſtate eſſe te.* Et narratio ſupponitur: *Heri adii te de filia: ut veni, itidem incertum amiſti.* Deinde quaeſtionum argumenta, cum invectione: *Haud ita decet, ſi perpetuam vis eſſe adfinitatem hanc, celare te iras. ſi quid eſt peccatum a nobis, profers Aut ea refellendo, aut purgando: vobis corrigemus, Te judice ipſo. ſin ea eſt cauſa retinendi apud vos, Quia aegra eſt: te mihi injuriam facere arbitror, Phidippe: Si metuis, ſatis ut meae domi curetur diligenter.* Hoc ut diligenter confirmare poſſit & jurejurando in ſe poſitum monſtrat affectum: *At, ita me Di ament! haud tibi hoc concedo, etſi illi pater es, Ut tu illam magis ſalvam velis, quam ego.* Et adjungit, *filii cauſa.* Hujus rei purgatio ſupponitur, ſicut in illa collocetur cauſa, cur illa diſceſſerit. Tamen quod abſens Pamphilus idcirco non redeat, ex ea re ſuſpicio datur, ſocrum talem eſſe, quam abſente marito nurus ſuſtinere non poſſit. Nam dicit: *Illam ad vos redire ſtudeo, Si poſſum facere ullo modo. Nam poſtquam attendi Magis, & coepi agere, ut redeat.*

29. Non possum adversari meis.] Purgat naturam ſuam, quod tali vitio eſſe confeſſus eſt, ut voluptati ſuorum adverſari non poſſit.

ACT. II. SCENA III.

1. Aedepol nae nos sumus.] Haec Scena conqueſtionem tenet, quod immerito accuſatur, quippe cum ſibi intendatur accuſatio non ex moribus, neque ex propria vita, ſed

† *Mutare.* Lego, *Vitare.*
‡ *Sed defenderis. mulier dicit.* Lego, *Sed defendens mulier dicit.*
†† *Modo.* Forte, *Morbo.*
‡‡ *Quae filium dicere vellet.* Lego, *Quin filium ducere velit.*
††† *Foras diceret ſe.* Lego, *Fortaſſe diceret.*

ſed communi nomine, quod ſocrus ſit, quae non omnes malae ſunt; ſed cum paucae *inviſas* ſunt *viris*, propter mores efficiunt, ut omnes dignae videantur malo.

ACT. III. SCENA I.

1. NEMINI EGO PLURA.] Veniens Pamphilus peregre cognoſcit in portu a ſervo, uxorem ſuam, quam diligebat, domo diſceſſiſſe. Aegre fert. Eſt enim maxima cura, quia ſuſpicio eſt, puellam propter mores diſceſſiſſe. Habet & incertum, quid faciat. amat uxorem, ſed obtemperat matri. Ita habet conqueſtionem calamitatum ſuarum ex praeterito amore ſimiliter † m l ſit paſſus. Unde major ſollicitudo, Amorem relinquat, an adverſus pietatem faciat. Explicata conqueſtione quaerit a ſervo, quid ſit, cur uxor diſceſſerit?

2. HANCCINE EGO VITAM PARSI PERDERE?] Hoc eſt, ſervavi, ne perderem. PARSI enim eſt ab eo, quod eſt *parco*. Sed ſi *parco* ſignificat, veniam do, praeteritum facit, *peperci*. Si *parco*, conſervo, praeteritum *parſi* facit.

4. UBIVIS GENTIUM.] Hoc eſt, ubicunque.

6. NAM NOS OMNES.] Etenim nos, qui peregre poſiti ſumus, in lucro habemus. Hic omnino ſenſus eſt. Verum elocutio ardua. Nam quum propoſuiſſet, *nos omnes*, ſubjunxit, *in lucro eſt*. Quum utique eſſe debuerit, *nobis omnibus*. Ut ſit integrum, *nobis*. Sed hoc locutionis genus antiqui abſolutum appellabant. Ut Virgilius (Aen. X. 244.)

Craſtina lux, mea ſi non irrita dicta putaris,
Ingentis Rutilae ſpectabis caedis acervos.

8. EXPEDIAS.] Dicit magis prodeſſe ſervus, quod Pamphilus ſit. Ex hoc enim fieri potuit, ut dominum ſeditione domeſtica poſſit abſolvere.

13. QUID CONSOLARE ME?] Ille ipſo medendi genere ſuſcitat vulnera, & vehementer omnia, quae ſibi ex amore contigerint, enarrat, & ſuas innumeras miſerias per partes enumerat. His conqueſtionibus mala ſua exaggerat. Ad poſtremum tamen concludit iram interea ſe expediri umquam poſſe. Hoc ſervus frangit, negans, magnam cauſam contigiſſe, & facit a perſona & a ſimili argumentum, comparans mulieres pueris. Dehinc trepidatio pro parturiente puella. Haec enim jam movetur integro partu. Verum arbitrantur non Pamphilum auctorem hujus conceptionis. Ex hac tamen voce dolentis in partu adoleſcens neſcio quid ſuſpicatur, ergo interrogat neſcio quid.

ACT. III. SCENA II.

1. NESCIO QUID JAM DUDUM AUDIO HIC TUMULTUARI MISERA.] Haec Scena quandam quaſi deliberationem tenet ad aegrotam nurum, cum rumor ſit, quia gravis morbus ingraveſcat. Deliberat ſocrus, quae jam ſemel excluſa eſt. Denique ipſa propoſitio:

4. NUNC AD EAM VISAM.] Deſtructio ex diverſa parte: *Iterum iſtinc excludere.* Pars illa, ut pergat: *Quid faciam miſera? Non viſam uxorem Pamphili, cum in proximo hic ſit aegra?* Diſſuaſio: *Non viſas? ne mittas quidem viſendi cauſa quemquam.* Nec aliquem mittas, qui videat. *Nam qui amat, cui odio ipſus eſt, bis facere ſtulte duco: Laborem inanem ipſus capit, & illi adfert moleſtiam.* Adjecit majus argumentum, quare ingredi non debeat, quia filius ſtatim quod venit, ingreſſus eſt. Ea igitur cauſa introire non debes. Etenim,

14. SI REMITTENT QUIDPIAM PHILUMENAE DOLORES, OMNEM REM NARRABIT, SCIO, CONTINUO SOLA SOLI.] Narrabit cuncta, quae vis iracundiae fuerit inter eas, unde exordium lites inceperint. Haec ſunt, quae ad diſſuaſionem pertinebant. Egreditur Pamphilus, ‡ qui his, quod non in morbo puellam, ſicut rumor fuerat, viderit, ſed quod parturire eam viderit. Et inde vehementer commovetur; putat enim, non ex ſuo compreſſu gravidam parturire. Idem interrogatus a matre, *Quid morbi eſt?* conſenſum commodat ad quod ille voluerit, ne prodat veritatem. Deinde & Parmenonem efficit diſcedere, ne vicinus vocem parturientis audiat. Poſtremo remanet ſolus, & ſecum deliberat, quod rogatus utrum taceat, neque indicet ei partum, an aequo animo ferat tantam injuriam & reducat uxorem.

ACT. III. SCENA III.

1. NEQUEO MEARUM RERUM INITIUM ULLUM INVENIRE IDONEUM.] Conqueſtio eſt, quod de amore multa ſit paſſus, quod multa viderit, multa audierit. Cum dixit: *Partim, quae perſpexi his oculis, partim quae accepi auribus.* Hoc totum in principio eſt. Subjungitur narratio: *Nam modo me intro ut corripui*

Quod

† *M l.* Forte, *Multa.*

‡ *Qui his.* Forte, *Quibus.*

Digitized by Google

Quod accepit auribus, illud eſt, quod ubi eum ante perſpexerint ancillae, omnes ſimul exclamavere, *Venis!* Quod perſpexit, illud eſt, Quod *vultum earum continuo immutari* videt. Haec enim argumenta proficiunt ad id, quod partus celabatur, Quod intro veniens parturientem videt; deinde quod vox parturientia prodit vitium, cum dixit: *Neque voce alia, ac res monebat, ipſa poterat conqueri.*

19. PROFECTO HOC SIC EST, UT PUTO.] Omnem narrationem calamitatum ſuarum ſententia concluſit, *Uti res ſic ſemper ſit, ut quemadmodum fortuna tradiderit*, inquit, *nos aut magni, aut humiles ſumus.*

22. O MI PAMPHILA! ABS TE QUAMOBREM HAEC ABIERIT, CAUSAM VIDEO.] Perſuaſio eſt. Unde illa deliberat Pamphilus, an taceat tantum & celet partum, aut ſi voluerit, ut eam uxorem ducat, donata injuria. Confeſſio ipſa criminis veniali ſtatu conſtat, cum dixit: *Vitium eſt oblatum virgini olim, abs neſcio quo improbe.* Deinde preces omnes adhibentur. Illa duo, quae ſupra poſui, conficienda: *Quaeque fors fortuna eſt*, inquit, *nobis quae te hodie obtulit, Per eam te obſecramus ambae, ſi jus, ſi fas eſt, uti Adverſa ejus per te tecta, tacitaque apud omnes ſient.* Ut ſi velit reducat, ſic petitur: *Ceterum de reducenda id facias, quod in rem ſit tuam.* Hoc voluptati dimittitur, illud oratus an fieri poſſit, ſic docetur: *Parturire eam, neque gravidam eſſe ex te, ſolus conſcius.* Sed an pater ignorare poſſit, ſic adjungitur: *Nunc ſi potis eſt, Pamphile, Maxime volo, doque operam, uti clam eveniat partus patrem: Atque adeo omnes. ſed ſi hoc fieri non poteſt, quin ſentiant, Dicam abortum eſſe.* Neque hoc ſuſpectum eſſe alicui poterit, cum ſeptimo menſe abortum provenire. Sed ne natum puero inhoneſtum fuit, quod Pamphili filius diceretur, adjecit ab utili, & ab honeſto: *Continuo exponetur. hic tibi nihil erit quidquam incommodi.* Deinde concluſum eſt ad miſericordiam captandam, *Et illi miſerae.* Quod conceſſerit ſcilicet, ut taceat tantum, *Nam de reducenda, id vero neutiquam honeſtum eſſe arbitror.* Verum amore multum aeſtuans ingemiſcit, quod neceſſitate ſeparaetur, quamquam dat ſibi conſolationem, non didicit ab amata diſcedere, ut ante excluſam meretricem diſceſſit.

ACT. III. SCENA IV.

1. AIN' TU, TIBI HOC INCOMMODUM EVENISSE ITER?] Haec Scena interrogationem, ſed expoſitiones breves continet, quemadmodum navigaverunt.

8. CUM INTEREA SEMPER MORTEM EXSPECTAREM MISER.] Gravior ſemper poena eſt, exſpectare, quam pati. Ut [Virgil. Aen. VI. 614.]

Incluſi poenam exſpectant.

20. PERSI! VOVISSE NUNC DICAM, SI SALVOS DOMUM REDIISSET UNQUAM, UT ME AMBULANDO RUMPERET.] Quae conſuetudo eſt in mari, nam cum periclitantur, utplurimum aliquod votum proferunt, ſi ſalvi terram viderint.

26. CAESIUS.] Oculis tortia paulum.

28. USQUE AD VESPERUM?] Uſque ad noctem.

33. QUOD POTERO, FACIAM: TAMEN UT PIETATEM COLAM.] Deliberatio illa nunc breviter petitur, an partum celet, an ducat uxorem. Verum tandem conſentit, ut celet. Non vult autem reducere, quia adhuc credit, puellam idcirco diſceſſiſſe, quod jurgium cum matre ſuſceperit. Hoc enim dixit, *Quod potero, faciam: tamen ut pietatem celam.*

ACT. III. SCENA V.

1. DIXTIN' DUDUM, ILLAM DIXISSE, SESE EXSPECTARE?] Haec Scena utriuſque parentia continet verba, quemadmodum cogunt Pamphilum reducere uxorem. Simplex hic oratio eſt. Supra Phidippus dixerat, *Sancte adjurat, non poſſe, Pamphilo abſente, perdurare apud vos.* hinc poſitum, *dixtin' dudum, illam dixiſſe, ſeſe exſpectare filium?*

4. CERTUM OBFIRMARE EST VIAM ME, QUAM DECREVI PERSEQUI.] Ut iſtam non reducam.

11. VIXIT, DUM VIXIT, BENE.] Ordo, *Bene vixit.*

16. HERI PHILUMENAM AD SE ARCESSI HIC JUSSIT.] Quaſi neſcientis cauſa hoc mendacium fingitur, quod pater Philumenam heri arceſſierit: id eſt, ad ſe vocaverit. Denique continuo Pamphilus, *Omnem rem ſcio, ut ſit geſta: adveniens audivi.* Hoc ſumit exordium, cur non reducat. Commendat perſonam ſuam, quod ſemper *fideli animo fuit in illam*, &c, *dixerit, non ſua cauſa fieri diſcidium.*

27. SED QUANDO SESE ESSE INDIGNAM DEPUTAT MATRI MEAE, CUJUS MORES TOLERET.] Cum neque aliter gratia ulla inter eas componi poſſit, purgat ſe, quod pietatis cauſa nolit reducere uxorem.

35. QUIBUS IRIS IMPULSUS NUNC IN ILLAM INIQUUS SIEM?] Qua iracundia motus, iniquus ſim circa uxorem, quae quod volui, promerita eſt, & quod nolui, numquam fecit? Et ſermo concluſus, quod neceſſitate ab ea ſeparatur, quod *matris commodis* obtemperet.

L   47. DIXIN'

47. Dixin' Phidippe, hanc rem aegre laturum aſſa ſum?] Sic enim ſupra dixerat, *Neque adeo clam me eſt, quam eſſe eum graviter laturum credam.*

52. Ranumeret dotem huc.] † Hoc eſſe nihil doſque pecunia dabitur.

63. Porto hoc jurgium ad uxoram.] Putat enim, ejus cauſa puellam diſceſſiſſe.

ACT. IV. SCENA I.

1. PERII! quo me vortam?] Ingreſſus Phidippus puellae pater invenit filiam parturientem, primum adulterii crimen intendens. Sed hoc breviter frangit, quia ex illo parit, *cui nuptum data eſt.* Poſt inducit crimen injuriarum, quod partum celaverit. Egreſſa igitur mulier, quaerit conſilium, quemadmodum reſpondeat, quod pater cognoverit partum. Et conſilium utique ad hoc quaerit.

4. Qua cauſa clam me habuiſſa dicam? non ego pol ſcio.] Accuſatio illa: *Vir ego tuus ſum?* deinde prima poſitio criminis: *Peperit filia. ex quo?* Cujus ſolutio: *Ex quo cenſes, niſi ex illo, cui data eſt nuptum?* Qua re ſoluta, aliud intenditur: *Quamobrem tantopere omnes nos celare volueris Partum: praeſertim cum & recte, & tempore ſuo pepererit.* Et invectio in eam: *Sed nunc mihi in mentem venit, Ex hac re, quod locuta es olim, quum illum generum cepimus.* Suſpicatur autem, quod aegre mater puellae ferat Pamphilum ob hanc meretricem, & hac cauſa partum celare voluerit. Ideo dicit; *Quamvis cauſam hunc ſuſpicari, quam ipſam veram, mavolo.* Tunc quaſi haec vera cauſa ſit, reddam rationem, non eſſe injuriam gravem a Pamphilo, quod amat meretricem. Quoniam *hoc vitium innatam omnibus adoleſcentibus* videtur. Qua re inventa mulier aliquid defenſionis apponit: *Adeon' me eſſe pervicacem cenſes, cui mater ſiem.* Adeo pervicacem, perſeverantem in malo circa eam animatus ſiem, ut hoc animo me eſſe credas, ſi modo *hoc matrimonium* ex utilitate noſtra eſſe potuiſſet. Virum hoſtem hac cauſa ſe commoverit, quam ſenex ſcit ſuſpicatus. At ille rurſus purgat, quod amicam habet Pamphilus, & ferendum eſſe: *ſi modeſte fecit*, ut ad eam pergeret. Immo magis diſpliceret, ſi ſe ab amica ſeparet cito, neque idoneus gener, & apud quem vilis fuerat conſuetudo. Memor mulier precum ſuarum merito mandat, ut ad Pamphilum pergat, & quaerat, an velit reducere uxorem. Si velit, reddat; ſi nolit, quod recte hoc fecerit. *Nam ut laturus hoc ſit, ipſam rem ſi reſciverit, Non me praeterit.* Etſi verum ſit id, quod ex adulterio conceperit. Nam *cum hoc, quod leve eſt*, celabamus partum, *tam iracundo animo tulerit. Si puerum, ut tollam, cogit.* Quod hoc graviter ferens Pamphilus hominem *celare non poſſit.* Concludit enim, *ſimul vereor.*

ACT. IV. SCENA II.

1. NON clam me eſt, gnate mi, tibi me eſſe ſuſpectam.] Mater Soſtrata comperit Pamphilum idcirco nolle reducere uxorem, quod vellet matris injurias vindicare. Credit enim jurgio matris puellam diſceſſiſſe. Et hoc igitur proprie agit mater, uti rus ipſa diſcedat, ſi propter praeſentiam uxor redire non vult. Sed cum alia cauſa Pamphilo, quae repugnat. Ille enim propterea non reducit, quia parere puellam vidit, & ſuſpicatur ex alio; ſed hoc celat. Hic ergo in hac Scena juſtitiae tractatus eſt, ac per qualitatem negotialem ab eo quod fieri deceat amplius purgat ſe, nulla ſua culpa factum, uti uxor domo diſcederet, ut odium ſui caperet. Hoc per conjecturam tangitur, & quam.... Valet jusjurandum, quod ponit: *Ita me Di ament, itaque obtingant ex te, quae exopto mihi, Ut numquam ſciens commerui, merito ut caperet odium illa mei.* Qualitas autem negotialis tractus ille eſt: *Nunc tibi me certum eſt, contra gratiam Referre, ut apud me praemium eſſe poſitum pietatis ſcias.* Et quam veluti vicem deliberantis tenet, quidquid de poſſibili ſuſpicatur, ponit ab utili, *Hoc & meae famae commodum eſſe arbitror, & vobis.* Quod quidem & in honeſto collocat, ſiquidem *famae* dixit *commodum.* Repugnat filius contra ab utili, & dicit: Quod tu rus habitatum migras, parum eſt migrare rus ex urbe, adjecit, ut illic habitatura ſis perpetuo. Rurſus ab honeſto eſt hoc, quod famae opinio ſit futura, qui nubit, inquit, concludit ab utili: *Tuas amicas & cognatas te, deſerere nolo.* Sed hoc frangit illa, dicens: Jam senectutem ſuam iſta contemnere, quod ſatis voluptate harum rerum perfuncta ſit.

21. Video me eſſe inviſam immerito.] Et hic tetigit, quod ſupra dictum eſt per conjecturam.

24. Quod male audit muliarum.] Graeca locutione poſitum, *audit mulierum.*

26. Oasacro, mi Pamphile; non tute incommodam rem.] Quum vidit actu ſuo filium eſſe perſuaſum, utrum diſcedat, & animadver-

† *Hoc eſſe.* Reſtituo: *Hoc eſt, mihi dos renumerabitur.*

Digitized by Google

madvertit, aegre ferre diſceſſum ſuum, veluti conſolationem adhibet, ut aequo animo ferat quamcunque fortunam.

28. SI CARTERA SUNT ITA, UT VIA.] Hoc eſt, ſi puella iutegris moribus vixit, & ſicuti ego arbitror.

ACT. IV. SCENA III.

1. QUEM CUM ISTOC SERMONEM.] Pater Pamphili non longe poſitus audivit, quod uxor loquebatur. Impellit amplius, ut iſtuc conſilium perſeveret, ut deliberatio tota pellatur.

4. FORS FUAT POL!] Si tantum Fortuna aequa faveat.

5. SPERO ECASTOR.] Bene memor ſenis mulier, non firmavit, ſed *ſpero* inquit.

10. EX USU QUOD EST, ID PERSEQUAR.] Coactus Pamphilus cauſam dicere, cur nollet uxorem reducere, revocat verba, ne poſſit, quod rogatus eſt, conticeſcere. *Ex uſu*, id eſt, ex utilitate. Deinde fingit cauſam, ideo ſe uolle reducere, ut ita coucordes ambas faciat.

12. NASCIAS. VERUM ID TUA REFERT NIHIL, UTRUM ILLAE FECERINT.] Quid illae egerint inter ſe, curare non debes. Perſeverat in ſententia, perſuaſurus, quod adoleſceutibus odioſa eſt ſemper ſenectus pareutum.

ACT. IV. SCENA IV.

1. TIBI QUOQUE.] Haec Scena continet excuſationem, cur nollet uxorem ducere, & removet cauſam in matrem, ut remotiva ſit qualitas. Juſtum eſt enim, uon reducere, quum *matris commodis ſervit*. Verum & illud proditur, quod puella peperit. Senex enim puellae pater indicat puerum natum, neque adjungit ullam de his rebus culpam. Ait igitur ſenex cauſam, ut reducatur invento puero, quod remedio fuerat Pamphilo in calamitatem ſumit conſilium, quare ponit excuſationem illam, quam ſupra dixit.

33. PATER, SI ILLA EX ME.] Finguntur hae cauſae, quod alienum ejus animum videat. ob hoc negat, ſe debere revocare.

38. MATER QUOD SUASIT.] Purgat pater Pamphili puellam veniali ſtatu, quod imprudentia aetatis hoc admiſerit.

41. AN QUIA NON DELINQUUNT VIRI?] Unde credis, mulierem nullam eſſe in peccato. An ſuſpicio tibi integra eſt mulieris, quod viri non peccant?

50. PRODEMUS, QUAESO.] Hic nova ſuſpicione Pamphili pater ducitur; ut adoleſcentem credat amare meretricem, & hac cauſa nolle reducere uxorem. Ideo adjecit:

52. NAM COGIS EA, QUAE NOLO, UT PRAESENTE HOC LOQUAR.] Et eſt invectio, qua conjecturalia argumenta colligit, quod hac cauſa uxorem nollet ducere, quod diligat meretricem. Scilicet a ſummo ad imum argumenta colligit. Nam primum dixit, propter matrem uxorem nolle reducere; ea cauſa ſublata, reperit aliam, quod partum celavit. Ergo colligit vanas ſuſpiciones. Et cauſae quidem mutantur, & eſſe illam potiorem, quod meretricem diligit. Sed jungitur cum caſtigatione correctio.

75. DABO JUSJURANDUM.] Circumventus adoleſcens argumeutis ſolo juramento ſe vult purgare.

83. CUM MIHI SIT IN EA RE ADJUTRIX.] Quia mulieres numquam volunt a maritis, niſi ſe amari.

ACT. V. SCENA I.

1. NON HOC DE NIHILO EST.] Haec Scena mixta eſt. Nam & controverſiae ſpeciem tenet Deliberativae. Coutroverſia in hoc eſt, quod reus ſit injuriarum, ex hoc, quod Pamphilum recipiat meretrix, poſteaquam duxit uxorem. Conjecturalis eſt cauſa. Negat eſſe factum hoc. Quum argumenta deficiunt, fides efficitur per genera teſtimonii, ac primum per jusjurandum, deiude per fidem tormentorum. Nam ſervus promittitur in tormenta. Quibus rebus cum purgata meretrix fuerit, perſuadetur ei, ut ad matrem pergat, jurandi gratia.

8. NE NOMEN MIHI QUAESTUS OBSTET.] Etiam ipſa vehementer timeo, ne, quod meretrix dicor, impedimento ſit commodis meis. *Mores facile* autem *tutor*. Quum ego ea aetate ſum, ut peccato nou dem, id diligenter curo, *ne* aliquid *temere faciam*.

12. INSCITUM, OFFERRE INJURIAM.] Iujuſtum valde, non merenti tibi iuferre injuriam. Accuſatio ſic ponitur:

16. MEUM RECEPTAS FILIUM.] Et cum illa continuo negare vellet, hic quaſi non accuſantis tautum perſonam tenet, ſed perſuadere cupientis illud, quod diu promiſſum ſit Pamphilo, ut ad meretricem pergeret.

21. QUIS AIT HOC?] Jam negantis eſt, quod intentato crimini quaeritur teſtis. Sed cum dictus auctor eſt, adjecit argumentum ad probationem, quod filiam abduxit ſuam, quod puerum ob eam rem clam natum voluit extinguere.

re. Purgationem ſumit ex jurejurando, *Aliud ſi ſcirem.* Hic jam Deliberativa illa imago eſt. Promittit quidem illa, & commemorat magnam faciens benevolentiam poſt nuptias, quia turpis eſt apud nuptam meretricis iſta purgatio.

ACT. V. SCENA II.

1. NIHIL APUD ME TIBI.] Prima pars Scenae orationem tenet, ut nutrix puerum diligenter nutriat. Poſtrema pars ſuperioris controverſiae acrior. Parer puellae negat juranti credi oportere meretrici. Qua fide perdita pollicetur illa tormenta de ſervis. Ita fit veriſimile. Exſequitur itaque varias cauſas, propter q; t leves ſunt, diſcidium eſſe non poterit.

23. NAM NUPTA MERETRICI HOSTIS EST.] Hoc eſt, in mutua mariti & uxoris ſocietate non eſt mala ſuſpicio; ſed in eorum diſceſſione aut haec meretrix, aut ille adulter judicatur.

ACT. V. SCENA III.

1. AEDEPOL NAE MEAM.] Nunc Parmeno redit, qui miſſus in arcem fuerat, ut amicum conveniret, qui nullus erat. Sed vocem parturientis ne audiret. Vider autem de domo uxoris Pamphili exire meretricem. Quae cum eſſet ingreſſa, ut ſe purgaret, in digito ejus annulus eſt cognitus, quem vitiator puellae rapuerar, & meretrici dono dederat. Nunc igitur egreſſa Parmenonem ad Pamphilum mittit. Ipſa autem quid actum ſit, narrat, ante menſes x. Ex quo enim compreſſa eſt virgo, x. menſea ſunt; & jure hic partus factus ſit x. menſium.

28. ILLE ALIAS RES AGERE SE SIMULARE.

40. INCOMMODE MIHI EVENIT.] Maximum incommodum accepi, quod Pamphilus duxit uxorem. FACTUM FATEOR.] Confiteor. Sed non mei meriti eſt, quod deſerta ſum. Unde ferenda haec ſunt incommoda.

ACT. V. SCENA IV.

1. VIDE, MI PARMENO.] Ea quae vehementer cupimus, parum credibilia videntur, dum metuimus. Ideo ſaepius quaerit, & nuncii ordinem repetit, cum dicit: *Manedum, ſodes. Sic te dixiſſe opinor, inveniſſe Myrrhinam apud Bacchidem annulum ſuum.* Quibus rebus confirmatis rurſum exultat gaudio. *Quis me eſt fortunatior?*

19. UT VOLUPTATI OBITUS, SERMO, ADVENTUS.] Singula ſunt. Et eſt ſenſus: *Ut voluptati ſit ſermo tuus.* *Obitus* autem abſceſſus eſt, ab eo quod eſt *Obeo.*

23. EAM, QUOD NOSSEM, VIDERAM.] Hoc eſt, non ſic videram, ut eam noſſem.

25. NUMQUID AUBOLET PATRI?] Metuit, ne pater audiverit aut ſuſpicetur aliquid de compreſſu.

26. UT IN COMOEDIIS.] Quaſi haec Comoedia non ſit. Conſtat enim, in Comoediis in poſtrema parte perſonas plurimas poni.

35. EGO HUNC AB ORCO.] Hoc eſt, a Plutone, qui eſt Deus inferni, mortuum liberavi. Hic Parmeno ea repetit verba Pamphili, & ſecum quaſi haec cogitans loquitur.

Explicit Commentum Eographii in Hecyram.

INCIPIT IN PHORMIONEM.

PROLOGUS.

SEMEL tibi datum praeceptum circa Prologos perſeverat: numquam Terentium ratione uti in Prologis, qua utuntur omnes. quippe cum adverſarius Luſcius Lanvinius maledictis frequentiſſime eum perſecutus ſit, quibus oportet in Prologo reſpondere. Hanc quidem quaeſtionem etiam ipſe fecit: quod enim Terentius numquam Prologis uteretur, niſi haberet adverſarium cui malediceret, certum eſt. Ita naſcitur hic quaſi quaedam controverſia, qua reus efficitur Terentius, quod facit contra legem, quod injuſte

ſte agat; omittendo Prologorum conſuetudinem, & tantum maledicta ponendo. Huic per qualitatem reſpondet: adverſarium ſuum cogere ſe, ut iſtud quod Terentius facit, poſſit efficere.

1. POSTQUAM POETA VETUS.] Id eſt, Luſcius Lanvinius Poëtam noſtrum Terentium non potuit coërcere, quo minus Comoedias ſcriberet, & hominem ad otium revocaret, coepit eum maledictis terrere, credens non ſcripturum Comoedias Terentium, ſi ei ſaepe malediceret. Objicit praeterea primam quaeſtiunculam, quod leves Comoedias Terentius fecerit. Criminatur quod non fecit, quod Luſcius Lanvinius in Comoediis fecit. Ita ſit objecti criminis ex quadam adverſarii accuſatione pnrgatio.

5. TENUI ESSE ORATIONE, ET SCRIPTURA LEVI.] Hoc eſt, ſoliditatem in verbis nullam, nullam in rebus. Hoc objectum eſt, oſtendit etiam nullam gravitatem: quoniam iſtud quod objecerat, iſta feciſſe, ideo objecit quod non fecit, quod fecit idem Luſcius Lanvinius.

7. ET SECTARS CANES: ET EAM PLORARE, ORARE, UT SUBVENIANT SIBI.] In qua utique perſpicis nihil quod Comoediarum ſit. non enim aut amator erat, aut ſuſpicione ducitur, aut affectus eſt alicujus, aut iraſcitur pater, quod nolit filius ducere uxorem, aut aliquid horum, quod ſolet eſſe in Comoediis ut debet. Primum enim quod ad Comoediam pertinet id eſt, *adoleſcens inſanus*, qui affectus a Comoediis longe videtur alienus. quod deinde *cervam videt fugere, & ſectari canes:* iſtud omnino a Comoedia alienum eſt. Ita neſcio quod genus dicendi alienum eſt. ſiquidem Luſcius Lanvinius in eo ſit, Terentius oſtendit, vilia ſe magis illa vitare: ut ſi quid in adverſario eſſe cognoverit, reprehendat quod intelligeret.

9. CUM STETIT OLIM NOVA, ACTORIS OPERA MAGIS STETISSE, QUAM SUA.] Comoedia iſta, quam reprehendit, dicta a Lanvinio eſt, & placuit. cur poteſt eſſe praeſcriptio, quod reprehendi non poſſit ex eo, quod jam populo placuit. Occurrit huic Terentius dicendo, quod ſi animadverteret, quoniam cum nova Comoedia quam reprehendit, data eſt, *actoris opera* ſtetit, non *ſua*. ut non magis ingenio placuerit Poëtae, quam actoris artificio.

13. NUNC SI QUIS EST.] Haec eſt illa propoſitio quaeſtionis, quod numquam Prologus a Terentio ponatur cauſa qua ſolet Prologus dici, ut Poëtam commendet, ut argumentum dicat, ſed tantummodo maledicat adverſario. Hanc quaeſtionem ut dixiſſet, ſupervacuos eſſe quodammodo Prologos, neque illi Comoediae contineri: omnis enim palma, omnis victoria, omne certamen, in ipſa Fabula continetur. Comoediae ſunt illae ubi virtus & ingenium poſſit pervenire ad gloriam. Hic igitur dixit, *In medio Palmam omnibus poſitam, qui tractant artem Muſicam.* Non principia, neque extremitatem oportere conſiderare; ſed illa quae ſunt media, quae Comoediam tenent, ubi ars Muſica tota verſatur.

19. ILLE AD FAMEM AB STUDIO VOLUIT HUNC REJICERE.] Nota adverſarii voluntatem, quod maligne perſecutus ſit, uti Tereutius a fama rejiceretur: vendebant enim Comoedias, & inde quaeſtum habebant. certe optime reſpondit, etiam adverſum quod dixit, *Hic reſpondere voluit, non laceſſere.* Fit enim juſtum cum reſpondemus potius maledicis, quam maledictis aliquem provocamus. Item cum paria referimus, crimen eſt nullum. Quod adjunxit: *Quod ab illo allatum, hic ſibi rellatum putet.* Commendat nunc Poëtam cum ſubjungit, *De illa jam finem faciam dicendi, cum ipſe de ſe non facit.* Hic graviter & illum peccare multa docuit, & ſe contentum eſſe reſpondere.

25. NUNC QUID VELIM, ANIMADVERTITE.] Supponit per paucos verſus ad officium Prologi, ut aliquid inſtruat de Comoedia. APPORTO EPIDICAZOMENON QUAM VOCANT GRAECE COMOEDIAM.] Nomen Comoediae dicere, aliquid argumenti tangere, Prologi officium eſt, *Quia primas partes*, hoc eſt, ſummas dicet, qui fecerit paraſitus Phormio, non priores. ſiquidem Comoediae nomen impoſitum eſt, ab eo auctore per quem plurima aguntur.

31. ADESTE AEQUO ANIMO.] Subjungit illam benevolentiam, quam ſemper petit Prologus. Et rogat etiam ut audiatur cum ſilentio.

32. NE SIMILI FORTUNA.] Datur hic intelligi, quod haec Comoedia poſt illam Comoediam, quae dicitur HECYRA, eſt. ut hoc hic tetigerit, ne tali fortuna utamur, qua uſi ſumus, frequentiſſime excluſi. Aliquando tamen cum labore maximo Comoediam egimus, virtute potius perſeverantis actoris, qui totiens ſit excluſus. Ne tantum quaſi actoris illam Comoediam fecerit audiri virtute, ſed perſeverantia. Et ne ex hoc injuriam populo feciſſet, adjecit, *Bonitas veſtra adjutans, atque aequanimitas.*

ACT. I. SCENA I.

1. AMICUS SUMMUS.] Argumentum Fabulae in prima Scena plurima parte tractatur.

Haec continet rationem : nihil aliud tenet, quam expoſitionem rerum geſtarum, unde formam nullius cauſae habet. Ergo verba ac ſenſus qui obſcuri fiunt ſequamur. AMICUS SUMMUS, ET POPULARIS.] *Popularis* tribus modis accipimus, de populo ſocius, & ejuſdem conditionis de populo, ut in Salluſt. [Catil. 22.] accipimus eos qui in populo ſunt ejuſdem conditionis. *Cum ad jusjurandum popularis ſui ſceleris adigeret.* hoc eſt, ſocios. Ejuſdem conditionis. Ut, *Obſecro! populares, ferte miſero, atque innocenti auxilium!* quam illic etiam de populo poteſt. At vero hic, *Amicus ſummus meus, ac popularis Geta*, quid aliud quam ſervum inducit, quod eſt ejuſdem conditionis?

2. ERAT EI DE RATIUNCULA.] *De ratiuncula* quam apud me habet, erat ei *reliquum nummorum*, ‡ ſed aliquantulum.

4. ID UT CONFICAREM.] Hoc eſt, ut id reddendum pararem.

6. EI, CREDO, MUNUS.] Paratur ſicuti arbitror domini filio, ducenti uxorem. *Conraditur* autem, magno labore & inopia colligitur.

7. QUAM INSQUA COMPARATUM!] Scilicet inique id effectum atque diſpoſitum, ut ſemper pauperes ditioribus, hoc eſt, divitibus aliquid velint adhibere dum munera eis mittunt, a quibus accipere ea debeant.

9. QUOD ILLE UNCIATIM] Hoc eſt, paulatim, velut per ſingulas uncias. DE DEMENSO.] De cibario, hoc eſt, quod ſibi ſit demenſum: a metiendo.

10. SUUM DEFRAUDANS GENIUM.] Fraudare ſuum [genium dicitur, ſi quis parcius] bibit, ſi quis parcius [vivit. At vero] bene genio facit, ſi quis vitam [largius colit.] Virg. [Georg. I. 302.]

Invitat genialis hyems, [curaſque reſolvit.]

[Et alio loco:] [Aen. VI. 603.]

lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris.

COMPARSIT MISER.] Parcendo ſervavit.

13. FERIETUR ALIO MUNERE] Expreſſit impetus damni, cum dixit, vacua remittent.

14. PUERO NATALIS DIES.] [Semper *natales* cum ſuo tempore pronunciant.] Semper natalis dies, cum pueri initiantur. Natalis annus, natalis dies, natalis [hora.] Alioquin per ſe vix dici poteſt. Quod quidem Virgilius in Bucolicis. [Ecl. III. 76.]

Phyllida mitte mihi, meus eſt natalis, Iola,

Ut ſolum per ſe enuntiaſſet.

15. UBI INITIABITUR.] *Initiare* eſt ad cibum infantem inſtruere, qui & ipſe *dies natalis* eſt quodammodo.

ACT. I. SCENA II.

1. SI QUIS ME QUAERET.] Egreditur ſervus qui narraturus eſt illa, quae ſupra dixit. Mandat domina ad ſe veniat ille, qui debitor ſuus fuit, & qui fortaſſe vix nomen tenere poſſet.

2. ACCEPE.] Pulchre, antequam peteret aliquid, obtulit quod debebat. [Et in ſingulis intelligimus,] quibus metum eſſe circa accipientem, [primum] ne diſpliceret eſt dictum, *Lectum eſt.* Deinde [ne parum] conveniens numerus crederetur adjecit: *Conveniet numerus, quantum debui.*

7. QUO IN METU.] Omne malum duo habet tempora, praeteritum & futurum. Praeteritum vero ſimul jungitur & praeſenti. Ita in praeſenti vel praeterito malum : in futuro metus eſt. Magnus igitur confeſſus dolor eſt, cum dixit: *Neſcis quo in metu, & quanto in periculo ſim.* Quod utique junctim expreſſum eſt in Virgilio. [Aen. I. 106.]

Talia jactanti ſtridens Aquilone procella
Velum adverſa ferit,

hoc utique periculum:

fluctuſque ad ſidera tollit,

hic metus eſt.

9. ABS SIS, INSCIENS.] Diſcede ſtultiſſime, cum tu mihi pecuniam crediderIs, ubi fidem meam integritatemque vidiſti, verba mihi metues commodare, in quibus quid lucri habeo, ſi te fefellero?

12. ERGO AUSCULTA.] Ergo audi. HANC OPERAM TIBI DICO.] Audiendi tibi operam trado † * dominos rogent. Nunc dicit, ſtulte eos facere, qui precatores parent & adhibent, quorum oratio haec eſſe poteſt: Interim venia tribuatur, poſtea cum ipſe qui precatur diſceſſerit, dominus iracundiam ſuam compleat.

13. SENIS NOSTRI, DAVE, FRATREM.] Narratio hic ſumit exordium, [quod] ut oportet ab eo incipit, quod ſciri poteſt. [Quod] Virgilius frequentiſſime dixit: ut, [Aen. II. 81.]

Fando aliquid, ſi forte tuas pervenit ad aures
Belidae nomen Palamedis.

Et, [Aen. X. 20.]

Cernis ut inſultent Rutuli?

Item in Eunucho: *Hanc quam amat noſtin'?*

18. PALLEXIT.] Decepit, fefellit. Virgil. [Aen. II. 90.]

invi-

‡ *Sed aliquantulum.* Forte, *Id eſt, aliquantulum.*
† * *Dominos rogent.* Haec & reliqua abſunt a MSſ. & videntur referenda ad verſum 90.

invidia poſtquam pellacis Ulyxis.

20. REGEM ME ESSE.] Antiqui etiam maxime in Comoediis ditiſſimos quoſque *Reges* dicebant: uti paraſiti eos a quibus paſcebantur, *Reges* appellarent.

22. QUASI MAGISTRUM.] Quaſi monitorem atque cuſtodem. PROVINCIAM.] Officium.

23. MIHI USUS VENIT.] Aliquando mihi contigit.

24. DEO IRATO MEO.] Teneo in memoria dimitti *irato Deo meo*, vel domino, vel genio: vel certe Deo. Noſter enim Deus eſt, qui favet nobis: qui ſi iratus fuerit, adverſa omnia patimur. Ut Virgil. [Aen. II. 396.]

Vadimus immixti Danais, haud numine noſtro.

26. SENI FIDELIS DUM SUM.] Dum ſeni fidem praeſto ut monitor perſeverarem, vapulando *ſcapulas perdidi.*

27. INSCITIA EST, ADVERSUM STIMULUM.] Etenim *inſcitia eſt*, calces velle jactare cum ſtimulus imminet: te enim magis incipias vulnerare.

29. SCISTI UTI FORO.] Intellexiſti quid te oporteat facere.

31. CONTINUO QUAMDAM.] Bene adjecit *continuo*, ut adoleſcens abſentiam patris quodammodo exſpectaſſe videretur, uti in delicias amoremque labi poſſit.

34. NEQUE QUOD DARETUR.] Hoc eſt, ‡‡ jam inopiam in domo reliquerat, ut quod dari poſſet lenoni, non haberetur. Curaverat ergo quadam diligentia, ac fecerat ne pecunia filiis relinqueretur in domo.

36. SECTARI, IN LUDUM.] Cum illa pergeret *in ludum*, hoc eſt, in locum ubi forte diſcebat.

38. EX ADVORSUM.] Contra ipſum locum.

39. TONSTRINA QUAEDAM.] Officina tonſorum.

47. NEQUE ILLI BENIVOLUS.] Hoc eſt, nullus erat qui benevolentia aut notitia, aut vicinitate ſuccurreret & adjuvaret.

51. COMMORAT.] Ita narratione ſua exprimebat affectum, ut nos omnes commoveret. *Commorat* autem, commoverat.

57. NI VIS BONI.] Magna vis bonitatis & pulchritudinis in forma erat: idcirco iſta quae ex luctu & lacrumis fuerant, formam extinguere non valebant.

59. TANTUMMODO, SATIS.] Hoc eſt, tantummodo *laudabat*, *ille* autem alius amare coepit.

61. QUO EVADAT, VIDE.] Quo res perveniat, animadverte.

65. BONAM, BONIS PROGNATAM.] Et ipſam ingenuam, & bonis parentibus natam.

69. NON, SI REDISSET.] Hoc eſt, cum rediſſet, ne omne in ſenſum poſitum videamus.

72. EST QUIDAM PHORMIO.] Hic interponitur alia narratio, quae perſonam declarat.

75. LEX EST, UT ORBAE.] Leges illas narrat, quas Oratores ſaepe in controverſiis collocarunt: *Orbam proximus ducat, Orba proximo nubat.*

77. TIBI SCRIBAM DICAM.] Tibi calumniam indicam & cauſam impingam.

81. QUOD ERIT MIHI BONUM, &c.] Facile iſta quae ſunt mendacia, quae ego fingam, & comprobabo judicibus: tu nihil relinquis.

83. PATER ADERIT.] Hoc quaſi quaeſtionis loco propoſitum eſt a Phormione. Sed cum duxeris uxorem, veniet pater & mihi litem intendet. cui paratur reſponſio: quid intereſt? quid mea? jam enim illa, quam tu cupis, in tua erit poteſtate.

84. JOCULAREM AUDACIAM!] † Quae eſt in joco, veniat in periculum. Ut, *Joculare in malum inſciens pene incidi.*

85. VENTUM EST: VINCIMUR.] ‡ * Ut ſupra, *Imus: venimus: Videmus.* ſimiliter in Eunucho, *It, lavit, redit.*

88. FORS FERET, FEREMUS.] Nunc narrationem finit, de eventu reſpondet: omne ſe aequo animo paſſurum quod eventus adtulerit in peccatis.

90. AD PRECATOREM ADEAM.] Solent ſervi, quotiens fuerint [rei] conſtituti, habere ſibi precatores qui pro eis [orent.]

94. QUID ILLE PAEDAGOGUS.] Apto nomine appellavit ipſum adoleſcentulum qui meretricem amat; ut *paedagogus* †† diceret qui eam *in ludum* ducebat, & reducebat.

96. NISI SPEM MERAM.] Solam, inquit, *ſpem*, quia nihil habet.

100. AD PORTITORES.] Ad eos ſcilicet, qui in portu ſunt.

ACT.

‡‡ *Jam inopiam.* Immo, *Eam inopiam.*
† *Quae eſt in joco.* Mſ. *Quae a joco veniat in periculum.*
‡ * *Ut ſupra.* In Mſſ. lacuna nulla.
†† *Diceret.* Immo, *Diceretur.*

ACT. I. SCENA III.

1. ADEON' REM.] Haec Scena vitae comparationem tenet Antiphonis & Phaedriae, ejus qui uxorem duxit abſente patre eam quam diligebat, & ejus qui amat meretricem, & ſumtus non habet. In quo negotio efficitur qualitas comparativa, qui miſerior ſit. Et eſt cauſae genus demonſtrativum. cum vitam utriuſque in miſeriis, comparatione vitae ſuae, dicit eſſe felicem. ADEON' REM REDISSE.] Eouſque rem eſſe deductam, ut cum mihi pater conſultum optime cupiat, ego tamen pertimeſcam, cum mihi venit in mentem illum jam jamque eſſe venturum.

3. NISI FUISSEM INCOGITANS.] Quod niſi minimum cogitarem, propter id quod uxorem duxi eo abſente, ſic ejus adventum & eum exſpectarem ſicuti decuit.

4. ROGITAS? QUI TAM.] Interrogas me cur iſtud dicam. uxorem duxi, & ejus facinoris mihi & auctor fuiſti & conſcius.

5. UTINAM NE PHORMIONEM.] Hic exponit miſerias ſuas, poenitet enim conſilii, ut *ne Phormioni in mentem incidiſſet* tale conſilium, ut mihi perſuaderet atque impelleret in id, unde mihi initium eſt malorum.

7. NON POTITUS ESSEM.] Sed ſi conſilium mihi Phormio non dediſſet, ad fructum cupiditatis meae non pervenirem. Haec quaeſtio eſt, quae ſolvitur malorum comparatione. † Siquidem magna commoda majoribus incommodis coepta . . . . utile conſilium fuit: id malum quod minus habebatur, commutatum eſt graviore & deteriore malo: quod hodie *cotidiana cura angit animum.*

9. DUM EXSPECTO, QUAM MOX, &c.] Comparatio efficitur per alterius vitae comparationem. Ipſe enim Phaedria amat meretricem, qua potiri propter inopiam non poteſt.

11. AMORE ABUNDAS.] Hoc eſt, tibi quod deſideras abundat & praeſto eſt, neque eges.

13. ITA ME DI.] Ut feliciorem multo Phaedriam Antipho poſſet oſtendere, ‡ non ſolum . . . . . mala eſſe vita numerat, verum etiam juravit per id ipſum quod Antipho habet, quod tam diu fruatur amore ſuo.

14. JAM DEPECISCI MORTE.] Hoc eſt, mori volo vel paciſci mortem. Deinde ipſa incommoda commodis vitae Antiphonis enumerat: ſiquidem ille habet *ſine ſumtu ingenuam:* quod habeat quam deſideravit uxorem: quod ſine mala opinione: quod publice. Contra quod hic cum lenone rem agitet.

18. BEATUS: NI UNUM.] Omni parte felix ac *beatus*, *ni* tibi tantummodo *unum*, animus videlicet, *deſit*, qui haec tolerabiliter ſuſtineat.

21. AT TU FORTUNATUS.] Revocat comparationem Antipho, & haec [cauſa,] ut meliorem feliciorémque dicat Phaedriam, quod in poteſtate habeat omnem conſultationem, utrum velit *mittere*, an vero *retinere*.

ACT. I. SCENA IV.

1. NULLUS ES, GETA.] Haec Scena [nuncium tenet] domini venientis [unde turbatio efficit] Antiphonis, quod patrem ſuum audiat venire, quod eo abſente duxit uxorem.

2. IMPARATUM SUBITO.] Ita tanta mala impendent in te & parantur.

3. UTI DEVITEM.] Duo poſuit. [Omnia] enim mala devitemus [conſilio,] ita ut nos non contingant. Aut quod ſecundum eſt, ſi forte celeri [adven]tu in nos irrepſerint, in hoc proſpicere quo modo inde nos liberare poſſimus.

9. PURGEM ME? LATEREM LAVEM.] Omnia adverſa ſunt, inquit. *ſi loquar, magis incendam:* ſi *conticeſcam*, vehementer *inſtigem* & compellam ad iracundiam: ſi me purgavero, nihil eſt. Hoc eſt enim laterem lavare. [Si me purgavero, culpa creſcet. LATEREM LAVEM.] Qui non purior ſit lavando, dum ſemper auget ſe ſtercus fricando. Tam] enim non puriorem laterem lavando reddimus, quam ipſum laterem perdimus.

12. ULTUS ESSEM IRACUNDIAM.] *Ultus* hoc more, dum aliquid ſuſtuliſſem, quod dixit: *Aliquid convaſaſſem, & me protinus conjicerem in pedes*, hoc eſt, fugiſſem. Diſceſſio enim quodammodo ultio eſt, †† in * gmalionem, *In ulta de loco fugit; cum dicis vita virum.*

22. QUID AIS? HUJUS PATREM.] Expreſſum bene eſt, quod ille qui metuebat, facile etiam intelligit, quod ſermonibus non fuerat explicatum: contra is, qui alienus a metu erat, interrogat quid illud ſit. Ergo parum intelligenti conge-

† *Siquidem.* Mſ. *Siquidem majora incommoda minoribus incommodis coepta. Neque utile.*
‡ *Non ſolum . . . mala.* Mſ. lacunam non habet.
†† *In * gmalionem.* Mſ. *Vitio eſt circa multos ut Pigmalionem multa de loco fugit.*

congeminat ſenſum, *Hujus patrem* cum dicit *vidiſſe me, patruum tuum.*

26. Aovioilare aequum.] Exhortatur ut forti animo ſit, & quo magis periculum majus eſt, quod imminet, hoc debet [*ad*]*vigilare*. Simul ei ſpem meliorem promiſit dicendo: *Fortis Fortuna adjuvat.*

28. [Nam si te timidum.] Adjecit ad conſolatiooem animi & ad cauſam, ſi enim *pater tuus te timidum eſſe* cognoverit, continuo culpam in te eſſe cognoſcet.]

32. [Quio nic conterimus.] Cum parum crederet ſe perficere, uti animum confirmaret Antiphonis, minitatur diſceſſum.]

36. [Protelet.] Tela in te frequenter verborum mittens vulnerer.]

39. Non possum adessa.] Omnis illa confirmatio, ſimul atque patrem vidit, perturbata eſt, & parat diſceſſum.

41. Vobis commando Phanium.] In commendatione prius illam collocavit, quam diligebat: dein ſubjunxit ſalutem ſuam. quoniam in amore ea ſalus eſt.

43. Ego plectar pandens.] Ego puniar pendens. at tu tantummodo audies lites, & ex verbis tibi periculum erit.

46. Aufer mihi; oportet.] Rebus faciundis cum neceſſitas cogit, non id quaerendum quod oporteat. Ideo adjecit: Tolle oportet, potius mone quod faciundum ſit.

48. In ra incipiunda.] Quaſi ſaepius peccaverit adoleſcens, & ſe defenderit: ideo quaerit exemplum defenſionis.

52. Hic ero succenturiatus.] Metaphora a bello. Illi qui priori loco pugnant, in principiis ſunt: qui vero ſecundum vel in aliis poſterioribus, *ſuccenturiati* dicuntur, quaſi ſubpoſiti ad aciem, ut illis deficientibus ipſi in certamen procedant.

ACT. II. SCENA I.

1. Itane tandem.] In portu ſenex duxiſſe filium ſuum uxorem audivit. ſecum ergo conqueritur ſatis admiratus, quod ille tantum facinus auſus ſit implere. Haec ergo Scena continet accuſatiooem, & habet controverſiam talem. Quod contra imperium patris uxorem duxerit, filius reus eſt. Qui defenditur: ſe feciſſe dicit coactus in judicio, & coactus legibus. Cui occurritur: potuiſti ducere uxorem; maxime cum lex ſit: *Orba nubat proximo. eriam proximus ducat, aut dotem det.* At ſi in parte legis eſt ut dotem adhibeat, etiam te dare oportuit. Sed hoc ſolvitur, quod inopia non potuit iſtud implere: ut & hic venalis ſtatus ſit. Huic rurſus quaeſtioni opponitur; quod mutua pecunia ſumi potuit. Sed hic occurrit qualitate abſoluta: an filio in familia conſtituto pecuniam mutuam accipere liceat. an aliquis huic pecuniam potuit credere. Ita omnis oratio argumentis, ſed per quaeſtiones proponitur, & per argumenta diſſolvitur.

6. Invitus feci: lex coegit?] Reperit argnmentum ſenex, quo oſtenderet non invitum uxorem duxiſſe filium, ex eo quod ad judicium ductus tacuerit, & nihil reſponderit: quae res indicat voluntatem.

10. Ita sum irritatus.] Ita ſum provocatus, ut non poſſim animo conſiſtere ad cogitandum.

11. Quamobrem omnes.] Ergo, inquit, quoniam ita ſunt, oportet omnes rebus felicioribus conſtitutis magis de adverſariis cogitare, quo pacto poſſint ea quae acciderunt ſuſtinere.

15. Ut ne quid animo sit novum.] Quod utique eſt ſapientis, omnia quae accidere poſſint praevidere, ne nova ſint. Ut eſt illud ſapientis Aeneae: [Virg. Aen. VI. 103.]

non ulla laborum,
O virgo, nova mi facies, inopinave ſurgit.
Omnia praecepi, atque animo mecum ipſe peregi.

17. Incredibile est, quantum.] Servus dicit de ſuis ſe incommodis ante cogitaſſe: unde ſapientia ſua ait dominum praeterire.

25. Salvum venire.] Cum interrogatus ſit; ubi ſit Antipho, perſeverat in ſalutatione, ut iracundiam obſequio frangat.

26. Valet. nic est.] Cum ille de loco quaereret, ubinam eſſet Antipho, hic de ſalute reſpondit.

28. Bonas, me absenta.] Et accuſaret totius criminis: ſed ſummae eſt collocatio. Subjungitur iracundia, quod dixit:

30. Ipsum gestio dari mihi in conspectum.] *Geſtio* autem, cupio & deſidero, ut ſua culpa intelligat, *patrem lenem acerrimum factum.*

33. Atqui nihil fecit.] Hic jam defenſionis eſt generale principium.

34. Omnes congruunt.] Omnes conveniunt, aequales univerſi ſunt.

39. Nam ni haec ita.] Si haec quemadmodum dicis non eſſent, ut vobis pariter ad veſtra crimina [defenſionem praeberetis,] cum Antiphone tu non ſtare potuiſſes.

40. Si est, patrue.] Hoc eſt exordium pleniſſimae intentionis & defenſionis, in quo docet non ſe deprecari, neque defendere Antiphonem, ſi modo aliquam culpam in ſe Antipho

tipho admiſerit, unde famam ſuam vulneraret. Deinde ſubjunxit:

43. SEO SI ALIQUIS FORTE MALITIA SUA FRETUS, INSIOIAS FECIT NOSTRAE AOOLESCENTIAE.] Et bene *noſtrae* adjecit, ut ſocietatem non tam culpae, quam † malorum * ſeſe adjunxit.

45. NOSTRA EST CULPA, AN JUOICUM?] Quod ſi oppreſſi judicio ſumus, crimen noſtrum nullum eſt, ſed judicum potius: *qui frequenter invidia tollunt divitibus, aut propter miſericordiam addunt pauperibus.*

48. NI NOSSEM CAUSAM.] Satis laudavit orationem Phaedriae, ſiquidem tantam vim argumentorum duxit eſſe in oratione, uti crederet vera dici, ni ipſe melius noſſet veritatem.

49. AN QUISQUAM EST JUOEX.] Hoc proponit, quod invitus coactus ſit: ſiquidem tacuit, neque verbum ullum reſpondit. Hic defenſio illa ponitur, quod adoleſcens cogitare quidem potuit, ut prae dolore & verecundia oppreſſus.

53. COGITATA NON POTUIT PROLOQUI.] Haec pars venialis eſt, ex aetate.

56. SALVUM TE AOVENIRE.] Opportune ſervus eum duos locos perdidiſſet, accuſator vehementer jam confractam ſenis iracundiam videret, ſupponit [ſe.]

57. COLUMEN VERO FAMILIAE.] Dignitas vel certe ſuſtentatio, unde *columnae* dicuntur.

59. [JAM DUOUM TE OMNES NOS ACCUSARE AUOIO.] Id eſt, quod ſupra dixit: *Ego hic in ſubſidiis ero.* Ita defenſio ſuperior unam inſtituit pugnam.]

61 [NAM QUID ME IN HAC RE VOLUISTI FACERE TIBI?] Optime fecit. Et adjecit alia ſui nominis adjumenta: nam ſi utique Dominus coactus fecit omnia, quae facta ſunt, neque libertas ulla fuit ad contradicendum, quanto magis ſervulus, cui in conditione ſervitutis libere loqui non licet, neque teſtimonium dicere, neque cauſam agere?]

65 VERUM SI COGNATA EST.] Senex omnia argumenta ‡ concedit . . . ad veniam, ſed opponit leges [jubent,] ut dos orbae dari poſſit. Sed hic ut [ſupra diximus,] occurrit per venialem ſtatum, quod arg[umentum] defuit. quam rem cum ſolviſſet ſenex, dicit *Sumeres alicunde*, vel foenore. Soluta eſt †† tamen . . . . . quod negavit licere filio familiae ‡‡ mutuam . . . . . pecuniam credi.

73. NON SIC FUTURUM 'ST.] Convictus in [omnibus] ſenex ad iracundiam redit, negatque permiſſum [eſſe,] uti cum filio ſuo maneat illa nupta.

78 [ANTIPHO UBI NUNC EST?] Callide interrogavit ſenex, ſive ut ex hoc poſſit intelligere, illum diligere uxorem, quam rem aſtute ſervus agnoſcens nihil aliud reſpondet, niſi, *Foris.*]

ACT. II. SCENA II.

1. ITANE PATRIS AOVENTUM.] Haec Scena Phormionem loquentem habet, ac ſe promittentem adverſus patris iracundiam repugnaturum. Hae ſolae allocutiones hic tenentur.]

3. [AD TE SUMMA SOLUM.] Hoc eſt, A te cuncta explicanda.]

4. [TUTE HOC INTRISTI.] Ex proverbio natum, quod eſt apud ruſticos, cum male intritum cibum coactus eſt ſumere, qui intrivit. Et eſt ſenſus: A te confecta res eſt, quam debes abſumere.]

8. [QUID VIS?] Secum deliberat, quaerens potius conſilium Phormio. tandem reperit, ac ſerio pollicetur, quod amplius deſideret, Phanium manere apud maritum & Antiphonem.]

11. FORTITUDO IN NERVUM.] Denique vehementer metuo ne haec virtus & fortitudo mittatur *in nervum*: hoc eſt, in contrariam rem. Facile enim [patitur] fortitudo, ſi nervum forte percuſſerit, ſolidior[e pa]rte reſilente, ille qui percutit vulner[atur.]

12. JAM PEOIIM VISA EST VIA.] Jam res quemadmodum it habe.

13. [ME CENSES HOMINES.] Profert exemplum, quo docet, nihil ſibi fieri poſſe, ex hoc, quod multos homines uſque ad necem verberavit; & cum tantas injurias fecerit, numquam injuriarum ſit accuſatus.]

16. [QUIA NON RETE ACCIPITRI TENDITUR, NEQUE MILUO, QUI MALE FACIUNT NOBIS.] Idcirco, inquit, non ſum accuſatus poſt tot injurias, quas feci civibus, quum ea non fiant malis avibus, ut capiantur. NON RECTE ergo TENDITUR, QUI NOBIS MALE FACIUNT, quod quidam

† *Malorum * ſeſe adjunxit.* In Mſ. lacuna nulla.
‡ *Concedit . . . ad veniam.* Nulla in Mſ. lacuna.
†† *Tamen . . . quod.* Nulla lacuna in Mſ.
‡‡ *Mutuam . . . pecuniam credi.* Mſ. ſine lacuna.

Digitized by Google

quidam legunt, at contra illis aliis *venditur*, qui nobis non male faciunt.

19. [ALIIS ALIUNDE PERICULUM.] Qui habent, unde detrimentum ſentiant.]

20. DICES, DUCENT DAMNATUM DOMUM.] Sed proponis mihi, [quod etiam] ſi fortunas non habeam, ex quibus condemnatus [poenam] ſuſtineam, tamen addici poſſum ad ſervitutem: hoc eſt enim *ducere damnatum*. [Sed rurſus itaque mihi maximum beneficium praeſtabunt, ſi addictum me ſibi paſcere incipiant, ut pro maleficio, quod illis intuli, beneficium cogantur reſtituere.]

23. [NON POTEST SATIS.] Hoc eſt, dominus, qui te utique addictum habebit, poteſt tibi bonam gratiam referre pro meritis tuis.]

24. [IMMO ENIM NEMO SATIS.] Cum ſervus dixiſſet, Poteſt tibi referre gratiam, hic contra, *gratiam*, inquit, *regi nemo refert*, vel qui nutritor, vel qui paſcit ſolum.]

25. [VENIRE UNCTUM.] Quanta commoda ſint ſervientis, enumerat, quod ſine collatione lautus, atque unctus e balneis rediens otioſus eſt animo, dominus vero *cura*, *& ſumtu abſumitur*.]

27. [ILLE RINGITUR.] Hoc eſt, ſtomacho commovetur & iracundia. Et facit *Ringor*, id eſt, os aperio. Unde *Rictus*.]

28. PRIOR BIBAS, PRIOR DISCUMBAS.] Haec utique ſervorum eſt quaedam libertas, ut iſta prius ſibi praeſtent.

30. HAEC, SI CUM RATIONE.] Cum haec igitur ratione collegeris, *quam ſint ſuavia*, ſine dubio illum, qui tibi haec praebuerit, *praeſentem Deum* poteris nominare.

32. PRIMA COITIO EST ACERRIMA.] Sola tibi inceptio, & ingreſſus eſt arduus, cetera pro voluntate, ut videbitur, inludes.

ACT. II. SCENA III.

1. EN UMQUAM CUIQUAM.] Haec Scena tenet controverſiam talem: *Orba proximo nubat, orbam proximus ducat. Bis de eadem re actio ne ſit.* Quidam quaſi orbam in judicio coactus eſt ducere abſente patre. Pater cum rediſſet vult agi, an illa ſit proxima: Contradicitur. Hic prima praeſcriptio eſt, quod non licet ex eadem re aliquid bis agere: & hoc plurimum valet. Verumtamen tentatur, ut orba eſſe dicatur: tentatur & illud, quod in lege ſcriptum eſt, vel poſitum: Orbam proximus ducat, aut decem millia dotis det, ut accepta dote diſcedat. Verum hoc *frangitur*, non licere: propterea quod matrimonio collocata eſt. Eſſe enim iniquum, uti nunc in matrimonium accepta, dote data diſcederet. Liberum fuiſſe ante aut ducere, aut dotem dare: cum alterum ſit factum, alterum eſſe non poſſe.

4. PRO DEUM IMMORTALIUM!] Hic indignationem ſibi ſuſcitat Phormio, qui terrere poſſit facile ſenem. quod egens relicta eſt miſera, quod ignoratur parens, quod ipſa divitiis orba, paupernima eſt: idcirco pater ‡ iraſcitur.

16. CUI OPERA VITA ERAT.] Expreſſit paupertatem, cui victus quotidianus opera quaerebatur.

19. NEGLIGERE COGNATUM.] Cognatum narrabat, quod ſe negligeret hic cognatus ſuus.

21. VIDEAS TE, ATQUE ILLUM.] Servus narrat pro domino ſeſe agere: cognoſce, inquit, te, atque illum cum quo loqueris.

22. NUMQUAM TAM GRAVES.] Niſi † talem . . . . virum credere puellae patrem propter [quam numquam] tales inimicitias caperem, adverſus dominum tuum in familiam meam.

31. ADOLESCENS, PRIMUM ABS TE.] Prima pars actionis quaeritur, quae eſt, an illa proxima ſit. cui reſpondet Phormio, ſcire ipſum qui interrogat:

35. PROINDE EXPISCARE, QUASI NON NOSSES.] Ita a me inquiris, quaſi neſcias.

40. SI MEMINISTI QUOD OLIM.] Excidit enim nomen, quod ſupra poſuerat. *Nec Stilphonem ipſum qui fuerat.*

46. TALENTUM REM RELIQUISSET.] Hoc eſt, tale patrimonium quod in decem talentis eſt.

47. MEMORITER PROGENIEM.] *Memoriter* totam *progeniem* parentum a ſumma origine contineres.

49. ITA UT DICIS, EGO TUM.] Si hereditatem peterem, neceſſitas mihi imponeretur, ut unde mihi eſſet cognata dicerem: nunc cum tu intendas, debes dicere unde ſit iſta cognata.

52. DILUCIDE EXPEDIVI.] Continuo ſumit argumentum praeſcriptionis, cum conturbatus eſſet Phormio. denique concluditur: *At tu, qui ſapiens es, magiſtratus adi; Judicium de eadem cauſa iterum ut reddant tibi.* Ut ſcilicet hic *judicium bis de eadem cauſa* adipiſcatur.

62. QUOD LEX JUBET DARE DOTEM.] Victus praeſcriptione ſenex, ad illam legem deſcendit, ut

‡ *Iraſcitur.* Immo, *Ignoratur.* † *Talem . . . virum.* Mſ. ſine lacuna.

ut dotem det, etiamſi ſit cognata. Cui ut ſupra dixi reſpondetur: *Itane tandem, quaeſo? ut meretricem*, &c. quod utique iniquum eſt, ea eo quod jam una pars videtur impleta. Aliter ergo jam non poteſt rurſus quemcunque dicerei ſenea proaemio ad hos unde aut † quamobrem. * Redit etiam paraſitus ad praeſcriptionem: *Actam, ajunt, ne agas.*

74. POSTREMO TECUM NIHIL REI.] Jam ludit paraſitus: tu, inquit, ſenex jam alterius aetatis es, addictus filius tuus eſt.

79. TUTE IDEM FECERIS.] Hoc ipſum tu recte feceris.

81. METUIT HIC NOS.] Quoniam dixerat ſubmiſſiore dictione, *Itane es paratus facere me adverſum omnia.* Quae res oſtendit iracundiam eſſe linitam.

82. QUOD EST FERENDUM.] Quia res tolerandas ‡ ſuſtinere * & dignum tuis factis feceris.

91. SI TU ILLAM ADTIGERIS.] Revocat iracundiam, quia ille dixerat: *Niſi tu properas mulierem Abducere, ego illam ejiciam*, & hic contra: *Si tu illam attigeris aliter, quam dignum eſt, liberam, Dicam tibi impingam grandem.*

ACT. II. SCENA IV.

1. QUANTA ME CURA.] Haec Scena Deliberativa tenet. Deliberat enim ſenex, an judicium, quod ſe abſente filius egit, reſcindat denuo. Ideo ſententiae ab advocatis [tribus,] una diſſuadentis, perſuadentis altera: tertia quae accedere ad ſententiam poſſit talis eſt, ut rurſus deliberatione opus eſſe videatur. Eſt igitur prima pars, cujus principium tale eſt: quod, *quae in rem tuam ſint, ea velim facias.* Ego, quae tibi proſint, facere te volo. Deinde ipſa ſententia: *Mihi Sic hoc videtur; quod te abſente hic filius Egit, reſtitui in integrum.* Deinde breviter a juſto, *aequum eſt, & bonum.* An fieri poſſit: *id impetrabis.* Contraria ſententia, cujus hoc principium: *Ego ſedulo hunc dixiſſe arbitror*, ne contraria dicturus, videatur inimicitias exercere, defendit contrariae partis patronum, ut dicat illum *ſedulo*, hoc eſt, ſine fraude & dolo dixiſſe, quod dixerit. [Quod dixerit de ſe aliquam prolaturum eſſe ſententiam, propterea: *Quot homines, tot ſententiae: ſuus cuique mos.* Deinde ſententiam ſuam: *Mihi non videtur, quod ſit factum legibus, Reſcindi poſſe: & turpe inceptu eſt.* Hoc utique ab inhoneſto dictum non intelligimus. Tertia illa ſententia eſt: *Ego amplius deliberandum cenſeo: Res magna eſt. Incertior ſum multo, quam dudum.* Dicta ratione incertiorem ſe factum dixit, ſiquidem ſuaſit unus, diſſuaſit alter, contra tertius nihil dixit, quoad ſe recipiat, quando redeat.]

ACT. III. SCENA I.

1. ENIMVERO, ANTIPHO, MULTIS MODIS CUM ISTOC ANIMO VITUPERANDUS ES.] Haec Scena rationem geſtorum tenet, cum quaeſtione & objurgatione, quod dimiſerit amorem, & iritus eam quam diligebat, neque eſt ac ſibi attulerit patrocinium.]

4. [NAM, UT ERANT ALIA, ILLI CERTE, QUAE NUNC TUAE DOMI EST, CONSULERES.] Nam qualiacunque cetera eſſent circa te, illi ſaltem auxilium ferret, *quae tuae domi eſt.*]

8. [SED EA CAUSA NIHILO DEFECIMUS.] Sed licet te accuſaret magis, quod abſens eſſes, *ea cauſa* non *defecimus.*]

10. [NUMQUID PATRI SUBOLET?] Numquid ſuſpicatur pater, ſua voluntate ceſſiſſe, an etiam ei veniam tribuit, ut eandem uxorem habeat.]

13. [CONFUTAVIT VERBIS. EGO QUOD POTUI.] Bonum ordinem ſervus tenuit, ut primo dominum, deinde Phormionem, ſic ſe ſupponeret, ad narrandum, quae ſint praeſtita adoleſcenti.]

ACT. III. SCENA II.

1. DORIO, AUDI, OBSECRO.] Haec Scena petitionem tenet, quod Deliberativae ſaepe genus diximus. quippe cum leno peteret argentum ab adoleſcente, ille dilationem poſtulavit. Hic ergo petitionis modus ab utili & honeſto, & ceteris partibus tractabitur. Denique opponitur:]

4. [NAQUEO TE EXORARE, UT MANEAS TRIDUUM HOC?] Extra poſitus adoleſcens iraſcitur. Vereor, ne leno.]

7. [HARIOLARE.] Divinas. Hoc pertinet ad illud: *Non mihi credis?*]

8. [FOENERATUM ISTUC BENEFICIUM TIBI PULCRE DICES.] Hoc ab utili in petitione poſitum, quod prodeſſe poſſit, etſi non ceſſerit tempus.]

19. [EXPERIRE, NON EST LONGUM.] Hoc

a

† *Quamobrem* *. In Mſ. nulla lacuna.
‡ *Suſtinere* * *& dignum.* Nulla in Mſ. lacuna.

Digitized by Google

a facili, etiam an fieri poſſit.]

11. [TU MIHI COGNATUS, TU PARENS.] Hoc a Pcur.]

15. [UT PHALERATIS DICTIS DUCAS ME.] Quia ſupra dixerat, *Tu mihi cognatus*, ideo addit *Phalerata dicta*, cum tenentur verba honeſtatem & quaſi ornamenta habentia.]

17. [NEQUE, ANTIPHO ALIA CUM OCCUPATUS ESSET SOLLICITUDINE, TUM HOC ESSE MIHI OBJECTUM MALUM!] Vere nunc ingemiſco, me hoc tempore cogi amare, quo *Antipho in alia ſollicitudine occupatus* mihi auxilium ferre non poteſt.]

20. [USUS VENIT.] Tibi contigit.]

23. [PARUM LENO SIES.] Aliquantum officii tuque conſuetudinem mutans avaritiam referens.]

30. [HAUD LONGUM EST ID, QUOD ORAT.] Reperiſſe ea quae deſideraret adoleſcens. Acceſſit etiam perſuaſor alius, fieri poſſe certe facile, quod non ſit longum. Deinde quod utile, ſiquidem *Quod bene promeritus fueris, tibi conduplicaverit.*]

38. [CERTE HERCLE, EGO, SI SATIS COMMEMINI, TIBI QUIDEM EST OLIM DIES, QUAM AD DARES HUIC, PRAESTITUTA.] Si ſatis in memoria teneo, praeſtituta dies eſt, in quam diem pecuniam huic dares.]

40. [JAMNE EA PRAETERIIT? NON: VERUM HAEC EI ANTECESSIT.] Duo tempora ambo tenuerunt diverſa: Haec dies numquid praeteriit? Contra leno reſpondit: Immo retro pedem tulit, & propagavit ſe, h. e. anteceſſit, ut adhuc futura ſit.]

46. [SED UT HAEC SUNT, TAMEN HOC FACIAM.] Exoratus tandem conditionem leno dat, uti cras argentum qui prior adtulerit, ad ducendum potior ſit.]

48. [MEA LEGE UTAR.] Id lenonis, apud quem ſemper commodum prius.]

ACT. III. SCENA III.

1. QUID FACIAM?] Hic cogitatio eſt, quemadmodum brevi tempore invenire poſſit argentum.]

10. [NON TRIUMPHO.] Maximum mihi gaudium eſt, ſi de tuis nuptiis nihil patior mali, & adhuc me cogis, uti in malo aliud malum quaeram, & *nullus locus relinquatur preci?* ut ex omni parte circumcludamus noſtris precibus ſenes.]

19. [PEDETENTIM TAMEN.] Omnia tenta, omnia experire, ne aut plus aut minus facias.]

25. [ISTAEC VERO VILIS EST.] Amatoris animo pretium non credit pro ea magnum eſſe, quam diligebat.]

29. [PRAESTO EST: AUDACISSIME.] Optimus ac neceſſarius utrimque ſemper adeſt, quodcunque onus impoſitum.]

34. [MODO TE HINC AMOVE.] Hinc diſcede. vult enim ſolus ſecum conſilium quaerere, quomodo fieri poſſit, ut inveniatur argentum.]

ACT. IV. SCENA I.

1. QUA PROFECTUS CAUSA HINC ES LEMNUM?] In hac Scena narratio itineris & reverſionis ſimplicem continet expoſitionem, quomodo] praeterito tempore ſenes ſecerant pactum, ut filiam Chremetis uxorem duceret filius Demiphonis: aliter enim res celari non poteſt, niſi per hujuſmodi nuptias puella vinceretur, & hunc per [hunc errorem, quo credit,] filium ſuum aliam duxiſſe, idcirco cupit [excuſatum eſſe, & potius quaſi cauſam quandam eſſe, quod uxorem] duxerit filius. Denique adjungit:

12. QUOD QUIDEM ME FACTUM CONSILII INCERTUM FACIT. NAM HANC CONDITIONEM SI CUI TULERO EXTRARIO.] Rationem reddit, cur ex eo quod filius ejus uxorem duxerit, non eam quam hic voluit, ſibi conſilium vacillet & incertum ſit. Hanc enim conditionem ſi extraneo ante detulero, habeo neceſſitatem exponendi.]

14. UNDE MIHI SIT.] Te autem fidelem eſſe mihi ita, quemadmodum ego mihi ſum cognovero † * ut ille . . . . alienus ad quam conditionem iſtam defero. ‡ Sive non erit ut adfinitatem tacere poterit, quouſque familiaritas copuletur. ſin autem me contemſerit atque ſpreverit, plus ſciet quam opus eſt, ſiquidem in poteſtate habebit narrare quod coeperit. Quae res mihi magnam ſollicitudinem generat, ne aliquo pacto hanc uxorem meam cognoſcat. †† Eſt . . . mihi levis metus. Nam ſi hoc coeperit, ſuper eſt ut me excludat, & domo egrediar.

21. EGO ENIM MEORUM SOLUS MEUS SUM.] Hoc eſt, illa dives eſt, ego pauper.

† * *Ut ille . . . alienus.* Mſ. *At ille alienus.* ſine lacuna.
‡ *Sive non erit ut adfinitatem.* Mſ. *Si voluerit adfinitatem.*
†† *Eſt . . . mihi levis metus.* Haec abſunt a Mſ.

23. Nequa defetiscar.] Neque laſſabor. Adeo experirier.] Semper tentare.

ACT. IV. SCENA II.

1. EGo hominem.] Haec Scena expoſitionem tenet, quod cum Phormione actum ſit. nempe uti argentum quaereretur, quod lenoni ferri poſſet pro Phaedria. ut Phaedriae ſe oſtendat nihilo minus amicum eſſe, quam Antiphoni. *Agebat Dis gratiam, datum ſibi eſſe tempus*, in quo *oſtendere ſe poſſet*, ſimili modo ſe *amicum Phaedriae* eſſe, quemadmodum fuerat *Antiphoni*. Nam ipſius opera Antipho uxorem duxerat, rurſus ipſius opera Phaedria redimeret meretricem, ex eo quam mox recipiat ſeſe Geta. uti error cumulari poſſit. Intereſſe [efficitur] Antipho. Ita enim ſumtum eſt conſilium. Uti [ſecundum legem] Phormio velit illam ducere uxorem, quam habet Antipho. [Ita tamen, ſi recipiat dotem. Hoc autem argentum dotis nomine acceptum vult Phormio Phaedriae dare, ut ipſe pro amica meretrice lenoni det, ipſe vero Phormio offerendo ac placando producat nuptias, ſi argentum, quod Phaedriae ab amicis promiſſum eſt, cum acceptum fuerit, ſenibus reddatur. Antipho praeſens autem audit, & vere credit, Phormionem uxorem eſſe ducturum.]

ACT. IV. SCENA III.

5. VEnisse salvum volupe est.] Incolumitas tua ex voluntate eſt.]

9. [Sic circumiri!] Sic aliquem circumveniri.]

10. Nam hercle ego.] Commendat conſilium ex cura: ſi quidem dicit ſe, uti etiam ipſi domini fecerunt, de hac re plurimum cogitaſſe.

13. Is, qui istam.] Quo facilius cognoſci poſſet, quia Phormio, breviter conſilium dedit: *Is, qui iſtam* aut defendit, aut cognatam dicit.

16. Cum bona ut componantur.] Vide potius ut haec cum bona gratia componamus; non mala, per injuriam atque litem.

18. Herus liberalis est.] † Perſuaſurus Phormio mali quid eſt, primo terrorem . . . . atque injicit. Deinde blanditur ab utili, & dicit, dominus liberalis eſt, qui facile donare poteſt, & lites fugere ſen ñx &c. an fieri poſſit ex auctoritate multorum, quod expelli puella poteſt.

21. Quid hic coeptat?] Nunc accipiens ſervi conſilium Antipho iraſcitur. An legibus daturum poenas.] Reſponſio ex ſola permiſſione eſt. Hoc eſt, non id metuimus, habemus enim certum conſilium. Poſt quaeſtionem ſola promiſſione diſſolutam terret, quo facilius perſuadeat Phormioni.

25. Verum, pone esse victum.] Etiamſi contrario eventu efficiatur tota perſuaſio facile, & vincatur Demipho, poenam pecuniae eſſe, non capitis. Hoc eſt, condemnari poterit quod effecerit, & liberatus * pecuniaria iſta multa futura eſt. non metuit ejectionem.

28. Quid vis dari tibi in manum?] Hoc eſt, quantam pecuniam in praeſenti accipere vis, ut dominus ab hac lite diſcedat.

35. Immo non potuit melius.] Chremes arripit conſilium quod fuit commodiſ[ſimum, ut] excluſa iſta poſſit filiam ſuam Demiphonis filio collocare.

37. [A primo homo insanibat.] Quo facilius perſuadeat, ſummam neceſſario dicit majorem primo petitam.]

38. [Libuit.] Hoc eſt, Quantum ei libuit, tantum poſtulavit. Si quis daret talentum magnum.] Dicendo *magnum* innuit *Talentum* eſſe & *minus*. Nam majus appenditur CXX. libris.]

40. [Quaeso, quid si unicam filiam.] Ut, inquit, oſtenderem ei, injuſte poſitam ſummam, dixi, Quid ſi tu unicam filiam tuam in matrimonium collocares, tantundem dotis dares?]

41. [Parvi retulit.] Sed contemſiſti illud, propterea quia non ſuſceperis filiam, ſed pari modo etiam dominus, nam ſic coepit, & *inventa eſt, quae dotem petat.*]

45. [Ego, inquit, jam a principio amici filiam.] Per Ethopoeiam oratio inducitur Phormionis ad ſummam neceſſariam pervenientis perſuaſione. Ac primo cauſa ponitur, cur non ante eam duxerit, quod opus argento ſibi fuerit, & idcirco eam ducere voluit, quae afferat aliquid, unde diſſolveret, quae debebat. Ergo ſi haec dabit, quantum promiſit illa, quae ſponſa eſt mihi; *Nullam mihi malim, quam iſtanc uxorem dari.*]

56. [Ager oppositus est pignori.] Id eſt, agrum dedi loco pignoris, id eſt, vadimonii.]

57. [Ob decem minas.] Quarum ſingulae

xxx.

† *Perſuaſurus. MS. Quia perſuaſurus eſt Phormioni, primo terrorem injicit, deinde blanditur.*

Digitized by Google

xxx. ſolidis appenduntur. Noluit ſemel ſummam proponere, ne magnitudo terreret. Sed perſcite paulatim rerum neceſſariarum mentione ſumma concluditur, dum praeter ancillas & ſupellectilem inter omnia ad xxx. minas pervenit.]

63. [SEXCENTAS PROINDE SCRIBITO MIHI DICAS.] Magnitudine ſummae eacitatus exclamat, Quas velit calumnias mihi & cauſas Phormio indicet. Poſtremum autem eſt *ſexcentas* pro quamvis multis. Ut Cicero: Poſſum ſexcenta decreta proferre.]

65. [QUAESO, EGO DABO.] Aſſenſum commodat ſenex, dummodo filia ſua nubat Antiphoni.]

68. [MEA CAUSA EJICITUR.] Ipſius eſt, ego id perdam.]

69. [QUANTUM POTES.] Quia leno craſtinum diem conſtituit, cum dixit; *Miles ſe dare dixit cras mane argentum mihi.*]

73. [QUAE QUIDEM RES EI VERTAT MALE!] Ut Virgilius: [Ecl. IX. 6.]

Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hoedos.]

75. [FRUCTUM, QUEM APUD LEMNUM REDDUNT PRAEDIA UXORIS MEAE, TIBI OPUS ESSE, DIXERO.] Si pecuniam uxor quaerere voluerit, dicam, quod tibi opus fuit.]

ACT. IV. SCENA IV.

1. GETA, QUID EGISTI?] In hac Scena iracunde interrogat dominus, ac ſervus ſimpliciter reſpondet, interrogari ſe credens, narrat quid egerit. EMUNXI ARGENTO SENES.] Hoc eſt, Abſentibus argentum abſtuli. Ita & reliqua aliter interrogatus aliter reſponſionem ſuſcepit.]

10. [QUID MINUS UTIBILE FUIT, QUAM HOC ULCUS TANGERE?] Eſt autem *ulcus*, quod ex ſe in carne naſcitur. Siquidem immiſſa patri ſpes eſt, uxorem *extrudi*, hoc eſt, expelli.]

12. [SI PHORMIO ACCIPIET DOTEM.] Uxorem ducet; ſi non duxerit, argentum reddet.]

15. [ITA NOSTRA CAUSA IBIT IN NERVUM.] H. e. in periculum, ut ſupra, *Vereor ut iſtaec fortitudo in nervum erumpat.*]

25. [QUOT RES? POSTILLA, MONSTRA EVENERUNT MIHI!] Ordo: Poſtilla, quot mihi res evenerunt, quae res monſtra ſunt.]

28. [INTERDIXIT HARIOLUS.] Fingit cauſas, quibus protrahendo nuptias interea votis fruentur. *Haruſpex* autem & *Hariolus* hoc differunt, quod *Hariolus* divinat de humanis, *Haruſpex* de divinis. *Canis intrans* & *gallina cantans* malum omen ſignificant. Ordo: *Haruſpex vetuit novi quid negotii ante brumam incipere.*]

ACT. IV. SCENA V.

1. QUIETUS ESTO.] In hac Scena Demiphonis continentur verba promittentis fratri, omnia ſe eſſe facturum, uti Phormio cogatur & argentum accipere, & uxorem ducere.]

3. [UT CAUTUS EST, UBI NIHIL OPUS EST!] Jam notat ſenem, quod illic diligens ſit, propterea quod argentum non vere Phormioni dabitur, ſed Phaedriae.]

4. [MATURA.] Id eſt, accelera, dum voluntas eſt.]

11. [QUID TUA, MALUM!] Quid id ad te attinet? *Malum* autem interjectio eſt iraſcentis, cui ſubjungitur, *Magni, Demipho*, id eſt, Magni refert.]

14. [MULIER MULIERI.] Femina feminae magis poterit perſuadere. Partes enim virorum viros, feminarum feminas, ut docet Horatius, aegre convenit.]

ACT. V. SCENA I.

1. QUID AGAM?] In hac Scena eſt Sophrona, quae errorem ſolum patiens quod excludi habeat a nuptiis puella quaerit auxilium. Invenit ſenem patrem, & narrat, quemadmodum res geſtae ſint, Et ſe ab hoc facto, quod puella nupſerit excluſam per venialem ſtatum quod factum ſit, neceſſitate ſit factum.]

3. NAM VEREOR, HERA NE,] Vehementer pertimeſco ne Philumena propter meum conſilium gravi afficiatur injuria.

5. NAM QUAE HAEC ANUS.] Ordo: Quaenam haec anus eſt. Virgilius, [Georg. IV. 445.]

Nam quis te, juvenum confidentiſſime:

pro, quis nam.

6. QUOD UT FACEREM.] Hic eſt illa tota praerogatio, quod inopia fecit, ut puellam illam matrimonio collocaret: cum firmas nuptias eſſe crederet, quod abſente patre filius duxiſſet uxorem. Quamquam tentat etiam quandam compenſationem cum dicit: *Ut id conſulerem, vita ut in tuto foret* † . . . . . eſt profui.

8. NISI

† . . . . *eſt profui.* Haec abſunt a MS.

8. Niſi me animus fallit, aut parum.] Duobus modis conceptam veritatem tenemua, dum & oculi proſpiciunt, cum animus † pupulos integer feras * mittitur, ne viſus aliquo errore fallatur.

13. Estne hic Stilpho?] Cognitum dominum eo nomine appellavit, quod apud villam, & quoniam in civitatem ñc eſt ibi hoc nomine dicebatur Chremis. Sed idcirco nomen negavit, metuens ne uxor ſua hoc poſſit agnoſcere. Denique admonet ut *a foribus paululum* concedat, & non jam ſe *hoc nomine* appellet.

18. Foria effutiratis.] Sub oſtium aliquid diceretis.

20. Isthoc pol noa te.] Haec cauſa eſt, cur te non potuimus reperire, quod hoc nomine nuncuparis.

22. Miseram me!] Interrogata Sophrona anus *ubi illae ſunt?* quaſi dolens cum audiſſet uxorem mortuam, prius gemitum commodavit, cum ille accepturus aliter ſit. quippe levabitur ‡ . . . , an duae uxores in una civitate ſint.

23. Ex aegritudine miseram.] Breviter & caſus & cauſa modo oſtenditur.

24. Ego autem, cum easam.] Hic jam purgatio eſt illa, veniali ſtatu poſita, cum dicit neceſſitate factum, quod anus fuerit, quod *egens*, quod *ignota:* & tamen non male conſuluerit cum adoleſcenti & diviti dederit. de quo dixit, *Harum qui eſt dominus aedium.*

27. Quid! duaane?] Miratur potius, quam interrogat: id enim audivit quod fieri per vota cupiebat.

30. Saepe forte temere evaniunt.] Frequenter obtinentur per caſum atque fortunam, quae vix *exoptare* quis audeat. Nam modo inveni filiam cum eo nuptam, cum quo eſſe cupiebam, & eam diligi [a filio.] Quod quidem magna nos cura & opere ut fieret laborabamus: at nunc ſola haec anus cuncta complevit.

35. Nunc quid opua facto.] Neſcies quid votis maxime petamus. Quaſi admonet ſenem uti proſpiciat filiae, quod adoleſcentuli pater iracunde ferat, filium ſuum duxiſſe uxorem ſe abſente.

37. Sed par Deoa atque homines!] [Chremes poſcit] ſilentium, ne aliquis ejus eſſe filiam recognoſceret. *per Deos atque homines* rogat potius, quam terret.

38. Nemo ex me serbit.] Docta reſponſio: noſtri etenim ſilentii promiſſio eſſe debet. rea enim alio pacto ſortaſſe poſſit agnoſci, quid id nobis? noſtram taciturnitatem debemus polliceri.

ACT. V. SCENA II.

1. Noatrapte culpa.] Haec Scena verba tenet Demiphonis reverten[tis poſteaquam] datum eſt argentum. [Nostra ipsa culpa facimua.] Uti mali malos eſſe cupiant.]

3. Ita fugias ne praeter casam.] In proverbio hoc eſt: fugias non ante caſam, ſed in caſam. Enim ſtultum eſt, cum auxilium habere poſſis, ante illam ſugere, non in illam: utique enim auxilium tuae domus debes petere, non alienum.

6. †† His nunc praemium est.] Sine dubio munus ac praemium his datur, qui mali ſunt, & directa prava faciunt . . . . ſi nos benigni volumus eſſe, poſtulata concedamus.

8. Modo ut hoc conarlio.] Ne poeniteret dominum amplius pecuniae datae, & erroris aliquid ſervua adjecit, videri [ſug]geſtum ſi modo perſeveret, ut ille eandem quam promiſit ducat uxorem.

11. Ita factam, ut frater.] Mandatotum memor pergere ad uxorem vult, ut eam ducat ad puellam, ac perſuadeat puellae, uti cum voluntate diſcedat a viro.

13. Argentum inventum 'at.] Secum loquitur ſervus acta enumerans, & quid argentum ſit conſtituens. Inventum eſt Phaedriae argentum quod lenoni det, lis nulla proferatur ‡‡ Phormioni *.

15. In eodem luto haesitaa.] Hac in re verſaris, *vorſuram ſolvens*, creditorem mutans. Cui reſpondetur ſcilicet, *Praeſens malum in futurum abiit*, ſed *plagae creſcunt.* Ergo inſpice: hic conſilium confirmavit, quid facere debeat.

ACT. V. SCENA III.

1. Agedum, ut solea.] Sicut adſoles benignitatem tuam praeſta, effice ut placata nobis ſit, ne ſe dicat ejectam, ſed credatur propria voluntate.

4. [At pol minus quso.] At pol facio quidem, ſed tantum, quantum me dignum eſt,

facere

† *Pupulos integer feras * mittitur.* Mſ. *Per pupillas foras mittitur integer.*
‡ . . . . *An duae uxores in una civitate ſint.* Haec abſunt a Mſ.
†† His nunc praemium est.] Haec Nota abeſt a Mſ.
‡‡ *Phormioni.* In Mſ. non eſt lacuna.

facere propter viri culpam non poſſum, *qui pol mei patris bene parta* praedia *indiligenter ſervat.*]

7. [VIR VIRO QUID PRAESTAT!] Id eſt, intereſt.]

10. [PARCE, SODES.] Cum mulier eſt, vidiſſet domi foriſque iracundia ſuſcitatam. Eſt enim naturale mulierum, uti de viris querantur, maxime ſi ipſae divites ſunt. Eam temperare continuo voluit, dicens cauſam, cum puella quam perſuaſura ſit, ut diſcedat, non leve verborum futurum eſſe certamen. Chremes recognita filia quaerit a Demiphone, *An datum ſit argentum*, quod *datum nollet*, generaliter tantum dicit, *abduci non poſſe*. Et hoc proſpiciens non aperte hoc loquitur, quod Phormioni nollet argentum dari, generaliter tantum dicit, abduci non poſſe, cauſam ponens, quod uterque ſe diligat, & dicat, comperiſſe quod illa ſit cognata. Quantum poteſt, in memoriam revocare vult ſignis quibuſdam, quod Demipho intelligit filiam ſuam eſſe cognatam comperiſſe, quoniam confiteri non poteſt, uxore praeſente.]

28. [ILLA FILIA AMICI NOSTRI.] Tua ſcilicet. quodque aperte non potuit, occulte dixit.]

36. [HEUS! NE FILII.] Ita ſilentium hujus rei cupio, ut ne quidem filii noſtri audiant.]

ACT. V. SCENA IV.

1. LAETUS SUM.] Antipho adoleſcens ignorans, quod comperta ſit uxor ſua, ſecum loquitur, laudans fortunas Phaedriae.]

2. [QUAM SCITUM EST.] Pulchrum & elegans eſt admodum, tales cupiditates in animo parare, quibus mederi facile poſſis, cum adverſum aliquid forte contigerit.]

ACT. V. SCENA V.

1. ARGENTUM ACCEPI.] Haec Scena jactationem Phormionis continet, quod conſiliis ſuis quae voluerit cuncta compleverit.]

2. [CURAVI, PROPRIA UT POTIRETUR: SIQUIDEM EMISSA EST MANU.] Tribus enim modis fiunt liberi, id eſt, cenſu, vindicta, vel manumiſſione. Et cenſu quidem, quo ſe redimit captivus, poſito in libra ante magiſtratus urbis liber efficitur. Vindicta vero & virga, qua in conſpectu omnium ſervus tactus abſolvebatur. Manumiſſio quoque verbo ubilibet fiebat.]

4. [HOS SUMAM.] Id eſt, dilationem petam.]

7. [VICISSIM PARTES.] Quemadmodum tu propter facinus ductae uxoris patrem fugiſti, etiam ille propter meretricem afuturus eſt, *rogavitque te, ut cauſam pro ſe diceres.*]

ACT. V. SCENA VI.

1. O FORTUNA! O FORS!] Haec Scena totum ſolvit errorem, quod puella eſt cognita, quod conceditur Antiphoni. Nam Geta ſervus narrationem ſupponit, qua docet, quemadmodum cognitio ſit effecta.] O FORS FORTUNA!] Id eſt, eventus Fortunae. *Fortuna* autem ipſa Dea eſt.]

4. [HUMERUM HUNC ONERO PALLIO.] Saepe dixi iſtas perſonas in Comoediis eſſe palliatas, ut oſtendantur ex habitu eſſe Graecae. Ut in Eunucho: *Attolle pallium.* Sunt autem togae, ſi perſonae Romanae ſunt.]

9. [NUNQUAM TU ODIO TUO ME VINCES.] Id eſt, numquam pertinacia tua me revocare poteris.]

10. [VAPULABERE.] Quod ſibi dici meruerat, minitatur.

11. [FAMILIARIOREM.] Id eſt, Ita ſervum, ut nunc ſum.]

12. [CONGREDERE ACTUTUM.] Id eſt, cito me conveni.]

14. [SINE CONTROVERSIA.] Sine dubitatione, ſine quaeſtione. quippe *controverſia* eſt contradictio ex affirmatione & negatione ejuſdem rei. unde naſcitur ſtatus.]

16. [DELIBUTUM GAUDIO.] Repletum & madentem laetitia. ENICAS.] Crucias.]

17. [POLLICITATIONES AUFER.] Promiſſiones tolle & rem potius narrato.]

19. [MODO ARGENTUM.] Huic narrationi initium eſt, unde oportuit, ſumtum.]

22. [UBI IN GYNAECEUM IRE OCCIPIO.] Γυνὴ Graece, Latine mulier. Inde *Gynaeceum* locus, ubi mulieres operantur.]

28. [ANIMAM COMPRESSI.] Spiritum vocemque repreſſi. Virg. [Aen. II. 774.]

vox faucibus haeſit.]

29. [PULCHERRIMUM FACINUS.] *Facinus* & pro bono, & pro malo facto accipitur. *Pulcherrimum facinus*, quo pene exclamavi prae gaudio, & cognovi, quod patruus tuus uxori tuae Phanio pater ſit.]

34. [ALIQUIN CREDITO, PHORMIO, ESSE CAUSAE.] Quum Phormio faceret quaeſtionem, An veriſimile eſſet, ut illa patrem ſuum neſciret, crede, aliquid eſſe cauſae, cur neſciat ſuum patrem, nec me potuiſſe omnia, quae intus agebantur, ſcire. Huic rei argumenta proferuntur haec, Quod pater Phanii ſit Chremes, ſiquidem creditur patruus.]

45. SUMMA ELUDENDI OCCASIO.] Poſteaquam puellae cogniti ſunt parentes, Phormio conſilium

Digitized by Google

lium reperit, quemadmodum propter argentum, quod Phaedriae datum eſt, ſenes ludat, uti non reddatur. Fingit quippe ſe [Phormio] uxorem eam velle ducere, quae jam ſeparari non poteſt, ut cum illi non dederint uxorem, neceſſario dotem perdant. [Hoc enim dicitur *argentum, quod datum eſt ingratiis*, invits arripietur.]

49. [Hoc qui cogam.] Hoc unde agam & perficiam, ipſa ratione cognovi.]

ACT. V. SCENA VII.

1. DIs magnas merito.] Haec Scena concertationem haber, atque tenet Phormionis, paraſiti & ſenum: illi argentum repetunt, hic pugnat ex pacto, uti aut argentum perdant, aut uxorem dent. Quae res ſtatum continet qualitatis negotialis, qui quidem ita proponitur: *Nam non aequum eſt, me propter vos decipi.*

4. Priusquam dilapidet.] Perdat, conſumat. [Unde *Dilapidatores* dicuntur prodigi & luxurioſi.]

10. Quanta haec mea paupertas.] Fingit ſe fidelem: licet, inquit, paupertas in me ſit, tamen curavi ut ſemper fides ſit.

18. Qui erit rumor.] Cauſam reddit ſenex cur non pacti ſervet, quod rumoris infamiam metuens, puellam de domo noluit ejicere.

22. [Illuditis me.] Accuſativum caſum regit hoc verbum.]

29. Jube rescribi.] Quoniam argenti accepti [opera] per ſcripturam fiebat, [quae vocabatur chirographum] ideo [ait,] *reſcribi*, quod eſt renumerari.

44. Enimvero si odiosi.] Turbatus ſenum iracundia & violentia Phormio, jam vult procedere, quod aliam Chremes habuit [Lemni] uxorem.

45. [Vos me indotatis] Uſus plurali pro ſingulari dixit *indotatis* pro Phanio, quae ſine dote nupſerat. *Dotatis* vero id eſt uxori Chremetis, cui patrocinari volebat prodendo rivalem.]

55. [Ludificamini.] Id eſt, luditis.]

71. [Gladiatorio animo.] Qui etiam perituri alios vulnerant.]

ACT. V. SCENA VIII.

1. QUi nominat me?] In hac Scena reus ſenex fit, quod alia in villa uxorem habuerit. Eſt ſtatus venialis. Accuſatio hinc incipit: *In Lemno, clam te, uxorem duxis.* cujus improbatio magnifice completa eſt. *Et inde filiam ſuſcepit.* Unde indignata hic uxor eſt, & convertitur. Abhinc uſque ad finem continuati pulcherrimus ſtatuum & figurarum ordo contexitur.]

22. [Distaedet.] Valde pudet. Objurgatio indignatione & argumentis plena, quam Demipho deprecatione mitigat.]

25. [Ego, Nausistrata.] Hinc defenſio eſt, cujus rei hoc principium eſt. Subjungitur narratio.

28. [Vinolentus, abhinc annos xvi.] Cum veniali ſtatu, quod *vinolentus* ſit, in qua re ignoratio & obſecratio opponitur.]

31. [Quamobrem te oro.] Quia ille dixit, *annos* xvi. haec collegit: Quid ego ſperare poſſum hunc non peccaturum eſſe circa aetatem, quaſi non illo tempore ſenex fuerit.]

41. [Ad aurem oggannit.] Frequenter in aurem dicat, ignoſce. *Gannitus* proprie vox vulpium.]

46. [Orat; confitetur; purgat.] In poſtrema parte concluſit beneficio. ſiquidem petit, ut ad coenam vocetur.]

65. [Sed ubi est Phaedria, judex?] Proprie *judex*, etſi a muliere eſt dicta ſententia. *Quod is jubebit, faciam.* Aliter enim de patre filius non poteſt judicare.]

Explicit Phormio.

GLOS-

GLOSSARIUM
VOCUM QUARUMDAM
APUD PUBLIUM TERENTIUM,
EX VETERI CODICE.

HEUS, Ohe, Eho, Ehodum, *vocandi.*
Antehac, Quoad, Poſthac, *temporis.*
Uſquam, Uſpiam, Nuſquam, Quopiam, *loci.*
Amabo, Sodes, Hem, Mea tu, *blandientis.*
Pol, Edepol, Caſtor, Hercle, *jurandi.*
Eu, Euge, Eia, Age, Agedum, *hortandi.*
Nullus, *pro non.*
Utut, *qualitercunque.* Ubiubi, *ubicunque.* Cuicui, *cuicunque.*
Heu, Heu, *dolentis.*
Hui, Phy, Papae, *admirantis.*
Vaha, *deridentis vel indignantis.*
Atat, *expaveſcentis.*
Ha ha he, *deridentis.*
Heu heu, au au, *flentis.*
Nequidquam, *fruſtra.* Neutiquam, *nullo modo.*
Itidem, *ſimiliter.*
Apprime, *valde.*
Atqui, *certe.*
Potis eſt, *poteſt:* Pote, *potes.*
Etſi, tametſi, *pro quamvis.*
Qui, *quare vel quomodo.*
Quam, *quantum.*
Maxime, *ſaepe pro libenter.*
Eccum, *ecce eum, vel ipſum.*
Ecca ipſa, *ecce ea ipſa.*
Hicce, *pro hic*, hiccine, *pro hicne:* hiiſce, *pro his:* iſtoccine, *pro iſtone*, hujuſce, *pro hujus:* hiiſcine, *pro hiiſne.*
Illicon', *pro illicone.*
Malum, *interjectio.*
Tute, *tu ipſe.*
Scelus, *quandoque pro ſceleſto.*
Periculum, *pro experientia.*
Res, *pro praediis vel utilitate.*
Facinus, *quandoque factum.*
Mala, *maxilla.*
Dica, *ſcedula.*
Angiportum, *via arcta.*
Occipio, *incipio.*
Ceſſo, *tardo.*
Faxo, faxim, *pro faciam vel fecerim.* Faxint, *facient, fecerint.*
Dedo, *do:* dedim, *dabo:* duint, *dent.*
Sies, *pro ſis:* Sient, *pro ſint.*
Face, *pro fac.* Adduce, *pro adduc.*
Mitte, *pro dimitte.* Rogo, *pro interrogo.*
Offendi, *pro inveni.*
Mane, *pro auſculta.*
Opperior, *exſpecto.*
Percontor, *inquiro.*
Maturo, *accelero.*
Obtundo, *eneco: de magna moleſtia.*
Concedo, *obedio.*
Exigo, *expello & ſperno.*
Arceſſor, *vocor.*
Vereor, *timeo:* Revereor, *obſervo.*
Calleo, *callide ſcio.*
Abnuo, *nego & ſubtraho.*
Refello, *contradico.*
Gannit, *latrat, inaniter loquitur.*
Diſperii, *per Deos perii.*

N 2 Poſterdie,

Poſterdie, *pro poſtridie, hoc eſt, poſtero die.*
Aſtu, *aſtutia vel providentia.*
Aſtu, *pro civitate.*
Miſere, *interdum pro immoderate.*
Praeviſo, *videre deſidero.*
† Sedulo, *intento.* Utiliter, *ſtudioſe.*
Ex animo, *ſine dolo.*
Ambages, *verba fruſtratoria.*
Phalerae, *inſidioſa.*
Clientela, *ſervitium, vel multitudo clientum.*
Conclamatum, *ſatis dictum.*
Faceſſere, *libenter & cum deſiderio facere.*
Id propterea, *propter id.*
Oſtentare, *vane ſe jactare vel oſtendere.*
Propediem, *brevi vel cito.*
Diem, *breve tempus:* Aetatem, *tempus longum ſignificat, adverbialiter.*
Debacchari, *furere, a furore non ceſſare.*
Deſpicatus, *deſpectus.*
Aerumna, *moleſtia vel miſeria.*
Flocci facere, *contemnere, deſpicere.*
Laceſſere, *provocare.*
Suffarcinatus, *ſuccinctus.*
Jurandum, *pro jusjurandum.*
Exemplum facere, *id eſt, poenam conſtituere.*
Poteſſe, potis eſſe, *poſſe.*
Quis, *pro qui.* Quivis, *pro quaevis.*
Quiſnam, *pro quaenam,*
Sycophanta, *pro comedone.*
Succenturiatus, *ſub centuria poſitus.*

† *Sedulo.* Rectius: Sedulo, *ſine dolo.* Ex animo, *ſtudioſe.*

E X P L I C I T.

FRID.

FRID. LINDENBRUCHII OBSERVATIONES IN PUBLII TERENTII FABULAS.

IN ANDRIAM.

PUB. TERENTI, CARTHAGINIENSIS.] Aſſerere hunc titulum Terentio volui, quem in nonnullis exemplaribus ita conceptum reperi. Itaque ſic vocatur a Donato, & a quibuſcunque aliis vitam illius deſcriptam habemus. Fuit alius Terentius Libo, de quo in Prolegomenis: cujus fortean fragmenta ſunt, apud Varr. de L. L. lib. v. *Gaudia ſua ſi omnes homines conferant unum in locum, tamen mea exſuperet laetitia.* Et Gellium Noct. Attic. lib. XVIII. c. XX. *Pallium face ut ſplendeat.* At vero verba illa apud Feſtum in Summuſſi: *Quod potes ſile, coela, occulta, tege, tace, muſſa, mane:* potius Caecilii, quam Terentii eſſe puto.

EX CARTHAGINIENSSS vero hujus ſex, quae reliquae ſunt, Fabulis, quum primum in ſcenam producta eſſet ANDRIA, pronuntiata fuit ANDRIA TERENTI, ut & ADELPHOE. quemadmodum docet Donatus. At in reliquis omnibus nomen auctoris praepoſitum: quod ſcire nos, ſuffecerit. Nam ita nunc quoque edi debere, futilis ratio eſſet. nec puto quemquam adeo inepte religioſum, ut in hoc me erraſſe dicat.

TIBIIS PARIBUS DEXTRIS.] In quibuſdam vett. *Tibiis parilibus*, ut Mar. Victor in Geneſi cap. I.

Noctem interciſas parilem ſecere tenebras.

Quae vero tibiis paribus vel imparibus acta dicatur, explicat Diomedes lib. III. *Cujus rei inditia produnt nobis antiquae Comoediae, in quibus invenimus,* ACTA TIBIIS PARIBUS *aut* IMPARIBUS, *aut* SERRANIS. *Quando enim chorus canebat choricis tibiis, id eſt, choraulicis, artifex continebat; in canticis autem pithaulicis reſponſabat. Sed quod paribus tibiis aut imparibus invenimus ſcriptum, hoc ſignificat, quod ſi quando monodio agebat, unam tibiam inflabat, ſi quando ſynodio, utramque.* Ex Donati ſententia Comoediae agebantur, tibiis aut paribus dextris & ſiniſtris: aut imparibus: videlicet dextris Lydiis, ſiniſtris Serranis. TIBIAE PARES erant, quae uno ſpiratu ſimul animabantur, ut clare nos docet Apuleius Floridor. I. *Primus Hyagnis in canendo manus diſcapedinavit: primus duas tibias uno ſpiritu animavit: primus laevis & dextris foraminibus, acute tinnitu, gravi bombo, concentum muſicum miſcuit.* IMPARES Feſtus dicit, numero foraminum diſcretas. De dexteris & ſiniſtris Varro lib. I. cap. 55. de Re Ruſt. *Dextera tibia alia quam ſiniſtra, ita ut tamen ſit quodammodo conjuncta, quod eſt altera ejuſdem carminis modorum incentiva, altera ſuccentiva.* Et paulo poſt: *Eſt inferior, ut tibia ſiniſtra a dextrae foraminibus.* At de Lydiis & Serranis variat Servius a Donato. Ejus haec verba Aeneid. lib. IX. verſ. 618. BI-

FOREM DAT TIBIA CANTUM. *Tibiae aut Serranae dicuntur, quae ſunt pares, & aequales habent cavernas: aut Phrygiae, quae & impares ſunt, & inaequales habent cavernas. Ergo* AIFOREM, *diſſonum diſſimilemque. Non ſunt pari modulatione compoſitae, ut cum ait Varro: Tibia Phrygia dextra unum foramen habet, ſiniſtra duo: quorum unum acutum ſonum habet, alterum gravem.* Quod ſi Servii ſententia vera eſt, corrigenda quae ſcribit Donatus in Prolegomenis & argumentis, ad Adelphos & Phormionem. At ſi hujus praeponderat, illius vero inclinat, tum emendanda inſcriptio Adelph. & pro SERRANIS legendum IMPARIBUS LYDIIS. quamvis exemplaria omnia Terentii, quotquot vidi, repugnent. *Lydiarum tibiarum* plurimi veterum meminere: etiam Solinus, qui eaſdem quoque *Turarias* vocat, cap. v. Atque ut hae Comoediis adhibitae fuere, ſic Ioniae Tragoediis. Athenaeus Deipnoſ. lib. XIV. pag. 625. *Διόπερ οὐδὲ τὸ τῆς Ἰαστὶ γένος ἁρμονίας, οὔτε ἀνθηρὸν, οὔτε ἱλαρόν ἐστι, ἀλλὰ αὐστηρὸν καὶ σκληρόν. ὄγκον δὲ ἔχον οὐκ ἀγεννῆ, διόπερ καὶ τῇ τραγῳδίᾳ προσφιλὴς ἡ ἁρμονία.*

EGERUNT L. AMBIVIUS. De Aeſopo Comoedo Cicero lib. VII. Epiſt. 1. ad famil. De Roſcio idem lib. IX. ad famil. Ep. 22. & pro Archia. Diomedes Grammat. lib. III. De utroque Quinctilian. Inſtitut. lib. XI. cap. 3. *Roſcius citatior, Aeſopus gravior fuit: quod ille Comoedias, hic Tragoedias egit.* Horat. Epiſt. 1. lib. 2.

clamant periiſſe pudorem,
Cuncti pene patres, ea cum reprehendere coner,
Quae gravis Aeſopus, quae doctus Roſcius egit.

Symmach lib. 1. Epiſt. 31. *In Comoediis ſummatem quidem gloriam ſcriptores tulerunt. Roſcio tamen atque Ambivio, ceteriſque actoribus fama non defuit.* Idem lib. x. Epiſt. 2. *Non idem honos in pronunciandis fabulis P. Pollioni, qui Ambivio fuit: neque par Aeſopo & Roſcio fama proceſſit.*

TOTA GRAECA. Palliata ſcilicet. In his enim, etiamſi Latinae ſint, Graeca omnia ſervantur. Aſcon. Paedian. in Divinat.

PROLOGUS.

16. CONTAMINARI NON DECERE.] Exemplar Bibliothecae Regis Galliarum, *non debere.*

17. FACIUNT, NAE, INTELLIGENDO.] Hieronym. Stridon. Epiſt. de optimo gen. interp. *Faciunt, nae, intelligendo, ut nihil intelligant: & dum alienam imperitiam volunt arguere, ſuam produnt.* Cael. Sedul. ad Macedon. de opere Paſc. *Si qui tamen iſtud objiciant, faciunt, nae, intelligendo ut nihil intelligant.* Vid. Chariſ. Soſip. lib. II. Diomed. lib. 1. cap. 4.

22. UT QUIESCANT, PORRO.] Hieronym. de vita Cleric. *Obſecro ut quieſcant & deſinant maledicere: non enim ut adverſariis, ſed ut amicis ſcripſimus.*

25. UT PERNOSCATIS.] MS. Reg. *Ut pernoſcatis, quid ſp.* V. C. *Ut & is pernoſcat quid* &c.

27. SPECTANDAE, AN EXIGENDAE.] Graeco more hoc dictum videri poteſt. quippe Athenis certi cenſores fuere, qui de Comicis & Comoediis judicarunt. Notat hoc Zenobius in Epicharmo in Adagio: *ἐν πέντε κριτῶν γόνασι κεῖται.* Ubi ſic ſcribit: *εἴρηται δὲ ἡ παροιμία παρόσον πέντε κριταὶ τοὺς κωμικοὺς ἔκρινον.* Idem Suidas. Vid. Scholiaſt. Ariſtoph. in Aves. Et Heſych. in *πέντε κριταί.* Inde apud Johan. Chryſoſtom. Orat. de Epiſcop. *πρὸς τέρψιν ἀκούειν εἰθίσθησαν οἱ πολλοὶ, καθάπερ τραγῳδῶν, ἢ κιθαρῳδῶν καθήμενοι δικασταί.*

ACT. I. SCENA I.

11. SERVIEBAS LIBERALITER.] V. C. *ſerviebas.*

12. SUMMUM PRETIUM.] Dio Pruſaeus *περὶ δουλείας· Φασὶ τὴν ἐλευθερίαν μέγιστον τῶν ἀγαθῶν.* Arrian. Epict. lib. III. cap. XXVI. *ἀγαθῶν σοι δοκεῖ ἡ ἐλευθερία τὸ μέγιστον.* Ulpian. l. 1. ff. de bon. libert. *Grande beneficium, quod in libertos confertur, cum ex ſervitute ad civitatem Romanam perducuntur.* Juſtinian. Imp. Inſtit. Qui & quibus ex cauſ. *Inaeſtimabilis res libertas.* L. 106. ff. de reg. jur. *Libertas pecunia lui non poteſt, nec reparari poteſt.* l. 9. §. 2. ff. De ſtatu liber.

15. ADVORSUM TE.] Priſcian. lib. XIV. Non. Marcell.

16. ISTAEC COMMEMORATIO.] Demoſth. Cteſip. *τὸ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας ἀναμιμνήσκειν μικροῦ δεῖν ὅμοιόν ἐστι τῷ ὀνειδίζειν.* Cicero in Laelio: *Odioſum ſane genus hominum officia exprobrantium, quae meminiſſe debet is, in quem collata ſunt, non commemorare qui contulit.* Auſonius Symmacho. Ep. XVII. *Me & parentem, & amicum, & ſi quid utroque charius eſt, chariorem fuiſſe ſenſiſti. Sed abeamus ab his: ne iſtaec commemoratio ad illam Soſiae formidinem videatur accedere.* † Conferendus cum hoc loco Terentii, conſimilis alius apud

† In priore edit. additum: *Et quon non inibi ſum, non pigebit ex eadem elegantiſſima Epiſtola inſignem maculam eluere, ope MS. codic.*, in qua ſic exſtare legitur: In comitatu tui itineris fui, nedum me peregrinum exiſtimes compoſita fabulatc. *Hactenus fuit*, In comitatu tibi verus fui. *Senſu inſulſo, immo nullo: quod miror a viris doctiſſ. non eſſe viſum.*

apud Salluſt. in Oratione Micipſae, & Corn. Tacit. lib. IV.

24. Excessit ex ephebis.] Gloſſ. ἔφηβος pubis. Xenoph. lib. α. ἐξελθεῖν ἐξ ἐφήβων. Plaut. Mercat. Prol. *Extemplo ex ephebis poſtquam exceſſerit.* Idem Pſeudol. *Edico omnibus pubi praeſenti, in concione, omni populo.* Prudent. in Caſſian.

diſtenti ſemper ephebe.

28. Plerique omnes.] Attica locutio. Priſcian. lib. XVIII. πλείονες δὲ πάντες τοῦτο λέγουσιν ἄνθρωποι. Vid. Serv. Aeneid. I. pag. 181. A. Gell. Noct. Att. lib. VIII. cap. XII.

30. Canes ad venandum.] Horat. de arte, 161.

Imberbis juvenis, tandem cuſtode remoto,
Gaudet equis, canibuſque.

Ubi hunc Terentii locum laudat Acro. Et quidem inſtituto veterum Athenienſium inter alias artes hiſce quoque ludicris ſeſe exercebant nobiliores juvenes. Ariſtotel. Politicor. VIII. Ariſtoph. Pluto. Iſocrates Areopag. τοὺς δὲ βίον ἱκανὸν κεκτημένους περί τε ἱππικὴν, καὶ τὰ γυμνάσια, καὶ τὰ κυνηγέσια, καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἠνάγκασαν διατρίβειν: ad venaturam autem ideo, uti ad belli munia redderentur aptiores. ὅτι ἀληθεστάτη δοκεῖ αὕτη ἡ μελέτη τῶν πρὸς τὸν πόλεμον εἶναι. Xenophon lib. I. de inſtit. Cyri. & Athenaeus Deipnoſ. lib. I. pag. 24. καὶ ἐπὶ κυνηγεσίᾳ δὲ ἐξῄεσαν οἱ νέοι πρὸς μελέτην τῶν πολεμικῶν κινδύνων, καὶ ἐπὶ θήρας παντοίας, ἀφ' ὧν ῥωμαλεώτεροι καὶ ὑγιεινότεροι διετέλουν. ὥς ὁ τε πυργηδὸν σφίας αὐτοὺς ἀρτύναντες, καὶ ἄντιον ἱστάμενοι ἀκοντίζουσιν. Nam & venationem Martis quoddam ſimulachrum vocarunt veteres. Ariſtides Oratione in Minervam pag. 69. Θῆραι τοίνυν καὶ κυνηγέσια ἐστὶ μὲν Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος παιδιὰ, καθίστανται δὲ εἰς τὸ προσήκειν τῇ θεῷ, δι' ἓν μὲν, ὅτι τῆς πολεμικῆς μόριον τέχνης ἐστὶ, μᾶλλον δὲ εἰκών. & quae ſequuntur.

31. Nihil egregie.] Priſcian. lib. VI.

34. Apprime in vita.] Gloſſar. ἐν πρώτοις· *Adprime, imprimis.* Priſcian. lib. III. & XV.

Ne quid nimis.] Aureum ſane dictum! & ab optimis quibuſque auctoribus frequentiſſime uſurpatum: quod Ariſtoteles Rhetoric. 3. Bianti, nonnulli Pittaco, alii Thaleti, vel Soloni, aut etiam Pythagorae, teſte Diogene Laërtio, adtribuunt. Alphaeus Mitylenaeus Anthologiae lib. I. cap. 12.

Τὸ μηδὲν γὰρ ἄγαν, ἄγαν με τέρπει.

Euripides in Hippolyto, οὕτω τὸ λίαν ἧσσον ἐπαινῶ τοῦ μηδὲν ἄγαν. Pindarus apud Plutarchum: Σοφοὶ δὲ καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἔπος αἴνησαν περισσῶς. Menander:

Ἡ δὲ μεσότης ἐν πᾶσιν ἀσφαλέστερον.

Idem: Τὸ μηδὲν εἰκῇ πανταχοῦ 'στὶ χρήσιμον. Plutarch. in Camillo. Ἡ δὲ εὐλάβεια, καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἄριστον. Dionyſ. Halicarnaſ. lib. VIII. pag. 529. Ἔοικέ τε ἀληθὲς εἶναι τὸ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων λεγόμενον φιλοσόφων, ὅτι μεσότητές εἰσιν, ἀλλ' οὐκ ἀκρότητες αἱ τῶν ἠθῶν ἀρεταί. Terentii locum laudat Auſonius in VII. Sophorum ludo:

Ἄριστον μέτρον, an ſit optimus modus.
Dic. annuiſtis? gratiam habeo. perſequar
Per ordinem. Poeta dixe iſthoc loco
Afer videtur veſter, Ut ne quid nimis.
Et noſter quidam, μηδὲν ἄγαν.

Hieronymus Epiſt. ad Demetriad. *Philoſophorum quoque ſententia eſt,* μεσότητας ἀρετάς· ὑπερβολὰς κακίας εἶναι. *quod Latinus ita poteſt ſermo reſonare, Moderatas eſſe virtutes; excedentes modum atque menſuram, inter vitia deputari. Unde & unus de ſeptem Sapientibus* μηδὲν ἄγαν, *id eſt,* Ne quid nimis. *Quod tam celebre factum eſt, ut Comico quoque verſu expreſſum ſit.* Idem Epitaph. ad Nepotian. Auguſtinus de vita beata: *Praeclarum eſt & non immerito diffamatur, hoc primum in vita eſſe utile,* ut ne quid nimis. Alcuinus de arte Rhetorica, pag. 379. Kar. *Intellige Comicum illud proverbium, non ſolum in moribus, ſed etiam in verbis eſſe neceſſarium.* Alc. *Quod nam?* Kar. Ne quid nimis. Alc. *Eſt & vere, & in omni re neceſſarium. quia quicquid modum excedit, in vitio eſt. ideo virtutes in medio ſunt poſitae.*

39. Sine invidia.] Priſcian. lib. I.

41. Obsequium amicos.] Cicero in Laelio: *Sed neſcio quomodo verum eſt, quod in Andria familiaris meus Terentius dixit,* Obsequium &c. Tertullian. Apolog. cap. XIV. *Plane olim, id eſt, ſemper, veritas odio eſt.* Lactant. Divin. Inſtit. lib. V. c. IX. *Tanti & tam pertinacis odii, quam potiſſimum cauſam eſſe dicamus? Utrumne* veritas odium parit? *ut ait Poëta, quaſi divino ſpiritu inſtinctus.* Idem lib. V. cap. XXI. Veritas, *ut eſt veriſſime dictum,* odium parit. Sulpit. Severus Dialog. I. cap. IX. *Quia ſcholaſticus es, non immerito te verſu Comici illius admoneo:* Obsequium amicos, veritas odium parit. Quinctilian. Inſtit. lib. VIII. cap. V. Hieron. adverſ. Pelagian. lib. I. In Epiſtol. ad Galat. lib. II. cap. IV. Auguſtin. Epiſt. XVIII. Caſſiodor. de amicit. Joh. Sariſber. Epiſt. CLXXXVI.

43. Huc viciniae.] In Regio exemplari *Huic viciniae:* quam lectionem veteres agnoſcunt, Chariſius, Priſcianus, alii. Deſumtus autem hic locus ex Antiphane videtur:

Ἐκ γειτόνων αὐτῷ κατοικούσης νέος
Ἰδὼν ἑταίρας εἰς ἔρωτ' ἀφίκετο
Ἀστῆς, ἐρήμου δ' ἐπιτρόπου καὶ συγγενῶν.

Ἦλθες

Ἦθος τὸ χρηστὸν πρὸς ἀρετὴν κεντρωμένης. &c.

47. Parce, ac duriter.] Serv. Aeneid. verſ. *exercet penſo.*

50. Ingenium sit omnium.] Seneca in Epiſt. Juvenal. Satyr. xiv. verſ. 40.

dociles imitandis
Turpibus & pravis omnes ſumus.

Ubi a Scholiaſte hic Terentii locus notatur.

52. Quaestum occipit.] *Quaeſtus* πόρος, πρόσοδος. Unde *Quaeſtuaria*, quae rem corpore quaerit. Gloſſar. *Quaeſtuaria* πρακτικὴ πόρνη. Sic enim locus ille legendus, qui ab aliis neglectus. Ulpian. l. 43. §. 7. ff. de rit. nupt. *Lenas eas dicimus, quae mulieres quaeſtuarias proſtituunt.* Et §. 9. *Corpore quaeſtuariis.* ut l. 4. §. 2. ff. De his qui not. infam. *Quaeſtuaria mancipia.* B. Irenaeus adverſ. haereſ. cap. v. *Hic Selenen quandam, quam ipſe a Tyro civitate Phoenices quaeſtuariam cum redemiſſet, ſecum circumducebat.* Tertull. de Spectac. *Fabri aut quaeſtuariae filius.* Tertullian. de cultu foemin. cap. xii. *Thamar illa, quia ſe expinxerat & ornaverat, idcirco Judae ſuſpicioni viſa eſt quaeſtui ſedere, adeo quia ſub velamento latebat, habitus qualitate quaeſtuariam mentiente, & fecit ut quaeſtuaria, & voluit, & compellavit, & pactus eſt.* Plautus etiam *Quaeſtuoſam* dixit, in Milit. *Sit quaeſtuoſa, quae alat corpus corpore.*

55. Certe captus est!] Serv. Aeneid. xii. *Hoc habet, haec melior.*

61. Quid? symbolam.] Ita MS. quomodo & Plautus in Curcul. *Symbolarum collatores apud forum piſcarium.* Eubulus:

Ὅστις δ᾽ ἐπὶ δεῖπνον ἢ φίλον τιν᾽ ἢ ξένον
Καλέσας, ἔπειτα συμβολὰς ἐπράξατο. &c.

64. Attinere.] V. C. *Attingere.*

72. Chremes, ultro ad me.] Hunc locum Servius explicat Aeneid. ii. verſ. 145.

77. Fere in diebus paucis.] Ita omnes libb. tamen Chariſius diverſam lectionem adfert, lib. ii. in voce *Ferme.*

85. Quid hic mihi faciet, patri?] Cicero lib. ix. Epiſt. vii. ad Famil.

93. Adeo modesto.] Diſcrepant exemplaria Priſciani lib. xiv. *Adeo modeſta, adeo venuſta.*

94. Quia tum.] V. C. *Quae tum.*

98. Percussit illico.] Ita Donatus & vett. omnes. Vulg. *Perculſit.*

102. In ignem posita.] Reg. cod. *Impoſita.*

116. Quid facias illi.] Τί ἂν ποιήσεις ἐκείνῳ, ὃς ἄρα δέδωκεν ἢ ζημίαν, ἢ κακόν; Priſcian. lib. xviii.

120. Instat factum.] Gloſſar. *Inſtat* ἐγχεῖ. & *Inſtantia* ἔνστασις. Scaevola l. 34. ff. de pig. act. *Inſtantia Gaji Sei creditoris.*

125. Prope adest.] Priſcian. lib. xiv.

135. Mihi ut incommodet.] Naturale nimirum ſervis hoc, odiſſe dominos, ut eſt apud Querol. ac damno eos mactare. adeo ut dictum antiquitus fuerit: Quot servi, tot hostes. Feſtus, Seneca Epiſt. xlvii. & ex eo Macrob. Simplicius, Theophilus, Marcellinus in Hermogenem pag. 135. Πονηροὶ τὸν τρόπον (de ſervis loquitur) ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, καὶ ἀκόλαστοι. οὐχ ἥκιστα, ὅτι τοῖς δεσπόταις ἀεὶ ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι, κἂν χρηστοῖς δεσπόταις δουλεύωσιν. Hinc eſt quod ſcribit Vegetius Veterin. lib. i. *Neque enim de damno domini cogitant, quod eidem contingere gratulantur.* Et eleganter Ariſtides Sicula i. pag. 37. Ὅλως δὲ τῇ δούλων φύσει χρωμένους. ἣ καθάπερ τῷ προσρήματι τοῖς δεσπόταις ἐναντία, οὕτω κἂν τοῖς βουλήμασιν. ἀντὶ γὰρ ὧν εὖ πάσχουσι, μισοῦσι, καὶ δίκην ἐθέλουσι λαμβάνειν, ὡς χάριν ἐκτίνειν εἰκὸς ἦν. αὕτη δέ ἐστι μὴ παντάπασιν ἔχειν εὐμενῶς τοῖς δεσπόταις.

140. Spero confore.] Apud Priſcianum lib. viii. *Et id ſpero confore.*

142. Observes filium.] Servius Georg. iv. ad illa verba, *Medus Hydaſpes obſervant.*

ACT. I. SCENA II.

1. Non dubium.] Priſcian. lib. viii.

4. Si sic abierit.] Ut Seneca Epiſt. iii. *Hoc abierit.*

Heri semper lenitas.] Diomedes lib. i. cap. iv. τὸ *ſemper* non habet.

12. Astute. carnufex, quae loquitur!] Serv. Aeneid. xi. verſ. 704.

dolos ingreſſus & aſtu.

17. Sini, animum.] Ita Mſſ. quae lectio Diomedis auctoritate probari poteſt. lib. i. *Sino, ſini.* ut Publius de vita ſua: *Quod ſi me invitum abire ſiniſſet.* Item Scaurus: *Praedium non ſini fieri.* Melius tamen dicitur *ſivi*, ſicut Varro complexionum vi. *Ad mortem non ſivi me producens.* & quae ſequuntur.

18. Nunc hic dies.] Utitur hoc verſu Cicero lib. xii. Epiſt. xxv. ad Famil. Non abſimile proverbium apud Zenob. Ἄλλος βίος ἄλλη δίαιτα.

23. Non? hem.] In Mſ. R. τὸ *hem* deſideratur.

28. Verberibus caesum te in pistrinum.] Lyſias in Apolog. Περὶ τοῦ Ἐρατοσθένους φόνου, pag. 93. Μαστιγωθεῖσαν εἰς μύλωνα ἐμπεσεῖν.

31. Circuitione usus es.] Mſ. *Circumitione.*

34. Tu haud dicas.] Mſ. R. & V. C. *Hoc ſic dices.*

ACT. I. SCENA III.

3. Herum passumdabunt.] Gloſſar. Καταβυθίζω, *Demergo, Peſſumdo. Terentius Andria: Me aut herum peſſumdabunt.*

7. Faciam nuptiis.] Ita liber Regius. alii, *In nuptiis.*

13. Inceptio est amentium.] Jul. Rufin. Rhet. in Paronomaſia.

14. Decrevrrunt tollere.] Hoc ex ritu antiquo intelligendum, quo infans ſtatim atque in lucem editus, humi deponebatur. Idque voluit Soranus Epheſius cap. xvii. *Quare infans dum tangit terram, vocem dat? eo quod inſuetam tangit terram, & tenuis ſpiritus a luce concutitur.* Eo pertinet Statii illud Sylvar. i. 2. 109. *tellure cadentem*

Excepi, gremioque fovi.

Et Sueton. de Nerone cap. vi. *Natus . . . tantum quod exoriente ſole, pene ut radiis prius, quam terra contingeretur.* In quam rem multa ab aliis notata.

20. Atque ipsis commentum.] Quidam libri ſcripti: *Atqui ipſis*, ſed editam lectionem retinet Donatus.

ACT. I. SCENA V.

7. Quia me immutatum.] Al. *Quoniam.*

18. Praeteriens modo.] Priſcian. lib. xv.

21. Obstipui.] Al. *Obſtupui.*

27. Lani passus ast.] V. C. *Liberali.*

31. Dum in dubio est.] V. C. *Cum in dubio.*

36. Ego propter me.] Mſ. *Egone propter.*

41. Haud vereor.] Mſ. R. *Haud verear.*

46. Hanc meritam.] In regio cod. τὸ *Hanc* deſideratur.

52. Illi nunc utraeque inutiles.] Sic ex Mſ. R. editum, quod Pr.ſcianus in parte agnoſcit, apud quem legimus lib. xiv. *Quam illi nunc utraeque res inutiles.*

54. Et ingenium tuum.] Al. *Et genium tuum.*

61. Tibi permitto.] Al. *Committo.*

ACT. II. SCENA I.

1. Hodie nuptum.] In Mſ. R. τὸ *Hodie* deeſt.

3. Spe atque timore.] Seneca Epiſtol. v. *Spem metus ſequitur: nec miror iſta ſic ire. Utrumque pendentis animi eſt, utrumque futuri exſpectatione ſolliciti.* Eleganter Achil. Tatius lib. v. Τὴν ψυχὴν εἶχεν ἐπὶ τρυτάνης ἐλπίδος καὶ φόβου. καὶ ἐφοβεῖτο μὲν τὸ ἐλπίζον, καὶ ἤλπιζεν τὸ φοβούμενον. Virgil. Aeneid. i. 218.

Spemque metumque inter dubii.

5. Quod vis, non potest, velis id.] Auguſtin. de Civit. lib. xiv. cap. 15. *Ut quoniam noluit, quod potuit, quod non poteſt, velit.* Et cap. 25. *Vivat ut vult, quoniam extorſit ſibique imperavit, non velle: quod non poteſt; atque hoc velle quod poteſt, ſicut ait Terentius:* Quoniam non potest id fieri quod vis, id velis quod possis. Idem de vita beata: *Etenim & illa ejuſdem Comici ſententia non minus vera eſt:* Quoniam non potest id fieri quod vis; id velis, &c.

6. Nisi Philumenam.] Auguſtinus de Civit. lib. xiv. cap. 8. *Apud Terentium flagitioſus adoleſcens inſana flagrans cupidine:* Nihil volo aliud, *inquit*, nisi Philumenam. *Quam voluntatem fuiſſe libidinem, reſponſio, quae ibi ſervi ejus ſenioris inducitur, ſatis indicat. Ait namque domino ſuo:* Quanto satius est, te id dare operam, quo istum amorem ex animo amoveas tuo, quam id loqui, quo magis libido frustra accendatur tua?

9. Facile omnes, cum valemus.] Menander:

Πᾶσι παραινεῖν ἢ παθόντα καρτερεῖν.

Philemo apud Stobaeum Serm. ccxliv.

Τὰς ἰατροὺς οἶδ' ἐγὼ
Ὑπὲρ ἐγκρατείας τοῖς νοσοῦσιν ἐν σφόδρα
Πάντας λαλοῦντας.

20. Consilii locum, neque auxilii.] Plautus in Trucul. ii. i. 5. *magiſque*

Adeo ei conſiliarius hic amicus eſt, quam auxiliarius?

26. Quam vellem!] V. C. *Quantum vellem!*

30. Liberi esse hominis.] Ita V. C. alii τὸ *Hominis* non habent Vid. Serv. Aeneid. vi. verſ. 664.

Quique ſui memores.

ACT. II. SCENA II.

2. Ut metum, in quo nunc.] Servius Aeneid. i. ad verſum 720.

6. Aut quo nunc.] Regius liber τὸ *Aut* non habet.

1. Ambo opportune.] Servius Aeneid. xii. verſ. 341.

12. Id paves.] Mſ. R. *peaves.*

23. Atque istuc ipsum.] Priſcian. lib. ii. *Atque hoc ipſum.*

O 24. Ego

24. Ego me continuo.] Sic vett. omnes. tamen Priſcian. lib. vi. p. 62. *Egomet continuo ad Chremem.*

28. Nihil ornati.] Chariſius lib. i. p. 15.

29. Magnum signum.] V. C. *Magnum ſignum eſt hoc.*

31. Conveni Chremis.] Probus in Catholicis, Priſcian. lib. vi. p. 62.

32. Ferre obolo in coenam.] Id eſt, exiguo pretio: idque ſic dictum, ut a Graecis ὀβόλου ἀγοράζεται. Antiphanes apud Athen. Deipnoſ. lib. vii. cap. 17. Ἥκω πολυτελῶς ἀγοράσας εἰς τοὺς γάμους λιβανωτὸν ὀβόλου τοῖς θεοῖς. Sic Plautus in Epidico *Nummo conducere.* Horat. Serm. ii. Satyr. 5. 109. *Nummo addicere.* Scaevola, *Nummo transfigere.* Cujus locum ſic reſtituo ex ſcriptis membranis, l. 3. §. 2. ff. de tranſactionibus: *Debitor, cujus pignus creditor diſtraxit, cum Maevio, qui ſe legitimum creditoris heredem eſſe jactabat, nummo minimo tranſegit.* Hanc emendationem confirmat Ecloga Baſilicor. lib. xi. p. 134. Ἐὰν ὁ λέγων ἑαυτὸν κληρονόμον, διαλυσάμενος λάβῃ χρήματα.

33. Ac nullus quidem.] Priſcian. lib.

ACT. II. SCENA III.

1. Quid igitur.] In vett. codd. nulla hoc loco diſtinctio eſt a priori Scena, ut neque in Reg. exemplari.

3. Ipsus sibi injurius.] Gloſſ. *Injurius* ἄδικος. Priſcian. lib. xiii. p. 154.

5. Ibi culpam in te.] V. C. *Culpam omnem in te.*

20. Patri sic velle.] Mſ. *Velle te.*

27. Hanc fidem sibi.] Priſcian. lib. xiii.

29. Te esse tristem.] Serv. Georg. i. ad verſum 96.

ACT. II. SCENA IV.

3. Meditatus alicunde, ex solo loco.] *Meditatus* ἐσκεμμένος. Et bene *ſolo loco*: Τῆς ψυχῆς γὰρ ἠρεμούσης ἡ γνώμη τελειοῦται. in quam rem a Donato elegans Menandri verſus laudatur. Vid. Serv. ad Virgil. Aeneid. v. verſu 613. Et Aeneid. xi. verſ. 545.

5. Qui differat.] Mſ. *Qui differat.*

6. Modo ut possim.] Mſ. *Modo ut poſſim, Dave.*

ACT. II. SCENA V.

16. Omnes sibi malle.] Salvian. Maſſil. ad Eccleſ. Cathol. lib. iii. *Etiam vulgo dictum eſt, omnes ſibi melius velle, quam alteri. Novum hoc monſtri genus eſt, cuilibet quemquam velle conſulere, tantum ne ſibi.* Hegias apud Suidam: Ἑκάστῳ γὰρ εἶναι τὴν ἔφεσιν τοῦ ἀγαθοῦ πρὸς ἑαυτὸν μᾶλλον, ἢ πρὸς ἕτερον. Menander:

Φιλεῖ ἑαυτοῦ πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα.

18. Memini videre.] Serv. Georg. iv. ad verſ. 127.

ACT. II. SCENA VI.

6. Potin' es mihi verum dicere?] Menander:

Ἀεὶ κράτιστόν ἐστι τ᾽ ἀληθῆ λέγειν.

11. Eam rem reputavit.] V. C. *Eam ſecum ipſe rem recta reputavit via.*

24. Tu quoque perpares.] Priſc. lib. xv.

26. Veterator.] Mancipiorum uſualium duplex genus, novitiorum & veteranorum. Ac plerumque novitia mancipia intelliguntur, quae annum nondum ſervierunt, & propterea rudia ſunt ac ſimpliciora. Veterana autem quae anno continuo in urbe ſervierunt, & id propter aſtuta & callida. Marcianus l. 16. §. 3. ff. de Publicanis. Ulpianus l. 37. ff. de aedil. edict. Hinc itaque verſuti, & multa arte exercitati, *Veteratores* dicti ſunt. Gloſſar. *Veterator.* παλαιομάλωψ, παλίντριψ, τριβακὸς, ἀπατεών. Vid. Feſtus in *Veterator.*

27. Illic est huic rei caput.] Iterum Adelph. iv. 2. 29. *Senſi, quod ego, te eſſe huic rei caput.* Servius Aeneid. xi. verſ. 361.

ACT. III. SCENA I.

14. Hanc simulant parere.] Priſcian. lib. x. pag. 124.

15. Juno Lucina.] In Regio exempl. ut & in aliis Mſſ. ſic erat: *Intus, Juno Lucina.* Sed τὸ *intus* ideo ab exſcriptore additum eſt, ut intelligamus haec poſt ſcenam fieri. ut in Adelph. iii. 4. 40. *Miſeram me, differor doloribus.* nam & hic quoque vet. Cod. addit, *intus.* Itaque huc pertinet verſus Horatii in Arte 182.

nec tamen intus
Digna geri, promes in ſcenam.

Quod frequenter in Comoediis occurrit. Plautus in Aſinaria. - - - - - - - - *immo intus potius.* Caſina: *quod futurum eſt intus, hic memorabimus.* Ciſtellar. *intus conficient negotium.* Perſa: *I intro, amabo, ad coenam.* Terent. Andria: *intus deſpondebitur; intus tranſigetur.* Et alibi non raro. Vid. Serv. Aeneid. vi. verſu 891. Et Jun. Philarg. Georg. iii.

ACT.

ACT. III. SCENA II.

4. DARE BIBERE.] Rectius quod in Mſſ. *dari bibere.* ut G. Fannius apud Chariſ. lib. I. *Domina ejus ubi ad villam venerat, jubebat bibere dari.*

6. PER ECASTOR SCITUS.] Priſcian. lib. XIV.

21. INCIDIT SUSPICIO?] Ita Mſ. & Priſcian. lib. XV. al. *Suſpectio.*

26. HOC EGO SCIO.] Priſcian. lib. VI.

32. JAM PRIMUM HAEC.] Mſſ. *Jam prius haec.*

49. QUID ALIAS MALIM.] Chariſius lib. II.

ACT. III. SCENA III.

6. PER TE DEOS ORO.] Serv. Aeneid. XI. verſ. 537.

23. AMANTIUM IRAE.] Plautus Amphitr. III. 2. 60.

> *irae ſi quae forte eveniunt hujuſmodi,*
> *Inter eos rurſum ſi reventum in gratiam eſt,*
> *Bis tanto amici ſunt inter ſe, quam prius.*

29. DEVICTUM, CHREME.] Mſ. R. *Divinctum, Chremes.*

30. DEIN FACILE.] Al. *Dehinc.*

48. VIDEO IPSUM.] Τὸ *ipſum* in Mſ. R. non eſt.

ACT. III. SCENA IV.

3. EGO DUDUM.] Priſcian. lib. XV. pag. 141.

14. HEM! QUOD DIXTI?] Τὸ *Hem*, in Mſ. R. deeſt.

20. DICAM EADEM ILLI.] Mſ. R. *Dicam idem illi.*

25. HEM ASTUTIAS!] Mſ. R. *Hem aſtutia!*

ACT. III. SCENA V.

2. TAM NULLI CONSILII.] Chariſius lib. II. p. 127. Priſcian. lib. XIII. p. 151.

4. PRETIUM OB STULTITIAM.] Serv. Aeneid. IX. verſ. 232. Et Aeneid. XII. verſ. 352.

8. QUID ME NUNC.] Priſcian. lib. XIII. p. 151.

9. DICAM, ALIQUID JAM.] Mſ. R. *Dicam, aliquid me invent.*

15. QUID MERITUS?] Serv. Aeneid. I. verſ. 519.

ACT. IV. SCENA I.

1. HOCCIN' EST CREDIBILE.] Priſc. lib. XII.

3. MALIS GAUDEANT.] Mſ. R. *Gaudeat.*

EX INCOMMODIS ALTERIUS.] Cicero III. 5. De officiis. *Detrahere igitur alteri aliquid, & hominem hominis incommodo ſuum commodum augere, magis eſt contra naturam, quam mors.*

5. SUA COMPARENT.] Mſ. R. *Ut comparet comm.*

4. RES COGIT.] Mſ. R. *Premit:* ut & in aliis vett.

13. NIHIL PUDET HIC.] Plaut. Epidico. II. I. I.

> *Pleriquе homines, quos, cum nihil refert, pudet:*
> *ubi pudendum eſt,*
> *Ibi eos deſerit pudor; quum uſus eſt, ut pudeat.*

14. NON VERENTUR: ILLIC.] In Mſ. R. τὸ *Non verentur*, non erant: quae neque in Eugraphio.

16. INGERAM MALA MULTA?] Plaut. Pſeudol. I. 2. 125. *Ingere mala multa.* Ps. *Jam ego te differam dictis meis.*

18. DI RESPICIUNT.] Ex formula in notis vett. *DEUS RESPICE NOS.* Plaut. Bacchidibus, IV. 3. 24. *Tace modo. Deus reſpiciet nos aliquis.*

20. DUCERE ISTIS DICTIS.] *Ducere* hic, ut Graecis Ἄγειν Lucian. in Dialog. Jovis & Junon. Καὶ ἄγει σὲ, καὶ φέρει τῆς ῥινὸς, φασὶν, ἕλκων. Idem in Dialogo Hermotimi & Philopſeudſt. Cui ſimile eſt illud Nicetae: Οὐχ ὥσπερ ἀπὸ ῥινὸς, ἀλλ' ἐκ τῶν ὤτων εἷλκε τὸν αὐτοκράτορα.

29. ALTERCASTI DUDUM.] Priſcian. lib. VIII.

43. AT TIBI.] Mſſ. *Ut tibi Di.*

45. INIMICI EJUS VELLENT.] Ita ex Mſ. editum. tamen in Reg. exempl. & aliis τὸ *Ejus*, non habetur.

46. DEFETIGATUS.] Mſſ. *Delaſſatus.*

59. CREPUIT A GLYCERIO OSTIUM.] Cur totiens in antiquorum fabulis haec verba legantur, *fores crepuere*, vel *pulſabo fores*, Plutarchus nos docet in Publicola: Κόπτουσι καὶ ψοφοῦσι τὰς ἑαυτῶν θύρας ἔσωθεν, οἱ προϊέναι μέλλοντες, ὅπως αἴσθησις ἔξω γίνοιτο τοῖς παρερχομένοις, ἢ προεστῶσι, καὶ μὴ καταλαμβάνοιντο προϊούσαις ταῖς κλισιάσιν εἰς τὸν στενωπόν. Optime Helladius in excerptis apud Photium, Biblioth. pag. 875. Ὅτι φησὶ τούτου χάριν κόπτουσι παρὰ τοῖς κωμικοῖς οἱ ἐξιόντες τὰς θύρας, διότι οὐχ ὡς παρ' ἡμῖν νυνὶ τὸ παλαιὸν ἀνεῴγνυντο αἱ θύραι, ἀλλ' ἐναντίῳ τρόπῳ. ἔξωθεν γὰρ αὐτὰς ἀνατρέποντες, ἔνδοθεν ἐξῄεσαν. πρότερον δὲ τῇ χειρὶ ψόφον ἐποίουν κρούοντες, ὑπὲρ τὸ γνῶναι τοὺς ἐπὶ τῶν θυρῶν, καὶ φυλάξασθαι μὴ πληγεὶς ἑτοῖς λάθῃ, τῶν θυρῶν ἀθρόων ἀφιεμένων.

Videlicet domus ita aedificatae fuere, in publicum ut aperirentur: ſed publicae tantum vel nobilium. Conjecturam ſic facere licet ex Ariſt. cum de Hippia ſcribit Οἰκονομικῶν lib. II. cap. 2. Ἱππίας ὁ Ἀθηναῖος τὰ ὑπερέχοντα τῶν ὑπερῴων

εἰς τὰς δημοσίας ὁδοὺς, καὶ τοὺς ἀναβαθμοὺς, καὶ τὰ προφράγματα, καὶ τὰς θύρας τὰς ἀνεῳγμένας ἔξω, ἐπώλησεν. Nam hic differentiatis cauſa, *τὰς ἔξω ἀνεῳγμένας* opponit *ταῖς ἔσω*. Plutarchus in commune de omnibus id ſcribit: *Τὰς δὲ Ἑλληνικὰς πρότερον οὕτως ἁπάσας λέγουσι* &c. ſed Comoediis cum rem probare vult, comicum hoc plane teſtimonium: niſi quod lenonum ſive meretricum aedes hoc modo legantur apertae, quis & ipſae quaſi publicae. Falluntur vero qui pulſandi fores, & ſtrependi diſcrimen confundunt. quod nobis dilucide explicat Scholiaſt. Ariſtophan. in Nubib. *Οὐχὶ κόψω τὴν θύραν.*] *παρατηρητέον ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν ἔξωθεν κρουόντων, κόπτειν λέγουσιν. ἐπὶ δὲ τῶν ἔσω, ἐψόφηκε τὴν θύραν ἐξιών.* Ergo *κόπτουσι* ſive pulſant januam intraturi, *ψοφοῦσι* ſive ſtrepunt qui exituri. Vid. Scholiaſt. Euripid. in Oreſtem. pag. 129. Phot. in Biblioth. pag. 875. Thom. Magiſtrum in *κόπτει τὴν θύραν*.

ACT. IV. SCENA II.

4. Orare jussit.] Priſcian. libb. II. & VI.

5. Hoc malum integrascit.] Ariſtophan. in Veſpis, prope finem: *Τουτὶ καὶ δὴ χωρεῖ τὸ κακόν.*

13. Valeant, qui inter nos.] Serv. Aeneid. lib. XI. verſ. 97. *Salve aeternum mihi.*

19. Asque, atque ego.] Poſtremae duae voces in Mſ. non erant.

21. Non tibi habeo, ne erres.] In Mſ. *τὸ Habeo* deeſt.

27. Non satis habes.] Priſcian. lib. V. *Eho impudens, non ſat habes.*

Dieculam addo.] Chariſius lib. I. *Quid ſi tibi addo dieculam.*

ACT. IV. SCENA III.

Quae nunc una eſt Scena, in vulgatis diviſa erat: ſed quidquid hujus factum, vett. codd. fide factum, quos hic ſequuti ſumus auctores: quamvis Donatus priorem editionem agnoſcere videatur.

1. Nihilne esse proprium.] Menander:

Βέβαιον οὐδὲν ἐν βίῳ δοκεῖ τελεῖν.

Diphilus. *Βέβαιον οὐδὲν ἐστιν ἐν θνητῷ βίῳ.*

Quod imitatur Lucilius apud Nonium:

Nihil eſſe in vita proprium mortali datum.

3. Virum in quovis loco.] *Τὸ Virum* in Mſ. deeſt.

4. Misera quem capit dolorem!] Al. *Laborem, quem capit.*

8. Expromta memoria.] V. C. *Malitia.*

13. Jurandum mihi.] Mſ. R. *Juſjurandum mihi.*

15. Nova nunc religio.] Gloſſ. Lat. *Religiones, ſuperſtitiones.* B. Auguſtinus lib. I. cap. 3. de ordine: *Nihilne mihi, inquit, vel tu qui compuliſti, ad iſta respondes? Cui ego:* Nova nunc religio isthaec in te incessit, cedo? *inquam*, &c.

ACT. IV. SCENA IV.

3. Tun' apposuisti?] Mſ. *Tun' poſuiſti.*

50. Satin' sanus es.] In Mſ. R. *τὸ Es*, deſideratur.

52. Au. concede.] Priſcian. lib. XV.

29. Auferri vesperi?] Priſcian. lib. XV.

30. Cantharam suffarcinatam.] More ſive lege potius Athenis receptum fuit, cum quid natum, quod natum nollent, ut morti id darent, vel alienae miſericordiae exponerent. Ariſtot. lib. VII. Polit. cap. 16. *Περὶ δὲ ἀποθέσεως καὶ τροφῆς τῶν γιγνομένων, ἔστω νόμος, Μηδὲν πεπηρωμένον τρέφειν.* Iſtae expoſitiones *ἐν χύτραις* fiebant, unde *χυτρίζειν*: & obſtetrices quae hoc munus obibant, *ἐγχυτρίστριαι* dictae. Etymolog. magnum, Ariſtophan. Scholiaſt. in Ranis.

Vel etiam in corbibus vel vannis exponebantur infantes, ut Eugraphius obſervavit: nam & quos tollere volebant, in illis ponebant. Scholiaſt. Callimach. Hymn. in Jovem: *Ἐν λίκνοις τὸ παλαιὸν κατεκοίμιζον τὰ βρέφη, πλοῦτον καὶ καρποὺς οἰωνιζόμενοι.* Hinc ergo interpretatio hujus loci petenda eſt. Ceterum ut impium hoc conſilium tanti Philoſophi, inhumanaque ſapientis populi lex, ſic meliore jure Thebani niſi, apud quos capitale erat, partum expoſuiſſe. Aelian. Variar. lib. II. cap. 7. *Νόμος Θηβαϊκὸς, ὅτι οὐκ ἔξεστιν ἀνδρὶ Θηβαίῳ ἐκθεῖναι παιδίον, οὐδὲ εἰς ἐρημίαν αὐτὸ ῥῖψαι, θάνατον αὐτοῦ καταψηφισάμενος*, &c. Ut & apud Romanos L. 4. ff. de agnoſcend. lib. L. 2. & pen. C. de infantib. expoſitis. Unde non minus graviter quam diſerte in eos, qui ſecus faciunt, invehitur Philo Judaeus lib. 2. *Περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων*. qui locus dignus ut cum his conferatur.

31. Suffarcinatam.] Plaut. Curcul. II. 3. 10. *Qui incedunt ſuffarcinati cum libris, cum ſportulis.*

32. Aliquot adfuerunt liberae.] Ut hic, ſic & in l. I. §. 10. de ventr. inſpic. l. 3. §. 5. ff. de Carbonian. dicto, muliebre teſtimonium ſufficit, quoniam virorum propter pudorem non admittitur. Vid. Synopſ. Attaliat. XV. Harmenopul. lib. I. Tit. 6. §. 54. & 52. 53. Ubi Scholiaſt. Graecus: *Ἐπὶ μέντοιγε τοκετοῦ, αἱ τὸν*

τῆς

Digitized by Google

τῆς περιόδου τρίτον φυλάττωνται, δύνανται μαρτυρεῖν. Nam quae integrae famae non eſt, aut palam corpore quaeſtum facit, feceritve non admittitur. l. 3. §. 5. ff. de teſtib.

43. Jocularium in malum.] Ut in Phormione: *Jocularis audacia.* Gloſſar. *Jocularis* γελοιώδης. Cicero de Fato. Amm. Marcell. lib. xx. *Joculares caſus.*

45. An haec tu omnia?] Mſ. R. *An haec tu omnia.*

51. Ne me attingas.] Turpilius apud Nonium, in *Attingas.*

ACT. IV. SCENA V.

3. Honeste pauper vivere.] Ita plerique Mſſ. & Priſcian. lib. v. p. 41. tamen in Mſ. R. *Viveret*, erat.

10. Ut quimus, ajunt.] Apud Zenobium:

Ζῶμεν γὰρ, οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα

Horat. Carm. lib. 1. Od. 24. *Levius fit patientia, Quidquid corrigere eſt nefas.* Ubi vet. Scholiaſt. hunc Terentii locum laudat.

13. Tetuliſſem pedem.] Ita Diomedes lib. 1. ac Mſſ.

14. Dicta est ejus haec.] Variant hic ſcripti codices: *Ejus dicta eſt eſſe haec.* ſed melius quod in Mſ. R. *Semper enim dicta ejus haec, atque habita eſt ſoror.*

18. Defensorem ei.] V. C. *Ejus.*

19. Profecta est illinc.] Mſ. R. *Profecta eſt illinc clam: clamitent*, &c.

ACT. V. SCENA I.

3. Dum studeo.] V. C. *Studui.*

6. Prae studio.] Priſcian. lib. xv.

8. Onerare injuriis.] Plaut. Pſeud. 1. 3. 123.

Aſſiſte altrinſecus, atque onera hunc maledictis.

ACT. V. SCENA II.

3. Adventum, tempus.] Mſ. R. *Adventum ad tempus.*

6. Jam sunt intus.] In Mſ. R. τὸ *Jam* deeſt.

7. Io enimvero.] Mſ. R. *Is enimvero.*

9. Quam dudum, rogem.] V. C. *Quam dudum id rogem.*

15. Videtur esse.] Mſ. *Videtur quantivis p.* Eſt autem Plautina imitatio, in Pſeudol. 1. 2. 9. *At faciem cum aſpicias eorum, haud mali videntur, opera fallunt.*

16. Tristis severitas.] Thraſea apud Tacit. Serv. Georg. iii. ad verſum 37.

amnemque ſeverum.

Et Aeneid. x. verſ. 612.

tua triſtia dicta.

23. Tamen etsi hoc verum? Si. Tamen.] In vett. libb. *Tametſi hoc verum eſt. Si. audin'? quadrupedem.*

27. Ah, ne saevi.] Priſcian. libr. vii. Plaut. Bacchid. iii. 3. 4. *Leniter qui ſaeviunt, ſapiunt magis.* Servius in Aeneid. vi. 544.

ne ſaevi, magna Sacerdos.

ACT. V. SCENA III.

7. Color pudoris signum.] Alexand. Aphrodiſ. Problemat. lib. 1. Διὰ τί αἰδούμενοι ἐρυθριῶσι. Ariſtophan. in Equitib.

ὡς δὲ πρὸς πᾶν ἀναιδεύεται

Κοὐ μεθίστησι τοῦ χρώματος τοῦ παρεστηκότος.

10. Cum summo probro?] In Mſ. R. ſic legitur: *Tamen habere cupias cum ſummo probro.*

20. Domus, uxor, liberi.] Haec ergo cauſarum una eſt, cur filiifamilias ſine conſenſu paterno matrimonium contrahere nequeant: ne videlicet invito patri ſuus heres agnaſcatur. pr. Inſtit. Tit. de nupt. l. 35. ff. de rit. nupt. l. 12. Cod. eod. Quapropter in emancipatis haec ſolemnitas non obſervatur. l. 25. ff. eod.

23. Tamen, Simo.] Mſ. R. *Tandem, Simo.*

ACT. V. SCENA IV.

4. Quid tu Athenas, insolens? Cr. Evenit.] Priſcian. lib. xv. pag. 168.

13. Itane adtemperate.] Mſ. R. *Ita adtemp.*

17. Si mihi pergit.] Alexis:

Τοῦ κακῶς λέγειν γὰρ ἀρχὴ γίγνεται. ἂν δὲ εἴπῃς ἅπαξ,

Εὐθὺς ἀντήκουσας ἤδη, λοιδορεῖσθαι λείπεται.

18. Ego isthaec moveo.] Mſſ. *Metuo*, al. *moneo.*

20. Olim navi fracta.] Priſcian. lib. viii.

30. Arrige auris.] Plautus Rudent. v. 2. 61. *Suo mihi hic ſermone arrexit auris.* hujus locutionis illud Salluſt. apud Diomed. *Arrexit animos militum.*

36. Ne istam multimodis.] V. C. *Sane iſtam multis modis.*

37. Dignus cum tua religione odio.] Ita Nonius Marcell. al. *odium.* Plaut. Trucul. ii. 1. 1. *Haha, hercle quievit, quia introivit, odium.*

38. Nodum in scirpo.] Iſidor. Orig. xvii. cap. 9. *Qui inimicus eſt, etiam in ſcirpo nodum quaerit.*

Digitized by Google

quaerit. Ennodius Epiſc. Ticin. libell. Apol. pag. 350. *Numquam bene nodus in ſcirpo quaeritur.* Vid. Feſtum in Scirpus.

43. Nos oduosre.] Priſcian. lib. vii.

47. Dos est decem talenta.] Alluſit ad hunc locum Sidon. Apollin. lib. ii. Epiſt. xi. *Namque ut familias ſuperiori per filiam ſaltem, quamquam honeſtiſſimam jungeretur, contra rigorem civici moris, ſplendidam ut ferunt, dotem Chremes noſter Pamphilo ſuo dixerat.*

51. Qui?] V. C. ut & Regium exempl. *Qui non poteſt?*

ACT. V. SCENA V.

1. Forsan me putet.] Mſ. R. & V. C. *Forſitan.*

2. Nunc sic esse.] Τὸ *Sic* in Mſ. deeſt.

3. Deorum vitam.] Apollodorus:

Οὐ τῦτο τὸ ζῆν ἐςὶ τὸ καλέμενον
Θεῶν ἀληθῶς βίος. in Heautont *Deorum vitam apti.*

5. Parta est.] V. C. *Parata eſt.*

ACT. V. SCENA VI.

7. Quin eam uxorem.] Mſ. R. *Quin jam.*

10. Conloquar.] Mſ. R. *Adibo & conloquar.*

11. Me in tuis secundis respice.] Sophocles Oedip. Colon.

Εὐδαίμονας γένοισθαι, κἄτ' ἐυπραξίᾳ
Μέμνησθαί μου.

14. Abi domum: propera.] Mſ. R. *Abi domum propere.* Ut Heautont. Act. 2. Scen. 2. *Abi obviam propere.* Et *traduce huc ad nos propere.* Hecyr. Act. 5. Scen. 3. 10. *Propere curre ad Pamphilum.*

17. Ω. Plaudite.] Haec nota in omnibus vett. codd. ut & in Regio exemplari habetur.

Calliopius.] In quibuſdam libb. Calliopos. De Calliopio quaedam Eugraphius. Sed ne amplius nugemur, criticum eum fuiſſe, mea quidem fert opinio, qui haſce fabulas ad priſca exemplaria correxit. Sic Vettius Agerius Baſilius Horatium recenſuit, ut teſtantur vetuſti Codices, in quibus ita ſcriptum: Vettius Agerius Basilius Mavortius V. C. et inl. ex Comm. Dom. Excons. ord. legi et ut potui emendavi. *Nicomachus Dexter & Victorianus* V. V. C. C. Titum Livium: *Julius Celſus Conſtantinus* V. C. & *Flavius Licerius Firminus Lupicinus* Ephemerin Julii Caeſaris. *Flaccus Theodorus Memorialis ſacri ſcrinii* epiſtolarum, & adjutor viri magni Quaeſtoris Sacri Palatii Priſcianum. *Securus Melior Felix Aſper* Com. conſiſt. Rhetor urb. R. Martianum Capellam. uti haec nomina in vetuſtiſſimis ſcriptis codicibus adnotantur. Sic Apuleji Mileſiarum libros, & Apologeticum *Criſpus Salluſtius* quidam *legit, emendavit, & recognovit:* ita enim in antiquiſſimis codicibus legitur, qui Florentiae in Bibliotheca Magni Ducis Hetruriae adſervantur. Ad horum ergo exemplum Calliopius nomen quoque ſuum, ſive verum fictumve hoc ſit, fabulis a ſe recenſitis adſcripſit.

IN EUNUCHUM.

Modos fecit.] Vett. fere omnes & Mſ. R. *Modulavit.* Poſtea, *Flac. Claudi tibiis duabus dextris* &c. Et ſane alieniore loco in vulg. libb. poſita videntur.

Gaio Fannio.] Sic melioris notae exemplaris: in quibuſdam tamen Mſſ. erat, G. Mummio Fannio.

PROLOGUS.

4. Dictum in se inclementius.] Sic Plautus paſſim *inclementer loqui.* Graeci μὴ δικαίως λέγειν. Dio Pruſaeus περὶ βασιλείας. Plautus in Bacchid. *Nerecte.*

8. Ex Graecis bonis.] Hieronym. in lib. Didymi de S. S. *Juxta Comici ſententiam, ex Graecis bonis Latina vidi non bona.*

10. Atque a thensauro.] Ita plurimi vett. in Regio tamen exemplari, *Atque a Theſauro.* Sed *Thenſaurus, Formonſus*, aliaque ſimilia olim dicebant, ut in Pandecte Florentino, Cod. Theodoſ. Schol. Juven. & alibi legitur. *Theſaurum* Menander ſcripſerat, & Philemo: eamque Plautus vertit, ut ipſe inquit, *Trinummum* vocans.

13. In patrium monumentum.] Mos priſci ſeculi, theſauros in monumentis ſepelire: cujus exemplum nobis exhibet hiſtoria Cyri, quam affatim deſcripſit Arrianus Περὶ Α'λεξάν-δρυ

ἄρχω ἀναβάντος lib. VI. In illius monumento inventa fuerunt, ut pauca e plurimis referam, Καὶ τρίποδες, καὶ ἀσπίδες, καὶ ἱμάτια, χρυσοῦ τε καὶ λίθων κολλητά. Quin etiam ex iis, quae Hyrcanus atque Herodes e monumento Davidis abſtulerunt, abunde apparet, quantis cum divitiis ſepultus fuerit. Joſephus enim Antiquit. lib. XVI. cap. II. enumerat: Ἀργυρίου τρισχίλια τάλαντα, κόσμον δὲ χρυσοῦ καὶ κειμηλίων πολύν. Romanis vero legibus interdictum eſt, ne pecunia ſepeliatur. L. 4. §. 6. ff. ad Leg. Jul. pecul. Neve etiam aurum vel ornamenta cum corporibus condantur. L. 14. §. 5. ff. de religioſ. Et in fragmentis XII. Tabb. Quod tamen a ſimplicioribus fieri, Ulpianus d. l. notat. Hinc apud Scaevolam Juriſconſult. in l. fin. §. 2. ff. de auro, arg. *In teſtamento matronae cujuſdam ita cautum fuerat: Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi quaecunque ſepulturae meae cauſa feram, ex ornamentis lineas duas ex margaritis, & viriolas ex Smaragdis.* Vid. l. 113. §. 5. de leg. I. Dein, juris quaeſtio olim fuit, Theſaurus inventus cujus eſſet? Apud Philoſtratum lib. II. Apollonii ſententia obtinuit, ut totus cederet inventori, Ἐκράτησεν ἡ τοῦ Ἀπολλωνίου γνώμη, καὶ ἀπῆλθεν ὁ χρυσὸς, ὡς παρὰ τῶν θεῶν ταῦτα ἔχων. quaſi Dei munus, ut loquitur I. C. Tryphoninus l. 63. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. 2. C. Theod. de Theſaur. Liban. Sophiſta Declam. XI. Θησαυρῷ τις περιπέπτωκε, θεοῦ τὸ δῶρον ἄντικρυς. At jure civili aliter ſancitum: §. 39. Inſtitut. Tit. de diviſ. rer. dict. l. 63. ff. de acquir. rer. dom. Eratque ſive lege ſive conſuetudine receptum, ut quicunque theſaurum inveniſſet, in ſuo aut in alieno, Imperatori ejus indicium ut faceret; ut videmus apud Corn. Tacitum ultimo Annal. ubi Caeſellius Baſſus Neroni expromit, repertum in agro ſuo ſpecum altitudine immenſa, quo magna vis auri contineretur. Et Philoſtrat. in vita Attici, cujus haec ad Nervam Imp. verba referuntur: Θησαυρὸν ὦ βασιλεῦ ἐπὶ τῆς ἐμαυτοῦ οἰκίας εὕρηκα. τί οὖν περὶ αὐτοῦ κελεύεις; quem locum Zonaras in Nerva tranſcripſit, & Photius in Biblioth. Sed id poſtea mandatu D. Hadriani immutatum. Spartian. in Hadrian. & Inſtit. d. loc. Quamvis Calliſtratus l. 3. §. 10. ff. de jur. fiſc. divis fratribus hoc tribuat, quorum conſtitutionibus, quod tunc dubii, nunc certi atque explorati juris eſt. Vid. Novell. Leon. 51.

14. NE FRUSTRETUR IPSE.] Mſ. R. *Fruſtret*, in aliis *fraudet*.

16. DESINAT LACESSERE.] Mſ. R. *Ceſſet laceſſere.*

20. AEDILES EMERUNT.] Diomed. lib. I.

36. CURRENTES SERVOS.] Mſ. R. *diſcurrentes.*

37. MERETRICES MALAS.] Plaut. Captiv. Prol. 57.

Hic neque perjurus leno eſt, nec meretrix mala,
Neque miles glorioſus

Marius Victorin. in Cicer. Rhetor. lib. I. *Terentius meretrices malas, avaros lenones, triſtes ſenes, edaces paraſitos eſſe commemoravit.*

41. NULLUM EST JAM DICTUM, QUOD.] Hunc locum Terentii laudat Hieronym. in Eccleſiaſt. cap. I. ad illa verba: *Quid eſt, quod fuit? ipſum quod erit. Huic quid ſimile ſententiae & Comicus ait:* NIHIL EST DICTUM, QUOD NON SIT DICTUM PRIUS. *Unde praeceptor meus Donatus, cum ipſum verſiculum exponeret; Pereant, inquit, qui ante nos noſtra dixerunt,* &c.

44. CUM SILENTIO ANIMADVERTITE.] Mſ. R. *Animum adtendite.*

ACT. I. SCENA I.

1. QUID IGITUR FACIAM?] Cicer. III. 29. de Nat. Deor. Quinctilian. lib. XI. cap. ult. Horatius Satyr. lib. II. Ecl. 3. 259.

amator
Excluſus qui diſtat? agit ubi ſecum, eat, an non,
Quo rediturus erat non arceſſitus: & haeret
Inviſis foribus: nec nunc, cum me vocet ultro,
Accedam? an potius mediter finire dolores?
Excluſit: revocat. & quae ſequuntur.

Perſius Satyr. V. 172.

Quidnam igitur faciam? ne nunc, cum arceſſat, & ultro
Supplicet, accedam?

3. NON PERPETI.] Aeneid. II. ad verſ. 155.

6. NEQUE PERTENDES.] Chariſ. lib. II. *Neque pol tendes naviter.*

9. ACTUM EST! ILICET!] Chariſ. lib. II.

12. NEQUE CONSILIUM, NEQUE MODUM.] Cicero IV. Tuſcul. *Qui modum vitae quaerit.* Seneca Controv. *Facilius in amore finem impetres, quam modum.* Tacitus Annal. XIII. *In amore & ira, jurgia, preces, exprobratio, ſatisfactio.* Sed unus omnium elegantiſſime expreſſit hunc locum Horat. lib. II. Satyr. 3

20. EGONE ILLAM?] Chariſ. lib. II.

22. FALSA LACHRYMULA.] Verum nimirum quod ait Publ. Syrus in Mimis.

Didicere flere foeminae in mendacium. Vid. Ovid, Petron. & Scholiaſt. Juvenal. Satyr XIII. 133. *Vexare oculos humore coacto.* Serv. Aeneid. II verſ. 196. *Lachrymiſque coactis.* Ubi hic Terentii locus laudatur.

ACT.

ACT. I. SCENA II.

4. TREMO, HORREOQUE.] Chariſ. lib. II.

5. ACCEDE AD IGNEM.] Apul. Mileſ. II. *Quam procul a meo focalo diſcede. Nam ſi te vel modice meus igniculus afflaverit, ureris intime.*

PLUS SATIS.] Quinctilian. lib. IX. cap. 3. Priſcian. lib. XV.

12. PARS AEQUA AMORIS.] Johan. Sarisber. Polycr. VIII. cap. 5.

19. AGE! SED HUC.] In Mſ. alterius lectionis veſtigia extant, *Age ſis huc*, &c. quod verius arbitror.

24. CONTINUO PALAM.] Priſcian. lib. XIV.

25. PLENUS RIMARUM.] Paſchaſius P. P. ad Placidium: *Ille at utar Comici, quia plenus rimarum, veritatem ſcias ſilere noluit.* Vid. Scholiaſt. Horat. lib. II. Satyr. 6.

27. SAMIA MIHI MATER.] Sidon. Apollin. lib. II. Epiſt. 1.

46. INTEREA LOCI COGNOVI.] Chariſ. lib. II.

75. HAUD EGO NESCIEBAM.] Quinctilian. lib. IX. cap. 2. *At ego neſciebam.*

84. IN TE CLAUDIER?] Mſ. R. & vett. codd. *Interclaudier.*

97. SINCERE DICI.] Chariſ. lib. I. & II.

98. LABASCIT.] Diomed. lib. I.

124. ADEO NOBILEM.] Serv. Aeneid. IV. ad verſ. 96.

ACT. II. SCENA I.

1. FAC, STA UT JUSSI.] Diomed. lib. I. cap. 4.

8. MUNUS NOSTRUM ORNATO.] Chariſ. lib. II.

10. MEMINI, TAMETSI.] Mſ. *Aa! memini.*

14. OPUS FACIAM, UT DEFATIGER.] Alexand. Aphrod. lib. II. Problem. Διὰ τί ὁ κόπος ποιεῖ ὕπνον. &c.

16. NIMIS ME INDULGEO.] Mſ. R. *Nimis mihi.*

21. MINUS INEPTUS, MAGIS SEVERUS.] Priſcian. lib. III.

25. HAEC SUPERAT IPSAM.] Priſcian. lib. XV. *Papae! haec ſuperat ipſam.*

ACT. II. SCENA II.

1. HOMO HOMINI.] Symmach. lib. IV. Epiſt. 56. Antiphanes,

Ἀνδρὸς διαφέρει τοῦτ' ἀνήρ.

4. ABLIGURIERAT BONA.] Gloſſar. *Abligurio* καταλιχχίνω. Et *obliguritores* Jul. Firmic. lib. V. cap. 5.

5. VIDEO SENTUM.] Apul. Florid. I. *Vultu ferme trux, hiſpidus, illutibarbus, ſpinis & pilis obſitus.* Vid. Servium lib. III. Aeneid. ad verſ. 594.

ANNIS PANNISQUE.] Hieronym. Epiſt. ad Euſtoch. *Anus quaedam annis panniſque obſita procucurrit.* Jul. Firmic. lib. IV. *Pannis obſitos & pauperes.* Lib. V. cap. 9. *Erunt pauperes, deſpecti, veſtibus & pannis obſiti.* Ammian. Marcellin. lib. XV. *Fruſtis ſqualere pannorum.* Et alibi apud alios.

8. HIC EGO ILLUM.] Priſcian. lib. XIV. & lib. XV.

12. OMNIA HABEO, NEQUE QUIDQUAM.] Libanius Declam. XI. in Paraſito: Ἐλάττου οὐδὲν κεκτημένος, ἐτρύφων οὐδὲν ἀναλίσκων.

NIHIL DEFIT.] Priſcian. lib. V.

13. NEQUE RIDICULUS.] Gloſſ. Latinae. *Scur, qui res ridiculas dicit & facit. Scurra, paraſitus, bucellarius* Plaut. in Capteiv. III. I. 10. *Miſer homo eſt.* Nicolaus apud Stobaeum Serm. LXIV. Δεῖ σκωπτόμενον ἐφ' ἑαυτῷ γελᾷν. Liban. Declam. XI. in paraſito. Ἐπιτήδειος δὲ σκώμματα εἰπεῖν καὶ ᾆσαι μέλος, καὶ ὀρχήσασθαι ὡς ὀλίγοι, καὶ μιμήσασθαι, καὶ τοιοῦτος ἂν ἴσχον ὃ ἐβουλόμην. Vid. Athen. Deipnoſ. lib. VI.

NEQUE PLAGAS PATI.] Axionicus apud Athen. Deipnoſ. lib. VI. cap. 9.

Πληγὰς ὑπομένειν κονδύλων καὶ τρυβλίων

Ὅσων τε. Nicolaus apud Stobaeum Serm. LXIV. Γνάθον ἀκύμαντον, εὐθὺς δυναμένην πληγὰς φέρειν. Plaut. Capteiv. I. I. 20.

Qui colaphos perpeti.
Potis paraſitus, frangique aulas in caput.

Vid. Sidon. Apollin. Epiſt. 13. lib. III.

20. QUIDQUID DICUNT, LAUDO.] Eupolis apud Athen. Deipnoſoph.

ἐπειδὰν
Κᾆτ' ἴδω τιν' ἄνδρ' ἠλίθιον, πλουτοῦντα, δ' εὐθὺς
περὶ τοῦτον εἰμί.
Κἄν τι τύχῃ λέγων ὁ πλούταξ, πάνυ τοῦτ' ἐπαινῶ καὶ καταπλήττομαι,
Δοκῶν τοῖσι λόγοισι χαίρειν.

Inde apud Quinctilian. Declam. CCXCVI. *Quid enim eſt paraſitus, niſi comes vitiorum? turpiſſimi cujuſque facti laudator?* Vid. Joh. Sariſberienſ. Polycrat. lib. III. cap. 4. lib. VIII. cap. 3.

21. NEGAT QUIS? NEGO.] Cicero de Amicitia, cap. 25. *Quid poteſt eſſe tam flexibile, tam devium, quam animus ejus, qui ad alterius non modo ſenſum ac voluntatem, ſed etiam vultum atque nutum convertitur?* NEGAT QUIS? NEGO. AIT? AJO. POSTREMO IMPERAVI EGOMET MIHI OMNIA ASSENTARI, *ut ait idem*

idem Terentini, ſed ille ſub Gnathonis perſona. Vid. Caſſiodor. de amicit. cap. 14.

22. Is quaestus nunc est multo uberrimus.] Menander:

Ὁ βίος μάλιστα τοῖς πονηροῖς ἥδεται.
Πράττει δ' ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων,
Δεύτερος ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τρίτος.

29. Me tanto honore.] Al. *Me eſſe in tantum honorem.*

34. Viden', otium et cibus.] Dionyſius P. P. Epiſt. ad Severum: *Vos otioſi vultis comedere alienum cibum, videte ne in vos illud conveniat:* Vide, quid faciat otium et alienus cibus. In Mſ. R. *ἀντὶ τοῦ faciat*, *facit* erat: ut & poſtea *rogare*, pro *rogitare*.

38. Hies hoc munere.] Priſcian. lib. xii.

40. Summum suum impertit.] Priſcian. lib. viii.

49. Profectus alio fueras.] In multis ſcriptis libris additur, *ſi te non detinuiſſem*. Sed illud emblema eſt manus ſiniſtrae.

57. Militi quae placeant.] Serv. Aeneid. i. verſ. 669. *Nota tibi: & noſtro.*

58. Sed video.] Mſ. *Sed videon'.*

ACT. II. SCENA III.

9. Prasut hujus rabies.] Priſcian. lib. xiv.

10. Senium perdant.] V. C. *Senem omnes perdant.*

12. Quid tu es alacris?] Chariſ. lib. i. Priſcian. lib. iii.

18. Cum in cellulam.] Hieronym. adverſ. Rufin. lib. i.

22. Vincto pectore.] Vet. cod. *Vincto corpore.* Hieronym. de vitanda ſuſpicione, *Papillae faſciolis comprimuntur, & criſpanti cingulo anguſtius pectus arctatur.* Inde apud Feſtum: *Cingulos appellabant homines, qui in his locis, ubi cingi ſolet, ſatis ſunt tenues.*

Ut graciles sient.] Ita Auſonius quoque: ſed Probus Gramm. *Ut gracilae ſient.*

23. Habitior.] Plaut. Epidic. i. i. 8.
Corpulentior videre atque habitior.

24. Tametsi bona.] Mſſ. *Tamen etſi.*

Junceas.] Auſonius Epiſt. 4.
plana ſic junceus alvo.

Prudentius in Eulalia, 131.
carnifices gemini
Juncea pectora dilacerant.

Caſſiod. lib. vii. Var. xv. *Columnarum junceam proceritatem.* Inde & *Ejuncidum ἰσχνότατον.* Gloſſar. & Varro de Re Ruſt. lib. i. cap. 31. Terentii locum imitari voluit Luitprandus Hiſtor. lib. vi. cap. 6. *Teſtes ſunt non ſolum juncearum formarum curatura, ſed & quotidianarum formarum mulieres.*

26. Corpus solidum, et succi plenum.] Ovid. Metam. iii. 397. de Echo: *& in aera ſuccus*
Corporis omnis abit.

In Priapeis:
Quae ſucce caret, utque patris pumex.

Hilar. in vita Honorati: *Specioſa facies, & prius ſucci plena fit plena gravitatis.* Apulejus Apolog. i. *Facies ejus decora, & ſucci palaeſtrici plena.* Sic enim locus ille ex vetuſtiſſimis codicibus legendus. *Succum* eleganter vocant hac in re Latini, quem Graeci *τὴν ὑγρότητα*; nec minus ſcite Arnob. *liquoris foeminei laxitatem.* Et Martial.
Et placide fulget vivus in ore liquor.

Hunc totum vero Terentii locum optime expreſſit Auſonius Epiſtola ad Heſperium: *Si qua tibi in his verſiculis videbuntur, nam vereor ut multa ſint, fucatius concinnata, quam verius, & plus coloris, quam ſucci habere; ipſe ſciens fluere permiſi, venuſtula ut eſſent magis, quam forticula: inſtar virginum,* quas matres student demissis humeris esse, vincto pectore, ut graciles sient. *noſti cetera.* Hieronym. Epiſtola ad Paulum Concordienſem: *Dentes candidi, vox ſonora,* corpus solidum et succi plenum.

27. Clam, vel vi, vel precario.] Vid. Cicero in Topicis, Juſtin. Inſtit. de interdict.

49. Dum haec dicit.] Mſ. R. & V. C. *Dum haec loquitur.*

56. Conclamatum.] Servius Aeneid. vi. verſ. 218. *Pars calidos latices.*

74. Domi videbit: conloquetur.] Achill. Tatius Amor. lib. i. *Αὐτήν σοι δέδωκε τὴν ἐρωμένην ἡ τύχη, καὶ φέρουσα ἴσον ἵδρυσεν.* & paulo poſt. *σὺ δὲ βλέπεις ἀεὶ, καὶ ἀκούεις ἀεὶ, καὶ συνδειπνεῖς, καὶ συμπίνεις.* Et Catullus Lesbiae amicae ita adblanditur:

Ille mi par eſſe Deo videtur,
Qui ſedens adverſus identidem te
Spectat & audit
Dulce ridentem.

82. Neque scit.] V. C. *Sciet.*

85. Quantum potest.] V. C. *Poteſt.*

97. Jubeo, cogo.] Mſ. R. *Jubeo, imo cogo.*

ACT. III. SCENA I.

6. Grata mihi sint, quae.] Cicero apud Ammian. Marcell. lib. xxvii. *Cum nihil ad gratiam faceret, omnia tamen grata viderentur, quae faciebat.*

10. Qui habet salem.] Priſcian. lib. v.

11. Quod in te est.] Acro in Hor. Ep. Od. 11.

19. Perpaucorum hominum.] *Πάνυ παύρων ἀνθρώπων.* Chariſ. lib. ii.

Digitized by Google

21. Ego non flocci.] Mſ. R. *Non* omittit.

23. Elephantis quem Indicis.] Elephantorum praeſtantiſſimi Indici. Achill. Tatius lib. iv. *Ἀλλ' ἴσιν ὡς εἴποι ἐλέφας Αἰγύπτιος, καὶ γὰρ δεύτερος φαίνεται εἰς ἀλκὴν ἐλέφαντος Ἰνδοῦ.* Philoſtrat. de Vita Apollon. lib. ii. *Ὅσον δὲ ἵππου Νισαίου μείζων ὁ Λιβυκὸς ἐλέφας, τοσοῦτον τῶν ἐκ Λιβύης οἱ Ἰνδοὶ μείζους.* Vid. quae notat Donat. & Serv. Georg. i. ad verſum 57. ubi hic Terentii locus laudatur.

25. Eone es ferox.] Ariſtot. Politicor. lib. i. cap. 5. *Ἀεὶ βελτίων ἡ ἀρχὴ, ἡ τῶν βελτιόνων ἀρχομένων: οἷον ἀνθρώπου ἢ θηρίου.*

30. Rhodium tetigerim.] Turpilius: *Quia ſe talento argenti tetigi.* Plaut. Pſeud. iv. 8. 1.

Bene ego illum tetigi.

36. Lepus tute es, et pulpamentum.] Livii Andronici hoc dictum, ut Fl. Vopiſcus auctor eſt in Numeriano: *Ipſi denique Comici plerumque ſic milites inducunt, ut eos faciant vetera dicta uſurpare. Nam &,* Lepus tute es, et pulpamentum quaeris, *Livii Andronici dictum eſt: multaque alia, quae Plautus, Caeciliuſque poſuerunt.*

39. Et fertur in primis.] V. C. *Effertur in primis.*

50. Ubi nominabit.] Cicero lib. i. Epiſt. 9. ad Familiar.

55. Par pro pari referto.] Proverbium vulgi ore ſatis tritum, & quod interpretationem non requirit: cujus tamen occaſione Siculum adagium adnotabo, cujus ignoratione non leves in veteribus libris errores ſubnati. Quod igitur Latini *Par pari*, hoc Siculi *Μοῖτον ἀντὶ μοίτου* dicunt: & *μοῖτον* illis *mutuum* eſt. Varro de L. L. lib. iv. pag. 42. *Si datur, quod reddatur, Mutuum; quod Siculi μοῖτον. Ita ſcribit Sophron, μοῖτον ἀντιθέμενον.* Omnino legendum: *Sophron, μοῖτον ἀντὶ μοίτου.* Siculam vocem etiam Heſychius agnoſcit, ſed pariter ac Varro mendoſus. *Μοιτοὶ, ἔντοιμοι, παροιμία Σικελοῖς. ἡ γὰρ χάρις μοιτὸν ἀνόχαριν.* Quae verba ſic reſtituenda: *Μοῖτος ἀντὶ μοίτου, παροιμία Σικελοῖς, ἡ γὰρ χάρις, μοῖτος. Μοῖτον, ἀνόχαριν.* Aliter haec Scaliger ad Varron. lib. iv. emendare tentat, ſed meo judicio, irrito conatu. Itaque Lucianus in Imaginibus pag. 562. *Μῦθον ἀντὶ μύθου ἀμείψαι, αὐτῷ τῷ μέτρῳ, φασὶν, ἢ καὶ λώιον. Sermonem penſabis ipſa menſura, quod ajunt, aut etiam cumulatius:* dubio procul *Μοῖτον ἀντὶ μοίτου ἀμείψαι*, id eſt *Par pari referre*, & quae ſequuntur, ſcripſit.

58. Jam dudum te amat.] Servius Aeneid. iv. ad verſum 1.

ACT. III. SCENA II.

2. Thais mea.] Priſcian. lib. xiii.

10. Bene fecisti.] Mſ. R. *Bene pol feciſti.*

15. Perpulchra credo dona.] Priſcian. libr. xiv. *Perpulchra credo munera.*

18. Ex Aethiopia est.] Servius Aeneid. i. 647. *Iliacis erepta ruinis.* Junius Phylarg. iv. 293. Georg *Uſque coloratis.*

24. In musicis.] Lucian. in Amoribus, *Κἂν εἰς Μουσικοῦ δέοι φυλῆν, ἐμμελὴς λύρα*, & quae ſequuntur.

Quae liberum scire.] Lucian. in Amoribus, *Τὸ σῶμα ταῖς ἐλευθερίοις ἀσκήσεσιν ἐκπονεῖ.* quinimo vid. totus locus, nam huc commode facit.

36. Infra omnes infimos.] Priſcian. lib. xiv. Plaut. Stich. iii. 2. 37. *Infimatis infimus.*

38. E flamma cibum.] Homerus apud Sueton. in Tiberio cap. 21. Lucilius apud Nonium Marcell. in *MORDICUS*. *Mordicus petere aurum ex flamma expediat, e coeno cibum.*

41. Haud convenit.] Mſ. R. *Non convenit.*

53. Domi adsitis.] Mſ. R. *Domi ut aſſitis.*

ACT. III. SCENA III.

2. Dabit haec Thais mihi magnum malum.] Menand.

Κακόν τι μοι μέγα δώσει.

5. Roget quis.] Mſ. R. *Si roget quis.*

7. Rem divinam fecisse.] Mſ. R. *Feciſſe ſe.*

14. Sperat se a me.] V. C. *Sperat ſe poſtea a me.*

21. Majuscula est.] Priſcian. lib. iii.

24. Ecquis hic.] Mſ. R. *Ecquis hic eſt.*

26. Insidias fieri.] Menandri dictum forſan in mente habuit:

Τότε τὰς γυναῖκας δεδιέναι μάλιστα δεῖ,
Ὅταν περιπλάττωσι τοῖς χρυσοῖς λόγοις.

32. Deduce ad militem.] Mſ. R. *Deduc ad militem.*

ACT. III. SCENA IV.

1. Cœnimus Piraeeo.] Ideo nempe in Piraeeo, ut rectius, quae ad convivium neceſſaria, praeſtinarentur: quandoquidem rerum ibi venalium magnus proventus, ac velut *δεῖγμα.*

μα. Schol. Ariſtoph. in Equitib. Plaut. Bacchid. II. 3. 1.

Ibo in Piraeeum, viſam, ecquae advenerit
In portum ex Epheſo navis mercatoria.

Idem in Moſtellar. I. I. 63.

ego ire in Piraeeum volo,
In veſperum parare piſcatum mihi.

2. De symbolis essemus.] Ut Graeci ἀπὸ συμβολῆς δειπνεῖν. Euſtat. in Homer. Vid. Zonar. in Canon. LV. Laodic. pag. 359.

3. Dati annuli.] In ſponſionibus annuli olim dati. Plinius lib. XXXIII. cap. I. *Ad ſponſiones etiamnunc annulo profiliente.* l. 17. §. 5. ff. de praeſcr. verb. l. 11. §. 6. ff. de act. emp. & vend. l. 5. §. 15. ff. de inſtit. action. Sic Athenis Atticis, qui judicio ſe provocabant, annulos invicem deponebant. Demoſth. Πρὸς πανταίνετον: παρακαλῶμαι σὺ ταυτί, δέχομαι. φέρε τὸν δακτύλιον. λάβε. τίς δ᾽ ἐγγυητής;

7. Idque adeo visam.] Mſ. R. *Ibo ad eum, viſam.*

Quisnam hinc.] Mſ. R. *Sed quis nam.*

10. Sciscitari.] Priſcian. lib. VIII.

ACT. III. SCENA V.

10. Quod sibi.] V. C. *Aut quid ſibi.*

13. Nemo 'st hominum.] Mſ. R. *Nemo 'ſt omnium.*

23. Tacitus, citius.] V. C. *Tacitus ſis, citus.*

24. Cum eo mutem.] Mſ. R. *Cum illo mutem.*

32. Terram intuens.] Pudoris hoc ſignum & verecundiae. Alexandr. Trallian. lib. I. Problem. Achill. Tatius lib. VIII. Καὶ ὁ Λευκίππη δὲ τὰ πολλὰ εἰς γῆν ἔβλεπεν, &c.

34. Haec adornant, ut lavet.] Vid. Junius Philarg. Georg. III. 305.

36. Suspectans tabulam.] Auguſtin. Hipp. Ep. CCII. *Revera Terentianus ille adoleſcens, qui ſpectans tabulam pictam in pariete, ubi pictura inerat de adulterio regis Deorum, libidinem qua rapiebatur ſtimulis etiam tantae auctoritatis accendit: nullo modo in illud flagitium concupiſcendo laberetur, vel perpetrando immergeretur, ſi Catonem maluiſſet imitari, quam Jovem.* Idem Terentii hunc locum in eandem rem laudat Confeſſion. lib. I. c. 16. & de Civit. Dei lib. II. cap. 7.

37. Quo pacto Danaae misisse.] Ita omnes ſcripti ac vulgati libri: nec aliter ab Auguſtino adducitur hic locus lib. II. cap. 7. de Civit. Dei. Fabula nemini veterum Mythiſtoricorum praetermiſſa. Vid. Zenob. in proverb. Ἅιδος κυνῆ. Georg. Cedren. p. 17.

38. Ludebat jam olim.] Nequiore ſignificatu hic τὸ *Ludere* ſumitur, ut & in illo, *Ede, bibe, lude*, &c. Sic Graeci παίζειν. Arrian. lib. I. Alexand. Ἀναβάσεως: Τὸ παῖζε ῥαδιουργότερον ἐγγεγράφθαι ἔφασαν, τῷ Ἀσσυρίῳ ὀνόματι.

40. Atque in alienas.] Mſ. R. *Et in alienas.*

41. Fucum factum.] Sic vett. & Acro ad Horat. lib. II. Sat. 2. Placidus Lactant. tamen in Stat. legit *Furtum factum:* quod pro vero nolim probare. licet nihil frequentius, quam *furtum* amoris gaudia illicita vocare. Petron. cap. 106. *Ergo amor furtum potius, quam praemium erit?* Statius in Achill. I. 640.

denſa noctis gaviſus in umbra
Tempeſtiva ſuis torpere ſilentia furtis.

43. Ego homuncio hoc non facerem?] Elegans locus Ariſtophan. in Nubib.

Μοιχὸς γὰρ ἢν τύχῃς ἁλούς, τάδ᾽ ἀντερεῖς
πρὸς αὐτόν,
Ὡς οὐδὲν ἠδίκηκας· εἶτ᾽ εἰς τὸν Δί᾽ ἐπανενεγκεῖν.
Κἀκεῖνος ὡς ἥττων ἔρωτός ἐστι, καὶ γυναικῶν
Καί τοι σὺ θνητὸς ὢν, Θεοῦ πῶς μεῖζον ἂν δύναιο;

Atque hoc eſt quod Dionyſ. Halicarn. lib. II. ſcribit, Deos Graecorum malis hominibus occaſionem ſaepe praebere turpiter nequiterque faciendi. Ejus verba prudentiae non minus, quam elegantiae plena haec ſunt: Ὁ πολὺς καὶ ἀφιλοσόφητος ὄχλος ἐπὶ τὰ χείρω λαμβάνειν φιλεῖ τὰς περὶ αὐτῶν (θεῶν) λόγους. καὶ πάσχειν δυοῖν θάτερον, ἢ καταφρονεῖν τῶν θεῶν, ὡς ἐν πολλῇ κακοδαιμονίᾳ κυλινδουμένων, ἢ τῶν αἰσχίστων τε καὶ παρανομωτάτων μηδενὸς ἀπέχεσθαι θεοῖς αὐτὰ προσηκόμενα ὁρῶν. Ion. apud Euripid.

οὐκ ἔτ᾽ ἀνθρώπους κακῶς
Λέγειν δίκαιον, εἰ τὰ τῶν θεῶν κακὰ
Μιμούμεθ᾽ ἀλλὰ τοὺς διδάσκοντας τάδε,

Unde Seneca de Brevit. vitae cap. 16. *Quid aliud eſt vitia noſtra incendere, quam auctores illis inſcribere Deos, & dare morbo, exemplo divinitatis, excuſatam licentiam?* Videndus idem de Beata Vita cap. 26.

44. Arcessitur lavatum.] Priſcian. lib. IX.

45. It, lavit.] Mſ. R. *Iis, lavit.*

53. Limis specto sic.] Limi oculi proprie amatorum. Quinctilian. lib. XI. cap. 3. *Quadam voluptate ſuffuſi, aut limi, &, ut ſic dicam, Venerei.* Vetus Poëta:

Non laudo os: namque eſt vaniloquum & fatuum.
Non oculos: etenim ſunt luſci oculi atque patrantes.

Adamant. lib. I. cap. ult. Ἔνιοι δὲ τὰ μέσα τῶν βλεφάρων καθέλκουσι, τὰ δὲ ἑκατέρωθεν ἀναπτῶσι, καὶ ἅμα ἰλλώπτουσι, οὓς καὶ αὐτοὺς μοιχικοὺς λέγων, οὐκ ἂν ἁμάρτῃς. Apuleius Mileſ. II. de Photide: *Ad me converſa limis & morſicantibus oculis.* Hinc

P 2 Varro

Digitized by Google

Varro apud Nonium in voce Strabones. *Multi enim qui limina intrarunt integris oculis, ſtrabones ſunt facti. habet quiddam enim ἐλκυστικὸν provincialis formoſula uxor.* Et Venus ipſa ſtraba fingitur. In Diſſertatione Hadriani & Secundi Philoſophi, ſive Epicteti: *Quare Venus ſtraba eſt?* Ep. *Quia pravus eſt amor.*

56. Quid tum? fatue.] Servius Aeneid. lib. iv. ad verſum 166.

ACT. IV. SCENA I.

8. Sermonem occipit.] V. C. *Incipit.*

ACT. IV. SCENA II.

1. Dum rus eo.] Servius ad vii. Virgil. verſ. 30.

4. Dum haec puto.] Mſ. R. *Reputo.*

7. Ad ipsum veni diverticulum.] Gloſſarium. vet. *Καταγωγεῖον diverſorium, diverticulum.*

12. Extrema linea.] Chariſ. lib. ii.

ACT. IV. SCENA III.

3. Ludificatus est virginem.] Priſcian. lib. viii.

22. Ne audivi quidem.] V. C. *Audiſti.*

22. Amatores mulierum esse.] Inde Hieronym. ad Demetriad. de Eunuchis: *Truncatorum corporum violentam pudicitiam*, dixit. Et D. Petr. Chryſolog. Serm. lvi. *Invitam caſtitatem.* Bene autem hanc ſalacitatem Eunuchorum deſcribit Arnob. adverſ. gent. lib. v. *Quaſi vero affectis corporalibus his damnis fiant languidioris audaciae, & non quotidie videamus eos, qui ſibi demeſſuerint has partes, majoris petulantiae fieri, atque omnibus poſtpoſitis pudoris & verecundiae frenis, in obſcoenam prorumpere vilitatem flagitiorum confeſſione vulgata.*

24. Sed nihil posse.] Alexand. Aphrod. Probl. lib. i. de Eunuchis. *Οἵτινες φυλάζονται μὲν τὴν χρῆσιν, οὐκ ἐκγυῶσι δὲ τὴν ἐπιθυμίαν.* Ariſtenaet. libr. i. Epiſt. 21. *Καθάπερ εὐνοῦχος τὰ ἐρωτικὰ περιεργαζόμενος καὶ λιχνεύων.* Eccleſiaſt. cap. 30. *Quaſi ſpado complectens virginem, & ſuſpirans.* Unde apud Sopatrum in Hermogen. quaeritur pag. 93. 223. Eunuchus ſi cum muliere rem habeat, adulterium ne committat. *Πῶς γὰρ ἂν εὐνοῦχος μοιχεύσειεν, ὁ μὴ χρῆσθαι δυνάμενος, μὴ δὲ τὸ γένος ἀμφίβολον τῇ συνηθείᾳ ποιῶν.* Sed voluntatis reos eſſe, non etiam facti, Donati ſententia eſt: *Μηδὲν διαφέρει πρὸς τὸ εἶναι αὐτὸν μοιχὸν εἴτε δυνατὸς χρήσασθαι, εἴτε μή· τὴν γὰρ προαίρεσιν ἐξετάζειν δεῖ.* Auguſtini Epiſc. locus huc pertinet lib. vi. contra Julian. Pelag. cap. 5. *Ut concupiſcere viventis ſentientiſque naturae eſt, ita ut non deſit concupiſcentia, quam ſpadonum quoque caſtitas frenat, minus quidem laborioſa: quia ubi materiam de qua operetur, non invenit, minus adverſus eam libido conſurgit. Eſt tamen pudiceque comprimitur, ne concumbendi quamvis irritus ipſe conatus in eam turpitudinem veniat, propter quam Callizonum Valentiniani junioris eunuchum gladio novimus ultore punitum, meretricis confeſſione convictum.*

ACT. IV. SCENA IV.

6. Ornarat fugam.] V. C. *Adornabat.*

13. Aut ne comparandus.] Priſc. lib. xv.

21. Virtus, vetus.] Vid. Feſt. & Porphyr. ad Horat. Oden xii.

22. Quae haec est.] In Mſ. R. Τὸ *Eſt*, deſideratur.

23. Egomet nesciam.] Mſ. R. *Ego neſciam.*

30. Fraternae Do. ita.] Priſcian. lib. xv.

47. Modo ait, modo negat.] Priſcian. lib. xv.

53. *Cenaes, Dorias?] V. C. *Suades, Dorias?*

55. Quod scis, nescis.] V. C. *Quod ſcias.* Sic in Heautont. iv. 4. 26.

Tu neſcis id, quod ſcis.

Plautus in Milite ii. 6. 88.

Nae tu hercle, ſi te Dii amant, linguam comprimes
Poſthac: etiam illud, quod ſcies, neſciveris:
Ne videris, quod videris.

Johan. Sariſber. Epiſt. clxxxvi. *Comicum illud fere in omnium volveretur animis, Quod ſcio, neſcio.*

59. Tu fer aurum.] Mſ. R. & V. C. *Tu auſer aurum.*

ACT. IV. SCENA V.

5. Pol multo hilarior.] Ita omnes libri ſcripti: Donatus tamen Alacrior legiſſe videtur.

6. Sine Cerere et Libero.] Cicero de Natur. Deor. lib. ii. 23. *Fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum; ex quo illud Terentii*, Sine Cerere et Libero friget Venus. Minucius in Octavio 21. *Comicus ſermo eſt, Venerem ſine Libero & Cerere frigere.* Hieronym. Epiſt. ad Furiam: *Etiam Comicus, cujus finis eſt, humanos mores noſſe atque deſcribere, dixerit:* Sine Cerere et Libero

friget

FRIGET VENUS. Theo in Arat. Καὶ ὀρθῶς Διόνυσος καὶ Ἀφροδίτη λέγονται μετ' ἀλλήλων εἶναι, &c. Euripides:

Οἴνου δὲ μηκέτ' ὄντος, οὐκ ἔστιν Κύπρις.

Achaeus apud Athenaeum lib. VI. cap. 20.

Ἐν τῇ κενῇ γὰρ γαστρὶ τῶν καλῶν ἔρως
Οὐκ ἔστι· πεινῶσιν γὰρ ἡ Κύπρις πικρά.

Achilles Tatius Amor. lib. II. Οἶνος γὰρ ἔρωτος τροφή. Pulchre Apulejus Mileſ. lib. II. *Ecce, inquam, Veneris hortator & armiger Liber advenit ultro. vinum illud ſorbeamus hodie omne, quod nobis reſtinguat pudoris ignaviam, & alacrem vigorem libidinis incutiat: hac enim ſitarchia navigium Veneris indiget ſola.* Vid. Fulgent. Mythol. lib. II. Serv. Aeneid. I.

7. AN ABIIT?] V. C. *Anne abiit?*

9. ABIENA MIHI INNUIT.] Inter ſigna, quibus meretrices ſuis ſe amatoribus adprobare nituntur, oculorum hi nutus, quos νεύματα δόλια Cyrillus vocat, maxime obſervantur. Ennius apud Iſidor. Origin. lib. I. cap. 25.

Alium tenet, alii adnictat, alibi manus
Eſt occupata.

Id propter non neglexit Plautinus Diabolus, dum amicae leges praeſcribit, in Aſinaria IV. I. 39.

Neque illa ulli homini nutet, nictet, annuat.

Sic amatorium erat, os alicui ad ſuaviandum formare. Apulejus in Mileſ. vel in convivio extrema parte potionis communicare, ſive ut ait Sophocles in Ajace, Ὁμιλεῖν βαθείαν τέρψιν κυλίκων. apud Plaut. & Petron. Arbitr. Unde apud Fortunatianum: *Meretrix ex tribus amatoribus alium oſculata eſt, alii reſiduum poculi dedit, alium coronavit. Contendunt quem magis diligat.* Quod ipſum Photius ex Jamblichi ἐρωτικοῖς refert Biblioth. pag. 533. Καὶ ἔρις τριῶν ἐραστῶν γίνεται . . * . . ὅτι τῷ μὲν ἡ Μεσοποταμία τὴν φιάλην, ἐξ ἧς ἔπιεν, ἔδωκε. τῷ δὲ τὸν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐξ ἀνθέων ἀφελομένη στέφανον περιέθηκε, τὸν δὲ ἐφίλησε. De coronis ſimiliter cavit adoleſcens in Aſinaria IV. I. 58.

Tum ſi coronas, ſerta, unguenta juſſerit
Ancillam ferre Veneri aut Cupidini,
Tuus ſervus ſervet, Venerine eas det, an viro.

Haec ergo ſub Veneris ſigno militantium velut παρασημεῖα Chremes, ut ſimplex ac ruſticua, minime ſe intellexiſſe fatetur, ideo a Stratonico στρατιωτικῶς etiam tractatur.

52. SED ECCAM IPSAM.] Mſ. R. *Sed eccam ipſam video.*

UBI EGO HUIC.] V. C. *Ubi ego hinc.*

ACT. IV. SCENA VI.

5. TE IPSUM EXSPECTABAM.] Mſ. R. *Te ipſum exſpecto.*

15. CUM MONUMENTIS.] Infantes antiquitus, cum alienae miſericordiae exponebantur, moris erat ἐπωνύμοις quibuſdam donis muneratos, eos relinquere: quae Graeci γνωρίσματα, Latini *Crepundia* vel *monumenta* vocant. Plaut. Rudent. IV. 4. Velut Apul. in Apol *Crepundia ſacrorum* dixit, quae ibidem *monumenta*, *ſigna*, & *memoracula ſacrorum* vocat. Idcirco vero dabantur, ut eſſent ſigna, quibus meliori tempore agnoſcerentur: quod nemini ignotum eſſe poteſt, qui antiquorum fabulas legit, & Heliodorum, Longum, Parthenium, Phleg. Trallianum, Neronis Troica apud Servium, Aeneid. v. Sic Fauſtulus, ut monumentum aliquod exhiberet agnitionis Remi & Romuli, Τὸ γνώρισμα τῆς ἐκθέσεως τῶν βρεφῶν τὴν σκάφην ἀναλαβὼν ἔθεεν εἰς τὴν πόλιν. Dionyſ. Halicarn. libr. I. pag. 69. At vero non ſic tantum cum munuſculis, immo etiam inuſtis in cute notis ſaepiſſime abjiciebantur, agnitionis indicium praebituris. velut de Oedipo legimus apud Mythologos, & Trogi Juſtinum lib. XLIV. 4. de Habid. *Tunc & lineamentorum ſimilitudine, & notis corporis, quae inuſtae parvulo fuerant, nepos agnitus.* Quod ideo monendum puto, quia ab omnibus, qui hac de re ſcripſerunt, id neglectum video. Ceterum quibus cum pueri ludunt *crepundia*, Graecis σπάργανα ſunt: ut etiam in actis Concilii Chalcedon. Καὶ ὁ μὲν ταπεινότης τοῦ βρέφους διὰ τὴν τῶν σπαργάνων ἐνδείξιν ἐπιγνώσκεται. eaque perinde ac nunc quoque, e collo pueris pendere ſolebant. Plaut. Milite v. verſ. 6.

Ut faciam quaſi puero in collo pendeant crepundia.

Adhelmus de Virginitate: *Crepundia collo gemmiferis lunulis pendentia.*

16. IN RISCO.] Gloſſar. Λάρναξ, *Arca*, *Riſcus*, Gloſſae Latinae: *Scrinium*, *riſcus*.

23. TO QUOD CAVERE POSSIS.] Menander apud Stobaeum:

Εὐήθεια μοι φαίνεται δηλουμένη,
Τὸ νοεῖν μὲν ἃ δεῖ, μὴ φυλάττεσθαι δ' ἃ δεῖ.

Auguſtin. de Vita beata: *Veriſſima eſt illa ſententia:* NAM TU QUOD VITARE POSSIS, STULTUM ADMITTERE EST.

25. TRANSCURRO AD FORUM.] In foro nimirum cauſidici obambulabant, exſpectantes cui advocationem, linguaeque venale ſervitium venderent. De hiſce forenſibus Cerberis Ammian. Marcell. lib. XXX. *Videre eſt per eos omnes tractus*

violenta & capaciſſima genera hominum, per fora omnia volitantium &c. Juſtinian. Conſt. de novo Cod. fac. & alibi paſſim. Atque inde etiam ἀγοραῖοι vocantur, licet Oecumenius παρὰ τὸ ἀγορεύειν, ὅ ἐςι δημηγορεῖν, eos dictos velit. In Act. Apoſtolor. cap. κθ.

26. NOBIS IN TURBA HAC.] Mſ. R. *Advocatos nobis. Th. mane, mane.*

ACT. IV. SCENA VII.

2. SIMALIO, DONAX.] Mſ. R. & vett. libb. *Dorax*: ut & in ſcriptis exemplaribus Priſcian. lib. VII. pag. 766.

3. RECTE. PROBE. PULCHRE.] Vid. Joh. Sariſberienſ. Polycrat. lib. VI. cap. 30.

7. PENICULONE PUGNARE.] Gloſſar. *Peniculum* σπογγίον, σπογγάριον: quo quidem ad vulnera ſive abſtergenda, ſive obliganda uti ſolere, ex medicorum libris ſatis notum. Apulejus Mileſ. I. *Quod vulnus, qua maxime patebat, ſpongia offulciens.* Auſon. Idyll. XI. Praefat. *Impingas ſpongiam.* Et apud Plautum Menaech. I. I. I. paraſitus *Peniculum* ſe vocari dicit, *quod menſam, quando edit, detergeat.* Arrian. Epict. lib. III. cap. 26. Ἆρον τὰς τραπέζας, σπόγγισον. Ulpian. l. 12. §. 21. ff. de inſtr. & inſtrum. *Perticae, quibus araneae deterguntur: item ſpongiae, quibus columnae, pavimenta, podia extergantur.* Hic ergo primus uſus ſpongiarum. Dein, certa quadam arte coactis, καρδιοφύλακος loco illis utebantur. Ariſtophanes Ranis:

Εἶτε μοὶ πρὸς τὴν καρδίαν σπογγιάν.

Ridicularia ſunt quae ſequuntur, & nimia ut hic perſcribantur. Quae vero ex Livio, Tertulliano, Ariſtaeneto, aliis addi poſſent, jam pro compertis habentur.

9. ABSTERGEREM VULNERA?] Priſcian. lib. IX.

10. SOLUS SANNIO SERVAT.] Ammian. Marcell. lib. XIV. *Ne Sannione quidem, ut ait Comicus, domi relicto.*

15. QUOD TIBI NUNC VIR VIDEATUR ESSE HIC, NEBULO MAGNUS.] Gloſſarii auctor hunc locum in mente habuit; qui ſic interpretatur: Μάταιος *inanis, caſſus, vanus, nebulo.* Terentius Eunucho: *Sane, quod tibi nunc vir videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt.*

19. OMNIA PRIUS.] V. C. *Omnia prorſus.* Simile vero dictum Dionyſii in Eclog. Legat. II. pag. 295. Μὴ πρότερον ἄρξαι τῶν ἔργων, πρὶν ἢ πειραθῆναι τῶν λόγων. Menelaus apud Libanium Sophiſt. pag. 196. Πρῶτον μὲν γὰρ τὰ δίκαια τῷ λόγῳ πειρᾶσθαι λαμβάνειν, ἀλλὰ μὴ τοῖς ὅπλοις ἐπιπηδᾶν ἀνθρωπινώτερον δήπουθεν.

21. NUMQUAM ACCEDO, QUIN ABS TE ABEAM DOCTIOR.] Symm. lib. IX. Epiſt. 79. *Quod ait noſter Comicus,* NUMQUAM TE ADEO, QUIN ABS TE DOCTIOR ABEAM, *id ego de epiſtolis tuis jure memoraverim, quae multis ſalibus, nonnumquam ſententiarum, plerumque verſuum farciuntur.*

21. THAIS, PRIMUM HOC MIHI.] Vid. Joh. Sariſberienſ. Polycr. lib. VIII. cap. 3.

34. SICCINE AGIS?] Mſ. R. *Sic agis.*

43. NOLUNT, UBI VELIS.] Acro ad Horat. lib. II. Od. 12.

45. DOMI FOCIQUE.] Priſcian. lib. VI.

46. ANIMUS EST IN PATINIS.] Alexis apud Athen. Deipnoſoph. lib. I. Ὁ νοῦς γάρ ἐςι τῆς τραπέζης πλησίον.

ACT. V. SCENA I.

1. PERPLEXE LOQUI?] Gloſſar. *Perplexe* Σπηδαίως, περιπλεγμένως. σκολιῶς. Plautus Sticho I. 2. 18. *Utrum ego perplexim laceſſam oratione.* Et in Aſinaria IV. I. 47. *Perplexabile verbum.* ut Perſ. IV. 6. 26. *Contortiplicata nomina.* Gloſſar. *Tortiloquium* Συνεςραμμένη ὁμιλία.

15. UT TU JUSTI.] Mſ. R. *Juſſiſti.*

16. SCELESTA.] Iſidorus Different. pag. 771.

LUPO OVEM.] Herodot. lib. IV. Τοιγαρῶν ἴφη αὐτὸν καταλείψειν οἶν ἐν λύκοισι. Plaut. Pſ. I. 2. 8.

Ut mavelis lupos apud oves linquere, quam hos domi cuſtodes.

ACT. V. SCENA II.

14. SI ALIAM ADMISERO.] Cicero pro Q. Ligario, cap. 10. *Ignoſcite, judices; erravit; lapſus eſt; non putavit. Si umquam poſthac. ad parentem ſic agi ſoles* &c.

26. SI ZOO DIGNA HAC.] Hieronym. adverſ. Rufin. *Nonne etiamſi ille dignus eſſet contumeliis, tu facere non deberes?*

36. QUID SI HOC QUISPIAM VOLUIT DEUS?] Libanius Progymnaſm. contra Homicid. pag. 41. Κάλλιας τις ἐρασθεὶς ἀδικεῖ μὲν, ἀλλ᾽ ἔχει παραίτησιν· ἐβιάσθη γὰρ ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ πρὸς τὸν ἔρωτα δυναςείαν οὐδαμοῦ εὔπορον, Plautus Aulul. IV. 10. 7.

Deus mihi impulſor fuit, is me ad illam illexit.

60. DABIT HIC ALIQUAM PUGNAM.] Plaut. Bacchid. II. 3. 39.

ACT. V. SCENA III.

3. QUI HUNC SUPPOSUIT?] Frequentes hujuſmodi ſuppoſitiones ab antiquis introducuntur: ſed frequentiores in Comoediis, quam Tragoediis. Ulpianus ad illum Demo-

Digitized by Google

Demoſthenis locum κατὰ μειδίου. Τὰς ὑποβολιμαίους ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ, τὰς τέτλας γονάς πλείους] inquit, εἰσὶν ἐν ταῖς κωμῳδίαις ὑποβολιμαῖοι, ὥσπερ ἐν ταῖς τραγῳδίαις. Itaque ſic in Plauti Truculento meretrix alienos dolores ſibi ſuppoſuerat, Stratophanem militem dolis ut ductaret. In Capteivis, Caterv. 2. *neque ulla amatio,*

Nec pueri ſuppoſitio.

Move vero ocius.] Sic κινεῖν apud Theocrit. Idyll. xv. verſ. 29.

Κινεῦ δή, φέρε θᾶσσον ὕδωρ.

4. Te, nutrix.] Mſ. R. *Move vero ocyus Genitrix.*

12. De cognitione.] Cognitiones ſive agnitiones crebrae in Comoediis: quod Placid. Lactantius obſervavit in Stat. Theb. libr. v. 718. *More*, inquit, *Comoediae contigit agnitio filiorum.* Vidend. Ariſtoteles Περὶ ποιητικῆς.

ACT. V. SCENA IV.

2. Quod si astu.] Servius in Virgil. Aeneid. xii. 694.

8. Puto palmarium.] *Palmarium* ἀξιονικόν. Priſcian. lib. ii.

14. Cum amatore suo quum coenant, liguriunt.] V. C. *Cum amatores ſuos vocant*, *lig.* quae lectio non mala. *Liguriunt* λιχνεύουσι. Et *Ligurius*, *guloſus*, *catillo* λίχνος. Gloſſ.

ACT. V. SCENA V.

15. Quod moechis solet.] Puta abdomen adimere. Plautus Milit. V. verſ. 4. Horat. lib. i. Sat. 2. 45.

teſtes caudamque ſalacem
Demeterent ferro.

Qua poena affici poſtea κληνοβάται ſoliti. Matt. Blaſtares Hieromonach. Οἱ μέν τοι πολιτικὸς νόμος, οἱ ἀλογισάμενοι φησί, ἤτοι κληνοβάτας καυλοκοπεῖσθαι. Solitι etiam moechi παρατίλλεσθαι. Scholiaſt. Ariſtoph. in Plutum. Horat. lib. i. Satyr. 2. 132.

Diſcincta tunica fugiendum eſt, ac pede nudo;
Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama.

Vid. Obſervationes Catullian.

18. Pro moecho unquam vidit.] Ergo cum ejuſmodi lupis impune erat voluptatem capere. Vid. Auguſtin. de Civit. Dei lib. xiv. cap. 17. Lactantius Divin. Inſtit. lib. vi. cap. 23. *Ne quis eſſet, qui poenarum metu abſtineret alieno, lupanaria quoque conſtituit, & pudorem infelicium mulierum publicavit.* Aſterius Epiſc. Amaſeae Homil. *An liceat homini dimittere uxorem*, pag. 73. Οἱ τοῖς τοῦ βίου τούτου νομοθέταις προσέχοντες, ἀνεύθυνον καταλείπουσι τῆς πορνείας τοῖς ἀνδράσι τὴν ἐξουσίαν. Hieronym. in Epitaphio Fabiolae. *Aliae ſunt leges Caeſarum, aliae Chriſti: aliud Papinianus, aliud Paulus noſter praecipit. Apud illos viris impudicitiae frena laxantur, & ſolo ſtupro atque adulterio condemnato, paſſim per lupanaria atque ancillulas libido permittitur.* Elegans hac de re locus Zenonis Epiſc. Veron. Homil. *de Pudicitia. Lubrici mariti humanarum legum iniqua impunitate decepti, juſtitiam veram nec ex ſua ipſa voluntate noſcentes, quod pati nolunt, libenter efficiunt: qui profanae libidinis deteſtabili furto diſtracti turpibus jam non contenti latibulis, aliquoties, proh nefas! ſub ipſis obtutibus matronarum veſana congreſſione deſudant.* Hinc apud Quinctilian. lib. vii. cap. 4. quaeritur, An deprehenſus in lupanari cum alterius uxore adulter ſit: quia non de appellatione, ſed de vi facti ejus ambigitur, an omnino peccarit. Inter haec autem ſcorta cauponae quoque mulieres, miniſtraeque earum numerantur. L. fin. C. Si mancip. ita ven. & ſane meretrices inter inſtrumenta cauponae referuntur. l. 43. §. 9. ff. de ritu nuptiar. ideoque ab iſtis foeminis pudicitiae ratio non requiritur, quas vitae vilitas dignas legum obſervatione non credidit. Imp. Conſtant. l. 29. C. ad L. Jul. de adult. Ulpian. l. 13. §. 2. ff. eod. Eclog. Baſil. lib. lx. Tit. 37.

28. Ut factum siet.] Mſ. R. *Sit.*

ACT. V. SCENA VI.

1. Ex meo propinquo rure.] Chariſ. lib. i.

4. Estne ille noster Parmeno?] In Mſ. R. *Eſt* omittitur.

5. Quem praestolare?] Priſcian. lib. viii.

17. An in astu venit?] Aſconius Pedian. in ii. Verr. Priſcian. lib. xv. Acro ad xiv. Epiſt. Horat. Stephan. de Urbib. Ἐλέγετο δὲ κατ᾽ ἐξοχὴν πόλις (Alexandria) καὶ πολῖται ἐξ αὐτῆς, ὡς ἄστυ αἱ Ἀθῆναι, καὶ ἀστοί, καὶ ἀστικοὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς καὶ ἐπὶ Ῥώμης λέγεται Οὐρψ.

ACT. V. SCENA VII.

9. Non possum satis narrare.] Mſ. R. *Non pote ſatis narrari.*

23. Meo indicio, miser.] Auſonius Symmacho: *Latebat inter nugas meas libellus ignobilis; utinamque latuiſſet; neque indicio ſuo, tamquam ſorex periret.* Hieronym. adverſ. Pelagian. *Suo quaſi mus prodetur indicio, ampliora in vero certamine vulnera ſuſcepturus.* Auguſtinus Epiſc. de

Ordine

Ordine lib. I. cap. 3. EGOMET MEO INDICIO, MISER, QUASI SOREX (inquit) *non dictum eſt commodius apud Terentium, quam nunc dici a me de me poteſt. Sed ſane illud ultimum fortaſſe in contrarium vertetur. Quod enim ait* HODIE PERII, *ego hodie forte inveniar.*

ACT. V. SCENA VIII.

3. HERCULES SERVIVIT OMPHALAE?] Quinctilian. lib. III. *Quaedam vere etiam in defenſionis ſpeciem cadent, ut ſi in laude Herculis permutatum cum regina Lydiae habitum, & imperata ut traditur penſa orator excuſet.* Vid. Apollodorus de Diis, & reliqui Mythologi.

4. COMMITIGARI VIDEAM SANDALIO.] Lucian. in Dialogo de Hiſtor. ſcribenda: Πατόμενον ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης τῷ σανδάλῳ. Locum Terentii imitatus eſt Auguſtin. Epiſc. contra Julian. Pelagian. lib. III. cap. 5. *Timetis ne capita veſtra ſandaliis mulierum commitigentur.* Σάνδαλον *galla* eſt: ut in illo dicto, *Gallam ſubige:* & Σανδάλιον *gallicula.* in vett. gloſſis. Sic interpretatur Rufinus Joſephum lib. IV. Antiquit. cap. 8. Ὑπολύσασα δ' αὐτὸν ἡ γυνὴ τ' ἀδελφοῦ τὰ σάνδαλα, καὶ πτύοντα αὐτῷ εἰς τὸ πρόσωπον: *Solvens uxor fratris gallicułas illius viri, & exſpuens in faciem.* Qui locus facit, ut alius ejuſdem auctoris reſtituatur. lib. V. c. II. hactenus ſic legitur: Ἐκέλευσε τῇ γυναικὶ ὑπολύσασαν αὐτὸν προσελθοῦσαν κατὰ τὸν νόμον, καὶ τύπτειν εἰς τὸ πρόσωπον. ſed ſcribendum, καὶ πτύειν εἰς τὸ πρ. in facili eſt agnoſcere. neque aliter Rufinus.

ACT. V. SCENA IX.

II. MILES PELLITUR FORAS.] Mſ. R. *Pelletur.*

29. INVOCATO UT SIT LOCUS.] Plaut. in Capt. I. I. 2.

invocatus ſoleo eſſe in convivio.

32. CUR ERGO IN HIS.] Mſ. R. & V. C. *Cur te ergo in his ego conſpicio regionibus?*

39. VEHEMENTER VELIM.] Mſ. R. & vett. libb. *Vehementer volo.*

40. QUIDQUID FACIO.] V. C. *Q. faciam.*

49. NOCTESQUE ET DIES.] Mſ. R. *Noctes & dies.*

52. ACCIPIT HOMO NEMO.] Serv. Aeneid. III. verſ. 353. *Rex accipiebat in amplis.*

54. ME IN VOSTRUM GREGEM.] Serv. Aeneid. XI. verſ. 352. *Unum etiam donis.*

57. DERIDENDUM VOBIS PROPINO.] Mſ. R. *Praebebo.* Sed τὸ *Propino* in pleriſque libris. Sic Spartian. in Antonino Philoſ. *Venenatam partem fratri edendam propinans.* Graeci Προπίνειν ἀντὶ τοῦ χαρίζεσθαι. Scholiaſt. Pindari Olymp. Od. VII. Philoſtr. de Vita Apollonii, libr. III. Προπίνω σοι, ἵππαρχος, ἄνδρα Ἕλληνα. Marcellinus in Hermogen. Τοῖς πολεμίοις τὰ κοινὰ προπίνειν προαιρούμενος.

IN HEAUTONTIMORUMENON.

PROLOGUS.

4. EX INTEGRA GRAECA.] Gloſſar. *Integra, id eſt, a nullo tractata Latinorum.*

5. HEAUTONTIMORUMENON.] Horat. lib. I. Satyr. 2. 18.

vix credere poſſis
Quam ſibi non ſit amicus: ita ut pater ille Terenti,
Fabula quem miſerum gnato vixiſſe fugato
Inducit, non ſe pejus cruciaverit, atque hic.

18. FACTUM HIC ESSE ID.] Mſ. R. *Id eſſe factum hic.*

26. VALEBIT] Priſcian. lib. VII.

31. SERVO CURRENTI IN VIA.] Velut Plautus Amphit. III. 4. Idem Curculione II. 3. Proprie autem ſervilis ingenii character, per vias currere. Plautus Poenul. III. 1. 19.

Liberos homines per urbem modico magis par eſt gradu
Ire: ſervulo eſſe duco, feſtinantem currere.

Alexis apud Athenaeum. Deipnoſoph. lib. I.

Ἓν γὰρ νομίζω τοῦτο τῶν ἀνελευθέρων
Εἶναι, τὸ βαδίζειν ἀῤῥύθμως ἐν ταῖς ὁδοῖς.

Dio Chryſoſt. ad Alexandr. pag. 377. Ῥᾳδίως ἐγγὺς ἥκεις ὑμῶν ζῶντας ἐν ἐλευθερίᾳ, καὶ μετὰ πάσης ἀδείας, ἀλλὰ παρ' ἐκείνοις οὐδὲ τὸ δραμεῖν ἐν τῇ πόλει δοκεῖ μέτριον, ἀλλὰ καὶ τῶν ξένων ἐπιπλήττουσι τοῖς εἰκῇ βαδίζουσι. Inde Severi Imp. dictum: *Ingenuum currere, niſi in ſacro certamine non debere.* Aelius Lamprid. in Severo.

52. VOBIS

52. Vobis placere studeant potius, quam sibi.] *Sibi placens* αὐθάδης, αὐτάρεσκος. Ut Petron. cap. 126. *Nolo tibi tam valde placeas.* Martial. v. 57.

noli tibi, Cinna, placere.

Sic apud Querol. *Sibi ſufficiens*, αὐτάρκης.

ACT. I. SCENA I.

4. Vel vicinitas.] Serv. Eclog. III. 53.

11. Agrum in his regionibus.] Servius Aeneid. II.

17. Fodere, aut arare.] Sic Varro de Re Ruſticæ lib. I. cap. 31. *Vineas novellas fodere, aut arare.* Tangit autem hunc locum Terentii Cicero de Finib. initio lib. I. *Etenim ſi delectamur, cum ſcribimus; quis eſt tam invidus, qui ab eo nos abducat? ſin laboramus: quis eſt, qui alienae modum ſtatuat induſtriae? nam, ut Terentianus Chremes non inhumanus, qui novum vicinum non vult* fodere, aut arare, aut aliquid facere denique. *non enim illum ab induſtria, ſed ab illiberali labore deterret: ſic iſti curioſi, quos offendit noſter minime nobis injucundus labor.* Vid. Priſcian. lib. VIII.

23. Tantumne est ab re tua.] Auguſtin. Epiſt. LI. *Hinc & ille Comicus, (ſicut luculentis ingeniis non deſit reſplendentia veritatis) cum ab uno ſene alteri ſeni dictum componeret:* Tantumne ab re tua est otii tibi, aliena ut cures; eaque, quae nihil ad te adtinent? *Reſponſum ab altero reddidit:* Homo sum: humani nihil a me alienum puto. *Cui ſententiae ferunt etiam theatra tota, plena ſtultis indoctiſque, applauſiſſe.*

24. Eaque, nihil quae.] V. C. *Ea, quae nihil ad te.* Menander:

Ἃ μὴ προσήκει, μήτ᾽ ἄκουε, μήτ᾽ ὅρα.

25. Homo sum: humani.] Cicero lib. I. de Legib. *Quod ſi quomodo eſt natura, ſic judicio homines humani, ut ait Poëta, nihil a ſe alienum putarent.* Idem de Officiis I. 9. *Difficilis cura rerum alienarum: quamquam Terentianus ille Chremes humani nihil a ſe alienum putat.* Seneca Epiſt. XCV. *Iſte verſus & in pectore & in ore ſit,* Homo sum: humani nihil a me alienum puto. Ambroſius de Officiis lib. III. cap. 7. *Homo nihil alienum a ſe debet credere, quidquid humanum eſt.* Pontius Paulin. Epiſt. XXXI. *Non enim ſibi habentes habebant, ſed nemo quidquam dicebat ſuum, & humani nihil a ſe alienum putabant.* Johan. Sarisber. Epiſt. CXCVII. *Amentis eſt non amantis ſe & ſua curare dumtaxat, quae aliorum ſunt ducere aliena. Humanum, teſte Comico, nihil charitas a ſe reputat alienum.* Idem Epiſt. CCXXIX.

36. Istos.] V. C. & Mſ. R. *Ad iſtos.*

38. Sine, vacivom.] Mſ. R. *Sine me, vac.*

45. Coepit perdite.] Mſ. R. *Virginem.*

47. Ubi rem.] Mſ. R. *Ubi id.*

Humanitus.] Φιλανθρώπως Diomed. lib. I.

54. Ego te meum esse.] Multa hic efficta ad Plaut. Mercatorem I. I. 49. ut illud,

interdum muſſans, colloqui,
Abnuere: negitare adeo, me natum ſuum.

Et mox poſt verſ. 62.

Non, ut ego, amori, neque deſidiae in otio
Operam dediſſe.

Quod geminum cum illo Terentii:

Ego iſtuc aetatis &c.

72. Soccos detrahunt.] Diomed. lib. I.

74. Pro se quisque.] Plautus Amphitr. I. I. 76.

Pro ſe quiſque, id quod quiſque poteſt & valet,
Edit: ferro ferit.

Ovid. Metam. III. 642.

Pro ſe quiſque, tenet?

quomodo etiam Livius loqui amat.

89. Nec vas, nec vestimentum.] Probus in Catholicis.

91. Sumtum exercent.] Virgil. Aen. VIII. 424.

Ferrum exercebant.

95. Decrevi tantisper.] Cicero lib. V. 10. de Finib. & Tuſcul. Quaeſt. III. 27.

106. Peccatum a me.] V. C. *Peccatum meum.*

107. Menedeme, at porro.] Rectius videtur, ſi ſic diſtinguatur:

Menedeme, at porro recte ſpera: illum tibi
Salvum adfuturum eſſe hic confido propediem.

117. Monere oportet.] In omnibus vett. codd. deeſt *Oportet.*

ACT. I. SCENA II.

2. Ibi hic ego adfuturam.] In V. C. omittuntur iſta, *Hic ego.*

8. Quid ais!] V. C. *Quid vis.*

Advenientem e navi.] Priſcian. lib. VII.

19. In homine dicuntur.] Mſ. R. *Eſſe in homine dicuntur.*

20. Parentes, patriam.] Priſcian. lib. VII.

34. Verum ubi animus.] Demoſt. Olynth. III. Ὁποῖ᾽ ἄττα τὶς ἂν τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνθρώπων ᾖ, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸ φρόνημα ἔχειν.

ACT. II. SCENA I.

1. Quam iniqui.] Ita in omnibus ſcriptis codicibus hi Actus diſtinguuntur: quod tamen aliis diſplicuiſſe video.

INIQUI SUNT PATRES.] Plutarch. de puer. educatione.

3. QUAS FERT ADOLESCENTIA.] Mſ. R. *Quas adoleſcentia ſinit.*

8. UBI ADBIBIT PLUS PAULLO.] Plutarch. de ſui laudat. Ambroſ. de Jejunio cap. XIII. *Ibi unuſquiſque pugnas narrat ſuas, ibi fortia facta praedicat, narrat trophaea. Vino madidi & ſomnolenti neſciunt mente, quid lingua proferat.*

10. SURDO NARRET.] Hieronym. de vitand. ſuſpecto contuber. Ariſten. lib. I. Epiſt. 28. *Παρὰ κωφὸν ᾄδειν.*

12. NEC ME QUISQUAM.] Chariſ. lib. II.

16. RELIGIO EST.] A. Gellius lib. IV. cap. 9.

ACT. II. SCENA II.

9. JAM HIC ADESSANT.] Mſ. R. & V. C. *Adeſſet.* CLIT. *Jam aderit.*

11. DUM CONANTUR.] Ita potiſſima ſcriptorum codd. pars: In Regio tamen exemplari *comantur* erat. Sed alterum rectius puto, ad moram mulierum notandum. Alii libri: *Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt.* Vid. Servius Aeneid. IV. verſ. 133.

Reginam thalamo cunctantem.

ACT. II. SCENA III.

1. DUM SERMONES CAEDIMUS.] Vel *Serimus.* Vid. Servius Aeneid. VI. verſ. 160.

Multa inter ſeſe vario ſermone ferebant.

4. ANCILLARUM GREGES.] Sic *οἰκετῶν ἀγέλας* dixit Chryſoſtom. in Paul. ad Epheſ. cap. V. Hom. 20. Indecorum nimirum jam olim viſum matronis, ſine comite in publicum prodire. Quae res in tantum luxum excrevit, ut parum eſſet, niſi (ut loquitur Ammian. Marcell. lib. XIV.) familiarum agmina, tamquam praedatorios globos poſt terga trahentes, conſpicerentur. Vidend. Plautus Mercator. Act. II. Scen. 3. l. 1. §. 2. l. 15. §. 15. & 16. ff. de injur. & famoſ. Ariſtenaet. lib. I. Epiſt. 9. Sed hac de re alibi fuſius.

19. MORES CANTABAT MIHI.] Plaut. Trin. II. 2. 10.

Haec dies noctesque tibi canto, ut caveas.

20. MONUISSE FRUSTRA.] Mſ. R. & V. C. *Monuiſſe fruſtra, dolet.*

30. HOC IPSA IN ITINERE.] Priſcian. lib. VI. *Haec ipſa in itinere.*

32. MANE: HOC, QUOD.] V. C. *Sine.*

35. ANUS QUAEDAM PRODIIT.] Solitae inter reliquum famulitium ancillae quaedam in aetate graviores eſſe: quarum officium erat, de capillamento dominae in conſilium ire, ut recte diſponeretur, ac de forma ejus judicare. Lucian. in Amoribus *Γρᾶες δὲ καὶ θεραπαινίδων ὁ σύμμορφος ὄχλος, ἐν κύκλῳ παριστᾶσι, ποικίλοις φαρμάκοις καταφαρμακεύουσαι τὰ δυστυχῆ πρόσωπα.* Juvenal. Satyr. VI. 497.

Eſt in conſilio matrona, admotaque lanis,
Emerita quae ceſſat acu: ſententia prima
Hujus erit: poſt hanc aetate, atque arte minores.

Ergo in Bacchidis quoque familia anus eſt, qua illa ſive pro coſmeta utebatur, ſive pro ſcortationum ſequeſtra & internuntia, vel ut illa eſt, de qua Apulejus Mileſ. IX.

46. EJUS ANUS.] A. Gellius Noct. Attic. lib. IV. cap. 16. Probus in Catholicis. Chariſ. lib. I. Priſcian. libb. VI. & VII.

QUAE ERAT.] V. C. *Quae tum erat.*

47. ORNANTUR SIBI.] V. C. *Formantur.* Hierouym. ad Gaudeut. *Φιλόκοσμον genus foeminarum eſt, multasque etiam inſignis pudicitiae quamvis nulli virorum, tamen ſibi ſcimus libenter ornari.* Ideo nimius mundus & cultus meretrici potius, quam caſtae convenit. Marcellinus in Hermogen. *Τὸ μὲν γὰρ ἁπλῶς καλλωπίζεσθαι, οὔπω σημεῖον πορνείας, ἡ δὲ συνέχεια ποιεῖ τὴν ὑποψίαν,*

48. NULLA MALA RE.] Plerique omnes quos vidi ſcripti codd. *Nulla malam re,* &c. atque explicatur *mala* id eſt *maxilla.* Plaut. Moſtel. I. 3. 101.

Quid ceruſſa opus nam? Ph. *Qui malas oblinam.*

Ergo genuina erat Bacchidis, non fucata aut purpuriſſo vel ceruſſa lita facies. *Res muliebres* vocat pigmenta & reliquas offucias quibus mulieres ſeſe ungere couſueverunt, ut pulchriores videantur. nam ut ait Pompouius JC. l. 21. §. 1. de auro arg. mundo. *Etiam quo elegantiores ſint & mundiores, unguntur foeminae:* Zeuo Veron. Sermone de Continentia: *Colorem de pixide mutuantur,* &c. Ideoque inter mundum muliebrem referuntur unguenta, vaſa unguentaria, & ſi quae ſimilia. Ulpian. l. 25. §. 10. ff. de auro, argento. Lucianus in Amoribus: *Καθάπερ ἐν φαρμακοπώλου, πυξίδων ὄχλον, ἀγγεῖα μεστὰ πολλῆς κακοδαιμονίας. ἐν οἷς ὀδόντων σμηκτικαὶ δυνάμεις, ἢ βλέφαρα μελαίνουσα τέχνη θησαυρίζονται.* Videndus totus locus: nam unus omnium rectiſſime hanc muliebris formae interpolationem deſcribit: & Zeno Veronenſ. Serm. de Pudicitia, de Spiritu & Corpore. Hieronym. Epiſt. ad Paulin. pag. 118.

50. REJECTUS NEGLIGENTER.] Priſcianus, *Rejectus negligenter: pax!* quae vera eſt lectio: ut hinc ſcire poſſimus, cur Auſonius in Technopaegnio dixerit:

Totum opus hoc ſparſum, crinis velut Antiphilae, pax!

ad

ad hunc enim Terentii locum omnino reſpexit.

55. Ita uti credo.] V. C. *Ita ut hic dicis.*

56. Scin' hanc.] Mſ. R. *Scin' tu hanc.*

60. Ancillas primum.] Hieronym. ad Gaudent. *Solent laſcivi comptuli juvenes, blandimentis, aſſabilitate, munuſculis aditum ſibi per nutrices ad alumnas quaerere.* Vid. Ovid. de Arte amandi. Lyſias in Apol.

Qui affectant.]] Servius Aeneid. iii. verſ. 670. *Dextram affectare.* Junius Philarg. Georg. iv. 562.

71. Quo illam duc1a?] V. C. *Abducis.*

73. Non fit sine periculo.] Contra Juvenal. Satyr. xiv. 224.

Nullus enim magni ſceleris labor.

Ubi Scholiaſtes hunc Terentii locum laudat.

78. Mitte: ad rem.] V. C. *Mitte iſta: atque ad.*

80. Audiendum hercle est : tace.] Mſ. R. *Audiendum hercle eſt, tace.* Clit. *Quid eſt, vis.* fors ſuat an legendum: *Quid eſt, vis amare*, &c.

98. Hujusmodi obsecro.] V. C. *Iſtiuſmodi.*

101. In aurem utramvis.] Baſilius Magnus Πρὸς τὰς νέας ἐπ' ἄμφω καθεύδοντ. Plaut. Pſeudol. i. i. 121.

De iſthac re in oculum utrumvis conquieſcito.
Ca. *Oculum utrum, anne in aurem?* Ps. *At hoc pervulgatum eſt minus.*

116. Neglectus est mihi.] Mſ. R. *Neglectui.*

123. In tempore ad eam.] Auſon. in Pittaco:

Romana ſic eſt vox, Venito in tempore:
Veſter quoque ille Comicus Terentius
Rerum omnium primum eſſe tempus autumat,
Ad Antiphilam quo venerat ſervus Dromo.
Nullo impeditam, temporis ſervans vicem.

Dromoni adtribuit partes Auſonius, quae Syri ſunt, memoriae, ut puto, lapſu.

124. Misera offendi.] Mſ. R. *Miſerum offendi ibi militem.*

ACT. II. SCENA IV.

27. Salvum advenisse.] Mſ. R. *Veniſſe.*

28. Animo exoptata.] Mſ. R. *Exſpectata.*

ACT. III. SCENA I.

7. Quod potero.] V. C. *Qua potero, adjuvabo ſenem.*

13. Diem adimere.] Diphilus:
Λύπης δὲ πάσης γίγνεται ἰατρὸς χρόνος.

Sulpicius ad Ciceron. lib. iv. Epiſt. 5. *Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat ac molliat.* Sed in primis ſcitum Epicteti dictum apud Stobaeum Serm. cexl. Τοὺς ἄφρονας ὁ χρόνος, τοὺς δὲ φρονίμους ὁ λόγος τῆς λύπης ἀπαλλάττει. Hinc Tullius Epiſt. ad Titium lib. v. 16. Familiar. *Quod allatura eſt ipſa diuturnitas, quae maximos luctus vetuſtate tollit: id nos praecipere conſilio prudentiaque debemus.* Et Seneca ad Lucil. Epiſt. lxvii. *Finem dolendi qui conſilio ſuo non fecerit, tempore inveniet.* Symmach lib. ii. Epiſt. 6. *Solet quidem aegritudines animi ratio mitigare. Sed fortunae noſtrae tantum vulnus eſt, ut id ne tua quidem deliniſica & ſuada facundia cicatricem poſſit obducere. Fors ſuat an dies longa quandoque hebetet laxatum dolorem. Siquidem malis omnibus finis de tempore venit.* Ovidius ad Gallion. lib. iv. ii. 13. de Ponto:

Finitumque ſuum, ſi non ratione, dolorem
Ipſa jam pridem ſuſpicor eſſe mora.

21. Apud ne domi.] V. C. *Apud me domi eſt.*

26. Adaucta sit.] V. C. *Siet.*

29. Si te tam.] V. C. *Qui te tam.*

39. Sine magno intertrimento.] Gloſſar. *Intertrimentum ἀπουσία.* Scaevola *intertrituram dixit.* l. 43. §. 1. ff. de pign. act.

48. Pytissando.] Diomed. lib. ii.

51. Relivi dolia.] Ita Diomedes hunc locum legit lib. ii.

64. Conferunt consilia.] *Συγκρίνουσι τὰ βουλεύματα.* Plaut. Rudent. ii. 3. 8.

omnes ſapientes decet cenſerre.

75. Quodcunque inciderit.] Mſ. R. & V. C. *Quod cuique cunque.*

79. Quo maxime.] Mſ. R. *Qui maxime.*

80. Minabitur.] Mſ. R. & V. C. *Minitabitur.*

86. Incipere fallere.] V. C. *Incipere velle fallere.*

93. Hic ambigunt.] V. C. *Hinc ambigunt.*

97. Ita comparatam esse hominum,] Lactantius Firmian. de falſa Sap. cap. 4. *Nemo poteſt de ſe recte judicare. quod nobilis Poëta teſtatur:* Ita enim comparatam esse hominum naturam omnium, ut aliena melius videant, et dijudicent, quam sua?

ACT. III. SCENA II.

2. Intendenda in senem.] Hoc pluribus verbis Plautus extulit, Bacchid. iv. 4. 42.

Compara, fabricare, finge quod lubet, conglutina,
Ut ſenem hodie doctum docte fallas, aurumque auferas.

10. AQUILAE SENECTUS.] Α'ετοῦ γῆρας. Zenob. & reliqui adagiographi.
29. JAM HUIC.] V. C. *Nam huic.*

ACT. III. SCENA III.

2. MANUM IN SINUM.] Plaut. Aſinar. I. 3. 71. *Papillam pertractare*. Et in Pſeud. I. 1. 66.

Papillarum horridularum oppreſſiunculae.

Ariſtenaet. lib. I. Epiſt. 21. Α'πτεσθαι τῶν μαζῶν. Sic ex eadem diſciplina Venereorum nepotulorum ſunt molles manuum compreſſiones, incitamentum puta interioris voluptatis. Achilles Tatius Amor. lib. II. Τότε δὲ πρόσαγε τὴν δευτέραν μηχανὴν, θίγε χειρὸς, θλίψον δάκτυλον, θλίβων στέναζον. Hinc apud Plautum in Aſin. IV. I. 32. in lege quam juvenis amaſiae ſuae dederat, ita quoque cautum fuit:

Neque cum deſcendas, inde det cuiquam manum.

Ne amator forſan alius τοῖς ἐκείνης δακτύλοις τοὺς ἑαυτοῦ περιπλέξας, vel ſic ſaltem manu ſalaci lubidinaretur. Ariſtenaet. lib. I. Epiſt. 9. Themiſt. Orat. III. Laudat autem hunc Terentii locum Julius Rufinianus Rhet. in Epiplexi.

6. AMICAM SUBAGITARE.] V. C. *Subigitare.* Acro in Horat. lib. I. Sat. 2.

7. IN CONVIVIO.] Mſ. R. *In vino.* quod non diſplicet.

49. MENEDEMO NUNC.] In Mſ. R. τὸ *Nunc* deeſt.

ACT. IV. SCENA I.

7. METUO, QUID SIET.] V. C. *Timeo.*

10. PRIMUM HOC TE.] Mſ. R. *Primum hoc ero*, &c.

12. HAEC PURGATIO.] Serv. Aeneid. III. verſ. 595. *Ad Trojam miſſus.*

18. CH. ROGITAS?] Mſ. R. & vett. codd. CH. *At rogitas?*

24. ANIMUS MATERNUS: SINO.] Mſ. R. *Animus maternus: ſine te devicit.*

32. IGNOSCENTIOR.] Mſ. R. *Ignoſcentior tante ſit.*

39. NE EXPERS PARTIS.] V. C. *Ne expertis.*

53. NON LICET HOMINEM.] Homer. Odyſſ. XVIII. Cicero: *Tales ſunt hominum mentes, quales pater ipſe Juppiter*, &c.

ACT. IV. SCENA II.

6. TANTUM MIHI AREPTUM.] V. C. *Eſſe ereptum.*

8. NIHIL TAM DIFFICILE.] Menander:

Α'λωτὰ γίγνετ' ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ
Α'παντα.

Philemo:

Πάντ' ἐστὶν ἐξευρεῖν, ἐὰν μὴ τὸν πόνον
Φεύγῃ τις, ὃς πρόσεστι τοῖς ζητουμένοις.

ACT. IV. SCENA III.

6. QUI USQUE UNA.] V. C. *Qui uſque nunc.*

13. SICCINE MIHI.] Al. *Siccine me.*

15. DEORUM VITAM APTI.] Euripid. apud Stobaeum, Serm. CCLIV.

Θεοῦ βίον ζῇν ἀξιοῖς ἄνθρωπος ὤν.

37. PARVI PENDIS.] In Reg. exempl. *Parum curas:* atque ita in aliis vett. codd.

39. ARGENTUM ERIPIO. PAX!] Plautus Pſeud. V. I. 33.

Itaque dum enitor, pax! jam pene inquinavi pallium.

Auſon. Idyll. XII.

Totum opus hoc ſparſum, crinis velut Antiphilae. pax!

Priſcian. lib. XIV. *Pax* παντελῶς, *adverbium comicum, quo utitur Terentius, quod ſimiliter Graecum eſt.* Erit ergo πάξ. Sed antea, ut Heſych. notat, πάξ ὑπόδημα, εὐωνοδέτον, deſignabat: Latini *baxeas* dixerunt. Plaut. Menaechm. II. 3. 40.

quis iſte eſt peniculus? qui extergentur baxeae?

Apul. Flor. II. *Baxeas iſtas de ſutrina praeſtinare.*

40. PATER RESCIVERIT?] V. C. *Senex reſc.*

43. REM FACIAS.] V. C. *Et rem facias.*

ACT. IV. SCENA IV.

12. QUID INCEPTAT.] Mſ. R. & vett. libb. *Quid haec inceptat.*

13. ET VENTURAM.] V. C. *Atque venturam.*

19. NON EST TEMERE.] Mſ. R. *Non hoc temere eſt.*

21. SEQUERE HAC.] Mſ. R. *Sequere me hac.*

ACT. IV. SCENA V.

3. ILLANCINE MULIEREM.] Priſcian. lib. XII.

16. SCITE IN MENTEM.] Mſ. R. *Scite mihi in mentem.*

23. SUPEREST FALLACIAE.] V. C. *Super fallaciae eſt.*

28. TARDUS ES.] Servius ad Eclog. X. 19.

32. ME ROGAS? HOMINI!] Ita Reg. exempl. ſed mire variant alii ſcripti libb. quidam, *Me rogas? fugitivo dabo filiam*, &c. al. *Homini fugitivo dabo?*

48. JUS SUMMUM.] Columell. in Prolog. lib. VII. *Nec ſane eſt vindicandum nobis quidquid licet;*

cet: nam ſummum jus antiqui putabant ſummam crucem. Hieronym. ad Innocent. de muliere ſepties icta: *Et ò vere jus ſummum, ſumma malitia: poſt tanta miracula adhuc ſaeviunt leges.* Menand. apud Stobaeum, Serm. CLXXXV.

ὃ δ' ὁρῶν τοὺς νόμους
Λίαν ἀκριβῶς, συκοφάντης φαίνεται.

ACT. IV. SCENA VI.

1. NUlla est tam facilis.] Ambroſ. Hexaëmer. lib. v. cap. 15. *Neceſſitas enim quae invito imponit obſequium, affert plerumque faſtidium. Nihil eſt enim tam facile, quin habeat difficultatem, quod facias invitus.* Salvian. Maſſil. de Gubern. Dei. lib. 1. *Sicut nihil eſt tam leve, quod ei non grave ſit, qui invitus facit: ſic nihil eſt tam grave, quod non ei, qui id libenter exequitur, leve eſſe videatur.* Vid. Hieronym. de cereo paſch.

3. Ad languorem dedit!] Plaut. Aſinar. III. 2. 28.

Ubi ſaepe ad languorem tua duritia dederis octo
Validos lictores.

9. Ubi me excarnifices.] Priſcian. lib. VIII.

24. Loquitor paucula.] Serv. Georg. 1. verſ. 187. *Contemplator.*

ACT. IV. SCENA VIII.

4. ME, et familiam.] V. C. *Me & familiam meam.*

12. Immo haec.] Mſ. R. *Et quidem.* deinde in vett. libb. ἀντὶ τοῦ *haec*, legitur *iſthaec.*

30. Sed ut uti.] V. C. *Sed haec iſta ut ſunt.*

ACT. V. SCENA I.

1. ITa perspicacem esse.] V. C. *Tam perſpicacem.* in eodemque libro *eſſe* deſideratur.

3. Quidvis harum rerum.] V. C. *Quod harum rerum vis.*

18. Desponsam nuntiasti.] V. C. *Deſponſatam.*

39. Animo tam communi.] *Communis* ut Graecis κοινός. Theogn. Ἔστι κοινὸς ἅπας ὁ βίος, καὶ ὁμόφρονα πάντα. Petrus Chryſol. Serm. CLXIV. *Quia pauper, communis eſt ſemper, patet omnibus.*

49. Nonne id flagitium 'st.] Fr. Pith. *Nonne iſtud flagitium.*

50. Foris sapere; tibi non.] Menander:

Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὐτῷ σοφός.

56. Quam hic per flagitium.] Gloſſar. *Flagitium* ἀνόσημα, βία. ſignate, βία. nimirum ut βιάζεσθαι ἐπ' αἰσχρῷ; quo ſignificatu hic *flagitium* intelligi poteſt. Inde *flagitare.* Apul. Metam. IX. *Nudatum ſupinatumque juvenem execrandis oradinibus flagitabant.* Cato apud Feſtum, *Intercutibus ſtupris flagitatus*, & *flagitatores.* Calpurn. Declam. XX. *Improbi flagitatores, qui detrimenta pueritiae ſuae mutuo dedecore compenſant.* Et *Flagitioſus coitus* apud Firmicum. quamvis haec de puerorum amoribus rectius dicantur.

59. Quot incommoditates.] Mſ. R. & V. C. *Quot incommoda tibi in hac re capies.*

61. Et id ingratum.] V. C. *Et id erit ingratum.*

63. Quod mavis.] V. C. *Quod malis.*

75. Arcessat, paret.] V. C. *Praeparet.*

78. Adeo depexum.] Non. Marcell. cap. 1.

80. Facere viduas mulieri.] Quinctil. Declam. CCCXXXVIII. *Imbecilla res eſt foemina, & affert infirmitati naturali non leve pondus, quod vidua eſt.*

ACT. V. SCENA II.

7. QUid me incusas.] Serv. Aeneid. lib. 1. ad verſum 410. *Talibus incuſat.*

8. Quidquid ego hujus feci.] Priſcian. lib. XIV.

18. Disce, quid sit vivere.] Lactant. lib. III. cap. 18. *De vita quereris: quaſi vixeris, aut umquam tibi ratio conſtiteris, cur omnino ſis natus. Nonne igitur tibi verus ille & communis omnium pater Terentianum illud jure increpaverit?* Prius disce, quid sit vivere.

22. Nec tu aram tibi.] Quaecunque de hoc ritu dici poſſunt, jam alibi notata. Plutarch. Περὶ δεισιδαιμ. Ulpian. lib. XVII. §. 12. ff. de aedil. edict. Achill. Tatius lib. VIII. Καὶ τοῖς μὲν πονηροῖς αἱ τῶν ἱερῶν ἀσφάλειαι δίδωσι καταφυγήν. ἐγὼ δὲ μηδὲν ἀδικήσας, ἱκέτης δὲ τῆς Ἀρτέμιδος γενόμενος, τύπτομαι παρ' αὐτῷ τῷ βωμῷ. Cui non abſimilis locus Plauti in Rudent. III. 3. Euripid. in Andromacha:

Ἔχει γὰρ καταφυγὴν, θὴρ μὲν πέτραν,
Δοῦλοι δὲ βωμοὺς Θεῶν.

Hinc etiam Ἐδρῖται οἱ οἰκέται, ἀπὸ τοῦ καταφεύγειν εἰς τὴν ἑστίαν. Etymol. magnum.

23. Nec precatorem.] De precatore Plautus in Aſinar. II. 4. 9.

Precator aſſies, malam rem effugies numquam.

Idem in Epid. v. 2. 21.

Nil moror mihi precatorem.

Paulus J. C. in l. 43. §. 1. ff. de aedilit. edict. & alibi ſaepe.

26. Tibi jam esse ad foborem.] Mſ. R. *Ita*

Digitized by Google

nos alienavit ſibi : jam ipſe ad ſororem, &c.

35. Quae propior.] V. C. *Quae prior.*

38. Mater omnes filiis.] Menander:

Ἔςι δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρός.

Apul. Florid. III. *Servulus callidus, & amica illudens, & uxor inhibens, & mater indulgens.*

48. Ad Menedemum hunc.] Mſ. R. *Hinc nunc ad Menedemum pergam.*

ACT. V. SCENA III.

7. Confidenter restas.] Plaut.

Etiam nunc reſtas carnifex.

8. Haec eadem oratio.] In Reg. exempl. τὸ *Haec* deeſt.

13. Tuum non esse.] V. C. *Tuum non eſſe filium.*

16. Sed, quod magis.] Mſ. R. *Sed, quo magis.*

ACT. V. SCENA IV.

4. Quod peto, et volo.] Priſcian. lib. VII.

10. Fraus, helluo.] Mſ. R. *Helluo, glutto.*

20. Piguit facere.] V. C. *Puduit facere.*

21. Principium inveniam.] Mſ. R. *Principium incipiam.*

ACT. V. SCENA V.

10. Faciam; si facit.] Mſ. R. *Si id facit.*

14. Dum incipias, gravia.] Lactant. lib. VI. cap. 23. *Omnia gravia ſunt, dum ignoras: ubi cognoveris, facilia.*

17. Illam virginem.] V. C. *Illam puellam.*

18. Caesiam, sparso ore.] Gloſſar. Φακόψις, *Lentiginoſus, ſparſo ore.*

21. Archonidi hujus.] Priſcian. lib. VI.

IN ADELPHOS.

PROLOGUS.

9. In prima fabula.] Chariſ. lib. II.

10. Eum hic locum.] Mſ. R. *Eum hinc locum.*

15. Homines nobiles.] Cicero ad Attic. lib. VII. Epiſt. 3. *Cujus* [Terentii] *Fabellae, propter elegantiam ſermonis, putabantur a C. Laelio ſcribi.*

24. Facite, aequanimitas.] Ovidius:

Excitat auditor ſtudium.

ACT. I. SCENA I.

11. Quibus nunc sollicitor.] Servius Aeneid. IV. verſ. 379. *Quietos ſollicitat.*

Ne aut ille alserit.] Plautus in Milite glorioſ. III. I. 124.

Pol, ſi habuiſſem, ſatis cepiſſem miſeriarum liberis.
Conſterem emori: cecidiſſetne ebrius, aut de equo uſpiam:
Metuerem, ne ibi defregiſſet crura, aut cervices ſibi.

15. Atque ex me.] Chariſ. lib. II.

18. Fortunatum isti putant.] Hieronym. adverſ. Jovinian. lib. I. *Noſter Comicus fortunatum putat, qui uxorem numquam duxerit.*

20. Duriter se habere.] Elegans haec locutio. inde *exhibere* ἀντὶ τοῦ alere. Papinianus l. 45. de donat. Int. vir. & uxor. Ulpian. l. I. §. 6. ff. de tut. & ration. Idem l. II. §. I. ff. ad exhibendum. *Si forte ipſe ſervus ex operis vel artificio ſuo ſolebat ſe exhibere, nunc vero cogitur vacare.* Quae ita Graece redduntur in Ecloga Baſilicor. lib. XV. pag. 169. *Εἰ μὴ ἄρα τεχνίτης ὢν εἰώθη ἐκ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ τρέφεσθαι, καὶ νῦν σχολάζει.* Scaevola l. 5. princ. ff. de naut. foenor. Et *exhibitio* apud eundem l. 98. ff. de acquir. & amitt. hered. Tertullianus de Idololatr. cap. 6. *Exhibitionis noſtrae gratia.* Ibid. cap. 8. *Si neceſſitas exhibitionis extenditur, habent & alias ſpecies, quae ſine exorbitatione diſciplinae, id eſt, ſine idoli confectura, opem victus praeſtent.* Idem cap. 12 *Male nobis de neceſſitatibus humanae exhibitionis ſupplaudimus, ſi poſt fidem obſignatam dicimus, Non habeo quo vivam.*

32. Pudore et liberalitate.] Menander:

Οὐ δεῖ λυποῦντα τὸ παιδάριον ὀρθοῦν,
Ἀλλὰ πείθοντά τι.

Themiſt. Euphrada Orat. V. *Αἰδοῖ μᾶλλον ᾤετο δεῖν καὶ εὐνοίᾳ πλέον, ἢ φόβῳ κατέχειν τοὺς ὑπηκόους.* Idem Orat. XI. pag. 254. *Αἰδοῖ μᾶλλον ἢ φόβῳ*

φίβῳ χρώμενοι. Afranius apud A. Gellium Noct. Att. lib. xv. cap. 13.

Hem iſto parentum eſt vita vilis liberis:
Ubi malunt metui, quam vereri ſe ab ſuis.

44. MALO COACTUS QUI SUUM OFFICIUM FACIT.] Haec vetus & vera eſt lectio, quam Palmerius perperam immutare tentavit. Ad Terentii autem locum reſpexit Cicero in Verrem v. *Tu niſi malo coactus, recte facere neſcis.* Et in Flor. vet. ſententiarum: *Militem melius pudore, quam malo coërceas.* Theodoſius Imp. l. 9. C. Theod. de deſertor. *Duas auri libras malo coactus fiſco noſtro adnumeret.* Sulpit. Sever. Hiſtor. Sacrae lib. I. *Rex malo coactus.* Et iterum, *Malo coactus agnovit errorem.*

47. ILLE, QUEM BENEFICIO.] Menander:

Τὸ τῷ προθύμως τ' ἀξιώματον ποιῶν
Κηδεμόν' ἀληθῶς, οὐκ ἔφεδρον ἕξεις βίῳ.

ACT. I. SCENA II.

4. QUAM NEQUE PUDET.] Priſcian. lib. XVIII. Menander:

Ὅς δ' οὐτ' ἐρυθριᾷν οἶδεν, οὔτε δεδιέναι,
Τὰ πρῶτα πάσης τῆς ἀναιδείας ἔχει.

8. FORES EFFREGIT.] Ulpian. l. 39. ff. de furtis. *Fores meretricis effregit libidinis cauſa.*

18. HOMINE IMPERITO.] Menander:

Οὐκ ἔσ' ἀνοίας οὐδὲν τολμηρότερον.

QUIDQUAM INJUSTIUS.] Mſ. R. *Quidquam injuſtius eſt.*

24. NON SIVIT EGESTAS.] Diomed. lib. I.

30. POST FACERET.] Chariſ. lib. II.

31. ADIGIS ME.] Mſ. R. *Rediges me.*

37. POTAT? OLET UNGUENTA?] Priſcian. lib. VIII.

38. DUM ERIT COMMODUM.] Aſconius II. 13. in Verrem.

45. QUI VERE SCIUNT.] V. C. *Qui vivere.*

54. PROFUNDAT, PERDAT.] Serv. Aeneid. IV. verſ. 381. *I, ſequere Italiam ventis.*

55. VERBUM UNUM.] Mſ. R. *Ullum.*

59. ISTE TUUS.] Priſcian. lib. XVII.

60. POSTERIUS. NOLO.] Chariſ. lib. II.

64. QUEM PLACO, ADVORSOR.] Diomed. lib. I.

ACT. II. SCENA I.

8. POSTERIUS PURGES.] Chariſ. lib. II.

O FACINUS INDIGNUM!] In Mſ. R. *τὸ Indignum* deeſt.

MISERO MIHI!] Mſ. R. *Ei miſerum!*

21. I NUNC JAM.] Mſ. R. & V. C. *I nunc jam tu.*

26. ANTE AEDES NON FECISSES.] Placid. Lact. ad Stat. Thebaid. libr. II. verſ. 417.

qua torvus, & illum.

40. LIBERALI ILLAM ADSERO.] In V. C. Pithoeorum, *Liberali am aſſero.* quomodo etiam in Eugraphio. *Am* igitur antique eſt *eam*, ut *Im*, *eum*, αὐτόν. Gloſſar. Feſt. & XII. Tabb. *Liberali manu aſſerere*, id eſt, liberali judicio natalibus reſtituere, καρπίζεσθαι. Et *Aſſertor*, vindex, καρπιστής. Arrian. in Epictet. lib. III. cap. 26. *Μὴ ὅτι φιλοσοφεῖς (ἔστω φορτικὸν τὸ ὄνομα) ἀλλ' ὅτι καρπιστὴν διδῶς· τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ ταῖς ἀληθείαις ἐλευθερία.* quem locum non recte aſſecutus eſt interpres. ut & Hervetus illum Clementis Alexandr. Stromat. lib. V. *Τὰ διὰ δικαιοσύνην ἐκεῖνα ζυγὰ καὶ ἀσσάρια, καρπισμοί τε καὶ αἱ τῶν ὤτων ἐπίψαυσις*, &c. Bene autem in Gloſſar. *καρπισμὸς vindicta, aſſertio.* Inde *καρπίσιαι, vindiciae ſecundum libertatem.*

43. INSANIRE OCCIPIUNT.] Serv. Aeneid. IV. verſ. 376. *Heu furiis incenſa feror!*

52. QUAESTUM OCCEPERIS.] Vett. codd. *Inceperis.*

53. ACCIPIENDA, ET MUSSITANDA.] Querolus: *Sed quidnam hic fiet?* ACCIPIENDA, ET MUSSITANDA INJURIA EST.

ACT. II. SCENA II.

8. PECUNIAM IN LOCO.] Menander:

Βέλτιστον ἡ τὸ κέρδος ἐν πᾶσι σκοπεῖν.

Plautus Capt. II. 2. 77.

Eſt etiam, ubi profecto damnum praeſtat facere, quam lucrum.

Marius Victorin. in Cicer. Rhetor. lib. II.

11. SPEM PRETIO NON EMO.] Non novum eſt, etiam ſpem vendi & emi recte poſſe. l. 73. §. I. ad L. Falcid. Veluti cum quis jactum retis, aut capturam avium vel ferarum, aut futuros partus, foetuſve arboreos praeſtinat. L. 8. §. I. de contr. empt. l. II. §. ult. & l. 12. ff. de act. emp. vend. Vel cum quis malum nomen emit, quod forſan ex improviſo lucro bonum poſſe fieri ſperat. l. 82. in fin. ad L. Falcid.

33. DIVIDUUM FACE.] Gloſſar. *Dividuum ἐνμέριστον. Dividuus ἐνδιαίρετος, αὐταίρετος, ἐνμέριστος, διαμεμερισμένος.* Columella lib. XII. *Nihil conſpiciebatur in domo dividuum.* Et *Dividuitas* l. 80. §. I. ff. ad L. Falcid. *Legata quae dividuitatem non recipiunt.*

42. SCIO TE NON USUM.] Mſ. R. & V. C. *Scio te non eſſe uſum.*

ACT.

Digitized by Google

ACT. II. SCENA III.

6. FRATREM HOMINI.] V. C. *Fratrem hominum.*

11. NIHIL SUPRA POTE.] Mſ. R. & V. C. *Nihil ſupra poteſt? quidnam.*

ACT. II. SCENA IV.

1. NUM QUIDNAM AFFERT?] V. C. *Affert.*

4. EGO ILLAM HERCLE.] Mſ. R. *Facile.*

13. HILAREM HUNC SUMAMUS.] Chariſ. lib. II.

ACT. III. SCENA I.

2. OCCIPIUNT PRIMULUM.] Priſcian. lib. XV.

3. NUMQUAM TUTE PEPERERIS?] V. C. *Peperiſti.*

4. GETA AUTEM HIC.] Priſcian. lib. VII.

ACT. III. SCENA II.

8. NEQUE JUSJURANDUM.] Cato apud Nonium: *Qui neque fidem, neque jusjurandum, neque pudicitiam multi facit.*

NEQUE ILLUM.] Donatus monet *illum* ψιλῶς. ergo etiam in illo Senecae loco Controverſ. XXX. *Timeo neſcio quem, illum qui patrem meum occidit.* Quod ni ſic? eadem certe ratione *illum* ſine aſpiratione hic dictum, ut in Gloſſario; *illum* νάρτηκος τὸ ἐντός. Lucill.

nec proficis hillum.

15. SATIS MIHI.] Chariſ. lib. II.

47. SECUNDA EI DOS.] Plautus Amphit. II. 2. 209.

Non ego illam mihi dotem eſſe duco, quae dos dicitur:
Sed pudicitiam, & pudorem, & ſedatum cupidinem.

ACT. III. SCENA III.

18. HUIC MANDAS, SI QUID RECTE.] Iterum hoc dicto uſus eſt in Phorm. Act. IV. Scen. 4. 8. Idque ex Plauto ſumtum in Aſinaria, I. I. 107.

Eidem homini, ſi quid recte curatum velis,
Mandes.

Luitprandus Hiſtor. lib. II. cap. 15. *Regreſſi protinus ad regem, Terentianum illud pro reſponſione dederunt,* HUIC COMMANDES, SI QUID RECTE CURATUM VELIS.

21. EST HERCLE INEPTA.] Priſcian. lib. XV.

23. CONGRUM ISTUM.] Serv. in Aeneid. VIII. verſ. 632. *Ludere pendentes.*

30. VIDERE VIDEOR JAM DIEM.] Julius Rufin. Rhet. in *Diabole.*

31. QUOD ANTE PEDES.] Thucid. lib. VIII. Τὰς ἐμποδὼν αἰτίας μόνον ἐπισκοπεῖν. Priſc. lib. XVIII. Ariſtot. apud Stobaeum Serm. LXXXIX. Οὐκ ἐᾷ βλέπειν τὸ κείμενον ἐν τοῖς ποσίν. Dio Pruſaeus περὶ βασιλείας. Lucianus in Pſeudologiſt. Cicero II. de Divinat. cap. 13.

Quod ante pedes, nemo ſpectat: coeli ſcrutantur plagas.

36. HAECCINE FIERI.] In Mſ. R. additur *flagitia:* ſed aliena manu. In alio cod. *Haeccine fieri ſc. poſſunt apud fratrem meum.*

40. NIHIL NISI SAPIENTIA.] Sic Aelianus Var. lib. VII. cap. 6. Πᾶς γάρ μέτωπον εἰμί. Et *totus naſus* apud Catul. XIII. 14.

43. QUIDQUAM COEPERIT?] Priſcian. lib. X. *Cooperet.* Vid. Non. Marcell. in *Coepere.*

55. LACRUMO GAUDIO.] Quintilian. lib. XI. cap. 3. *Quin etiam lacrumas iis natura mentis indices dedit: quae aut erumpunt dolore, aut laetitia manant.* Euripides Hercul. Furioſo:

Χαρμοναὶ δακρύων ἔδοσαν ἐκβολάς.

Sic apud Dionyſ. Halicarn. lib. II. Antemnatium & Caeninenſium foeminae, cum liberas ſe a Romulo dimitti intellexiſſent, *Περιχαρεῖς γενόμεναι, καὶ πολλὰ δάκρυα ὑφ᾽ ἡδονῆς ἀφεῖσαι μετέστησαν ἐκ τῆς ἀγορᾶς.* Hirtius de Bello Alexand. *Lacrymas quas in colloquio projeceras, gaudio videretur projeciſſe.* Plautus Sticho. III. 2. 13.

Ut prae laetitia lachrymae proſiliunt mihi!

Cur autem in gaudio lacrumae prorumpant, explicat Alexand. Aphrodiſaeus Problem. lib. I. Apulej. lib. I. Metam. *Nam ut lacrumae ſaepicule de gaudio prodeunt.* Serv. in Virgil. Aeneid. V. verſ. 343.

lacrumaeque decorae.

59. DOMI HABUIT UNDE DISCERET.] Hieronym. ad Heliodor. de morte Nepotian. *Pontificem deſerere non audebat, tot in illo cernens exempla virtutum, domique habens unde diſceret.* Sidon. Apoll. lib. VII. Epiſt. II. *Si ambigitur quo magiſtro rudimentis fidei fuerit imbutus, ut proverbialiter loquar,* DOMI HABUIT UNDE DISCERET.

ACT. III. SCENA IV.

14. SALVERE HEGIONEM.] Priſcian. lib. XVIII.

18. FUNCTUS OFFICIUM.] V. C. *Officio.*

22. AN QUIDQUAM EST.] In Mſ. R. τὸ *Eſt* deſideratur.

24. PERSUASIT NOX, AMOR.] Demoſthen.

Κατὰ

Κατὰ Μενάνδ. τρεῖς εἶχε προφάσεις, μέθην, ἔρωτα, ἄγνοιαν, διὰ τὸ σκότος καὶ νυκτὸς τὸ πρᾶγμα γενέσθαι. Ennius apud Feſtum:

Perſuaſit nox, vinum, Deus qui multo eſt maximus.

Plautus Aulular. IV. 10. 64.

Ego me injuriam feciſſe filiae fateor tuae,
Cereris vigiliis, per vinum, atque impulſu adoleſcentiae.

Idem Bacchid. Act. I. Scen. I. 54.

iſtoc illecebroſius
Fieri nihil poteſt: nox, mulier, vinum, homini adoleſcentulo.

Eodemque colore Seneca utitur lib. VII. Controverſ. 8. *Nox, vinum, error: quid iraſceris, puella?*

28. IGNOTUM EST.] Priſcian. lib. X.

33. HIC GETA.] Priſcian. lib. VII.

35. ALIT ILLAS.] Mſ. R. *Alit illam.*

42. CERTE, HEGIO.] V. C. *Certe parturit.*

45. VOBIS DECET.] Mſ. R. *Vos decet.* Vid. Serv. Aeneid. VIII. verſ. 127. *Cui me precari.*

62. NON ME INDICENTE.] Gloſſ. marginal. *Indicente, praecipiente, hortante.*

ACT. IV. SCENA I.

6. MISERE NIMIS.] In Mſ. R. τὸ *Nimis* deeſt.

16. QUAM VELLEM NOCTU.] Symmach. lib. I. Epiſt. 17. *An tibi parum exempli videtur in Comico, cum ait?* QUAM VELLEM ETIAM NOCTU AMICIS OPERAM MOS ESSET DARI!

18. CUM FERVIT.] Priſcian. lib. IX.

TAM PLACIDUM, QUAM OVEM.] Lactant. Divin. Inſtit. lib. III. cap. 26. *Da mihi virum, qui ſit iracundus, maledicus, effrenatus: pauciſſimis Dei verbis tam placidum, quam ovem, reddam.* Lucian. in Aſino: Καί σοι τοῦτον σωφρονέστερον προβάτου ποιήσω τῇ τομῇ. Philippid. apud Stobaeum: Ὁ τραχύτατος δὲ συκοφάντης, μνᾶς δύο λαβὼν ἄπεστιν ἀρνὸς μαλακώτερος. Plaut.

Ovem meram vides.

19. FACIO TE APUD ILLUM.] Priſcian. lib. XIII.

21. LUPUS IN FABULA.] Plautus in Sticho IV. 1. 71.

Atque eccum tibi lupum in ſermone; praeſens eſuriens adeſt.

Vidend. Suid. Εἰ καὶ λύκου ἐμνήσθης.

ACT. IV. SCENA II.

3. NEGAT ESSE RURI.] Chariſ. lib. I.

15. NON, HERCLE, HIC QUIDEM.] Dio Prulaeus Orat. Περὶ δόξης. Πᾶσα μὲν οὖν ἐστὶ δουλεία χαλεπή· τοῖς δὲ ἀπὸ τύχης ἐν οἰκίᾳ τῇ αὐτῇ δουλεύουσιν, ἐν ᾗ δύο, τρεῖς δεσπόται.

21. RUS HINC MODO PRODUXE.] Serv. Aeneid. XI. verſ. 152 *Non haec, ô Palla.*

29. HUIC REI CAPUT.] Quintilian. lib. III. cap. ult. *Ut dicimus, caput rei eſt apud Menandrum*, κεφάλαιόν ἐστι. Plaut. Aſin. III. 3. 138.

Ego caput huic argento fui hodie reperiundo.

32. DIMINUETUR TIBI.] Ex Priſciani ſententia *dimminuetur* legendum, lib. I.

45. EST PISTRILLA.] Chariſ. lib. I.

46. ILLIGNEIS PEDIBUS.] Sic Querolus, *Illignis foribus.*

52. CARPAM: ET CYATHOS.] Themiſt. Euphrad. Orat. VI. Πάσχω οὖν ὥσπερ οἱ λίχνοι τῶν δειπνούντων, ἀπογεύομαι ἀεὶ τοῦ ἀεὶ περιφερομένου ἁρπάζων, ἐμπίπλαμαι δὲ οὐδενὸς ἱκανῶς.

ACT. IV. SCENA III.

14. OMNES, QUIBUS RES.] Menander:

Εὐπικρον ἀτυχῶν ἐστιν ἄνθρωπος φύσει.

16. CREDUNT NEGLIGI.] Sic fere omnes Mſſ. Codd. in nonnullis tamen *claudier* eſt. Videri poſſet, ſcripſiſſe Terentium, *Se credunt calvier.* ut in XII. Tabb. *Si calvitur, pedemve ſtruit.* Sed vulgatam lectionem veriorem puto. Menander:

Πρὸς ἅπαντα δειλὸς ὁ πένης ἐστὶ πράγματα
Καὶ πάντας αὐτοῦ καταφρονεῖν ὑπολαμβάνει.

ACT. IV. SCENA IV.

4. CONSILII QUID.] V. C. *Conſilii quid poteſt.*

13. ME REPREHENDI.] V. C. *Me pallio reprehendi.*

18. EGOMET RAPUI.] Priſcian. lib. XIII.

ACT. IV. SCENA V.

1. ITA, UT DIXI.] V. C. *Dixti.* Vid. Diomed. lib. I.

7. NON EQUIDEM ISTAS.] Mſ. R. *Iſtas.*

9. ERUBUIT: SALVA RES.] Lampridius in Heliogab. *Cum ad vindemias vocaſſet amicos nobiles, & ad corbes ſediſſet, graviſſimum quemque percontari coepit, an promptus eſſet in Venerem: erubeſcentibuſque ſenibus, exclamabat:* ERUBUIT: SALVA RES EST. *Silentium ac ruborem pro conſenſu ducens.*

34. PRAESENS PRAESENTI ERIPI.] Serv. lib. IV. ad verſ. 83. *Abſens abſentem audit.*

59. QUID? CREDEBAS, DORMIENTI.] Menander:

Αὐτόματα γὰρ τὰ πράγματ' ἐπὶ τὸ συμφέρον

Digitized by Google

Ῥεῖ, καὶ καθεύδεις.

Cicero VII. Verrin. *Quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferunt.*

63. Oasecro! non ludis.] Diomed. lib. I.

66. Jam uxorem?] Mſ. R. & V. C. *Jam uxorem ducam?*

67. Quam oculoa nunc amo.] Mſ. R. *Nunc ego amo.* Catull. Carm. XIV. I.

Ni te plus oculis meis amarem.

ACT. IV. SCENA VII.

11. Ducenda indotata 'st.] Lege Attica, ſi quis puellam devirginaſſet, ejus ἢ γάμους ἀπροίκους, ἢ θάνατον eligere cogebatur. Syrian. Sopat. in Hermog. Plaut. Aulul. IV. 10. 62.

Si quid ego erga te imprudens peccavi, aut gnatam tuam,
Ut mihi ignoſcas, eamque uxorem mihi des, ut leges jubent.

21. Ita vita est hominum.] Alexis apud Stobaeum:

Τοιοῦτο τὸ ζῆν ἐστιν ὥσπερ οἱ κύβοι,
Οὐ ταὔτ' ἀεὶ πίπτουσιν, οὐδὲ τῷ βίῳ
Ταὐτὸν διαμένει σχῆμα· μεταβολὰς δ' ἔχει.

Quem locum imitatus eſt Tzetzes Chiliad. x, cap. 341.

ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς κύβοις
Ἄλλοτε ἄλλα βάλλονται. οὕτω καὶ ἐν τῷ βίῳ
Ἄλλοτε ἄλλα γίνονται μεταβολαῖς ποικίλαις.

Ambroſ. de Tobia cap. II. *Verſatur enim eorum vita ut teſſera.* Vid. Plato de Repob. lib. x. & Sophocles apud Stob. cap. 254. 256. Arrian. in Epictet. lib. II. cap. 5. Plutarch. Περὶ εὐθυμίας, & de Conſol. ad Apollon.

22. Si illud, quod est maxume opus jactu, non cadit.] Hunc locum Caeſar imitatus videtur de Bello Civili lib. III. *Si non omnia caderent ſecunda, fortunam eſſe induſtria ſublevandam.* Et Guntherus Ligurin. lib. I. 237.

Nunc igitur, veluti cum luditur alea, prudens
Si qua male acciderint, ea luſor corrigit arte.
Sic nos humanae luſit quos alea ſortis,
Conſilio fati caſum properemus iniqui
Corrigere, & tanto ſolatia ferre dolori.

32. Qui cum cantites.] Amatoria videlicet cantica & meretricia, qualia eradt quae Graece λοκρικὰ proprie dicebantur: id eſt, πορνίδιον ᾠδάρια, apud Ariſtoph. in Ranis vel πορνικὰ ᾄσματα, Cyrill. Περὶ ἐξόδου ψυχῆς. velut illius odae pars eſt, quam in eam rem Athenaeus laudat Deipnoſ. lib. XV. Nec alia fuit bubſequae Virgiliani, quantumvis ἀγροικὴ cantilena, in Eclog. I. 5.

Formoſam reſonare doces Amaryllida ſylvas.

Et de qua Horatius Satyr. I. Eclog. 5. 15.

abſentem ut cantat amicam
Multa prolutus vappa nauta, atque viator.

Quae etiam θυμελικὰ ᾄσματα a Cyrillo dicuntur: nam εἰς θυμέλην ſive ſcenam prodire ſoliti fuerunt, qui ſpectatores ejuſmodi cantilenis aſſa voce oblectarent. Macer JC. l. 24. princ. ad L. Jul. de adult. Atenim amatoriis cantilenis cum alias, tum maxime vino incaleſcente, ut etiam nunc ſaepe fieri amat, convivia perſtrepebant. Baſilius Περὶ μεθυόντων: Γέλωτες παρ' ἀμφοτέρων, ᾄσματα αἰσχρὰ, σχήματα πορνικὰ, ἐρεθίζοντα πρὸς ἀσέλγειαν. Juvenal. Sat. XI. 171.

ille fruatur
Vocibus obſcoenis, omnique libidinis arte.

& quae ſequuntur. ubi vid. Scholiaſt.

34. Restim ductans.] Fuere veteribus in uſu duo potiſſimum genera chorearum, bellicrepa ſive πυῤῥίχη, & illa γελαστικὴ, qua in theatris & commeſſationibus utebantur. Sed theatrales variae erant: ἐμμέλεια enim τραγικὴ, κόρδαξ κωμικὴ, σίκιννις σατυρικὴ: inventoreſque earum Satyri. Lucianus Περὶ ὀρχήσεως· Οἱ Διονύσου θεράποντες, οἱ σάτυροι, ταύτας ἐφευρόντες, ἀφ' αὑτῶν ἑκάστην ὠνόμασαν. Ideoque Arrianus in Indicis κόρδακα, σατυρικὸν vocat, γενικῶς, a repertore ejus, non qui ſic a reliquis diſcriminaret: Καὶ ὄρχησιν ἐκδιδάξαι (Dionyſius) τὴν σατυρικὴν, τὸν κόρδακα τὸν παρ' Ἕλλησι καλούμενον. Itaque *reſtim ducere* Terentio eſt, quod κόρδακα ἕλκειν Ariſtoph. utrumque comicum. cujuſmodi ſane ſaltationes frequentes introducuntur in Fabulis. Ariſtoph. in Veſp. Plaut. in Pſeud. V. I. Stich. V. 7. & alibi. Vidend. Athen. Deipnoſ. lib. I. Ulpian. in Demoſt. Olynth. 2. Pollux, Scholiaſt. Ariſtoph. in Nubib. & Etymol. Magnum.

43. Si cupiat, salus.] Iuſcriptio vetus in Hiſpania:

Nec. Hercules. quem. Gades. colunt.
Nec. Bellona. quam. Camartes. adorant.
Nec. Di. omnes. Romani. eripere. me.
a. morte. potuere.

Plautus Captiv. III. 3. 14.

Neque jam Salus ſervare, ſi volt, me poteſt: nec copia eſt.

Cicero pro M. Fontejo 6. *Salus ipſa virorum fortium innocentiam tueri non poteſt.*

ACT. V. SCENA I.

1. Aedepol, Syrisce.] Priſcian. lib. XIII. & XVIII.

13. Nollem huc exitum.] Mſ. R. *Nollem hunc exitum.*

ACT.

Digitized by Google

ACT. V. SCENA II.

4. PARASITASTER PARVOLUS.] Mſ. R. & vett. codd. *Paraſitaſter paululus.*

11. EDORMISCAM HOC VILLI.] Mſ. R. & V. C. *Hoc vini.*

ACT. V. SCENA III.

18. COMMUNIA ESSE AMICORUM.] Malchus de Pythagora: *Τοὺς δὲ φίλους ὑπερηγάπα, κοινὰ μὲν τὰ τῶν φίλων εἶναι πρῶτος ἀποφηνάμενος*, Hieronym. adverſ. Rufin. *Pythagorica & illa praecepta ſunt, Amicorum omnia ſunt communia.* Seneca de Benef. lib. VII. cap. 4. *Me ſcito, & de amicis interrogare. omnia dicitis illis eſſe communia; ergo nemo quidquam amico donare poteſt.*

21. ID TE MORDET.] Sic Graeci quoque, *Τοῦτ' ἐμὲ δάκνει.*

38. HOC LICET IMPUNE.] Auguſtin. Epiſt. V. *Quod enim in diverſitate perſonarum uno tempore accidere poteſt, ut huic liceat aliquid impune facere, quod illi non liceat, non quod diſſimilis ſit res, ſed is qui facit: ita ab una eademque perſona diverſis temporibus, tunc oportet aliquid fieri, tunc non oportet, non quod ſui diſſimilis ſit qui facit, ſed quando facit.*

47. SOLUM UNUM HOC VITIUM.] Cicero de Seneƈt. 18. *Avaritia vero ſenilis quid ſibi velit, non intelligo. Poteſt enim quidquam eſſe abſurdius, quam, quo minus viae reſtat, eo plus viatici quaerere?* Horat. in Arte 169.

> *Multa ſenem circumveniunt incommoda: vel quod*
> *Quaerit, & inventis miſer abſtinet, & timet uti:*
> *Vel quod res omnes timide gelideque miniſtrat.*

HOMINIBUS.] V. C. *Omnibus.*

51. ANIMUS AEQUUS SUSVORTIT.] V. C. *Subvertant.* al. *evertant.*

60. FAVILLAE PLENA, FUMI.] Homerus Σ. *Καὶ γρηὶ καμινοῖ ἶσος.* Et ex eo Nicetas Choniat. *Καὶ γρηὶ καμινοῖ ἴσοι ἐκ τοῦ καπνοβολεῖσθαι πυρί.*

65. UNA CUBET.] V. C. *Cum illa tunc cubet.*

ACT. V. SCENA IV.

12. AGRESTIS, SAEVOS.] Afranius apud Non. *Vixiſti triſtis, durus, difficilis, tenax.* Et quid *Triſtis* hoc loco, explicat Nonius in voce *Triſtis.*

16. HOC FRUCTI PRO LABORE.] Chariſ. lib. I. Priſcian. lib. VI.

17. PATRIA POTITUR COMMODA.] Servius III. Aeneid. verſ. 278. *inſperata tandem tellure potiti.*

ACT. V. SCENA VII.

3. TU HIC ERAS?] V. C. *Tun' hic eras?*

6. UXOREM ARCESSISI?] Mſ. R. & V. C. *Uxorem, quaeſo, arceſſis?*

7. HYMENAEUM QUI CANTENT.] Mſ. R. & vett. codd. *Qui canat.*

9. HYMENAEUM, TURBAS, LAMPADAS.] Haec nuptiarum ſolemnia obſervavit Apul. Mileſ. IV. *Jam feralium nuptiarum miſerrimae virgini choragium ſtruitur. jam tedae lumen atrae fuliginis cinerem marceſſit: & ſonus tibiae zygiae mutatur in querulum Lydium modum: cantuſque laetus Hymenaei lugubri finitur ululatu: & puella nuptura deterget lacrumas ipſo ſuo flammeo.*

17. ILLI BABYLO.] Mſ. R. *Ille Babylo.*

18. QUID AGO?] V. C. *Quid agam?*

23. HUC PER VIAM.] Mſ. R. & vett. codd. *Hac per viam.*

ACT. V. SCENA VIII.

8. PARERE JAM DIU.] Priſcian. lib. X.

14. DA VENIAM FILIO.] Mſ. R. & vett. codd. *Da veniam, quaeſo, filio.*

17. PROMISTI AUTEM?] Mſ. R. *Promiſiſti.* Diomed. lib. I.

DE TE LARGITOR.] V. C. *De te ſis largitor, puer.*

19. NON OMITTIS?] V. C. *Non omittitis?*

35. SUO SIBI HUNC GLADIO.] Simile fere illud apud Treb. Pollion. in Mario: *Addidiſſe haec verba dicitur interemptor: Hic eſt gladius, quem ipſe feciſti.* Hieronymus Epiſt. ad Magnum: *Juxta Fabulas Poëtarum, ſuo ſe enſe laceravit.* Variant vero ſcripti Terentii codd. quorum pars magna ſic habet: *Gaudeo, & ſuo gladio hunc jugulo.*

ACT. V. SCENA IX.

1. QUOD JUSTI.] V. C. *Quod juſſiſti.*

4. AEDEPOL VIR BONUS ES.] In Mſ. R. *τὸ Es* deſideratur.

9. LEPIDUM CAPUT!] Servius lib. I. Aeneid. ad verſ. 399.

> *puppeſque tuae, pubeſque tuorum.*

19. HAUD DUBIUM, QUIN.] Mſ. R. & V. C. *Haud dubium eſt, quin.*

IN HECYRAM.

LUDIS MEGALENSIBUS.] Mſ. R. & vett. codd. *Ludis Romanis.*

TIBIIS PARIBUS.] Mſ. R. *Tibiis parilibus*; ut & in Andria.

ACTA PRIMO SINE PROLOGO.] Variant hic ſcripti libb. quorum plurimi ſic habent: *Gn. Octavio, Tito Manlio Coſſ. relata eſt iterum ludis funebribus, relata eſt III. Quinto Fulvio* &c.

ALTER PROLOGUS.

13. PLACITAE SUNT.] Servius Aeneid. x. verſ. 106. *Haud licitum eſt.*

26. ACCESSIT EXSPECTATIO.] Vett. codd. *Acceſſit ſpectatio.*

48. UT LIBEAT.] Mſ. R. *Ut lubeat.*

ACT. I. SCENA I.

1. PER POL QUAM.] Servius Aeneid. I. verſ. 644. *Rapidum ad naves praemittit Achatem.*

7. NE CUJUSQUE MISEREAT.] Vett. codd. *Ne cujuſque te miſereat.*

ACT. I. SCENA II.

31. DI BENE AMABUNT.] V. C. *Ament.*

64. PLUS POTUS.] Priſcian. lib. IX.

84. MAGIS PROCAX.] Non. Marcell. in *Procacitas.*

94. ELAPSUS BACCHIDI.] V. C. *Elapſus eſt a Bacchide.*

99. RELINQUIT CUM MATRE.] Mſ. R. & V. C. *Reliquit.*

108. NON QUIT PATI.] Mſ. R. *Non quivit pati.*

110. DIES EST COMPLURIS.] Priſcian. lib. III.

114. IT VISERE AD EAM.] Macrob. de Differentiis.

ACT. II. SCENA I.

3. NEQUE DECLINATAM.] Menander:

Γυνὴ γυναικὸς πάντα᾽ οὐδὲν διαφέρει.

4. OMNES SOCRUS ODERUNT.] Hieronym. adverſus Jovinian. cap. XXIX. *In Lepti urbe ſemibarbara & poſita in ſolitudine moris eſt, ut nurus altera die ollam mutuam poſtulet. Cui illa negat, ut ſcias illud verum eſſe Terentii, quod conſulto ambigue extulit:* OMNES SOCRUS ODERUNT NURUS. Idem in Michaeam cap. VII. *Terentius in Hecyra, Quid hoc eſt, inquit,* OMNES SOCRUS ODERUNT NURUS: *quod quamquam ambiguum ſit, tamen propemodum naturale eſt, ut nurus ſocrum, & ſocrus oderit nurum.*

8. ME MISERAM! QUAE NUNC.] Servius Aeneid. I. verſ. 410. *Talibus incuſat.*

15. QUI ILLUM DECREVERUNT DIGNUM.] Serv. Aeneid. x. verſ. 532. *Gnatis parce tuis.*

17. TU, INQUAM, MULIER.] Convicium ſollemne in ſequiorem ſexum, MULIER. Plaut. Caſin. II. 2. 36. *I foras, Mulier.* Euripid.

Ὦ παγκάκιστε καὶ γυνή, τί γὰρ λέγων
Μεῖζον σε τοῦδ᾽ ὄνειδος ἐξείποι τις ἄν;

Carcinus Tragicus apud Athen. Deipnoſoph. lib. XIII.

Ὦ Ζεῦ τί χρὴ γυναῖκας ἐξειπεῖν κακόν
Ἀρκοῦν ἂν εἴη κἂν γυναῖκ᾽ εἴπῃς μόνον.

21. FAMA FORIS.] V. C. *Pro fama foris.*

38. ME ODISSE ADSIMULAVERIT.] Mſ. R. *Me odiſſe ſe adſimulaverit.*

42. MORBUM MAGIS.] In Mſ. R. τὸ *Magis* deſideratur.

ACT. II. SCENA II.

5. APPRIME OBSEQUENTEM.] Chariſ. lib. II.

9. INCERTUM AMISTI.] Mſ. R. *Amiſiſti.*

18. SE IPSUM, MAGNIFICARE.] V. C. *Magnifacere.*

21. ET BENIGNITATEM.] Additur in Mſ. R. & vett. libb. *Quam exhibebis erga meam filiam.* ſed alia manu.

27. SE ABSENTE, PERDURARE.] Servius Aeneid. XII. verſ. 816. *Adjuro Stygii caput.*

ACT. III. SCENA I.

2. PARSI PERDERE?] Diomed. lib. I. Priſcian. lib. X.

10. SCIO REVERITURAS.] Mſ. R. *Reveritas.*

16. OBSTRUDIT PATER.] V. C. *Obtulit pater.*

19. EX BA RE ME.] In Mſ. R. τὸ *Me* deeſt.

27. NON MAXUMAS.] Ovidius:

Magnaque de facili jurgia lite cadunt.

31. GUBERNAT ANIMUS.] Plutarch. Περὶ ἀοργησίας. Lucret. lib. III. 448

Nam veluti infirmo pueri, teneroque vagantur
Corpore; ſic animi ſequitur ſententia tenuis.

35. Rua-

35. Rursum, prorsum.] Al. *Surſum prorſum.* Plaut. Amphitr. v. 1. 60.

Ego cunas receſſum rurſum vorſum trahere & ducere.

40. Me celas.] Vett. omnes & Mſ. R. *Me celant.*

Uxorem Philumenam pavitare.] Vid. Servius in Aeneid. 1. verſ. 92.

ſolvuntur frigore membra.

ACT. III. SCENA II.

14. Philumenae dolores.] V. C. *Philumenam.*

ACT. III. SCENA III.

11. Praecucurrit, nuntians.] Priſcian. lib. x.

18. Ad genua accidit, lacrumans.] Diodor. Sicul. Eclog. xxxiv. Τοῖς μὲν πρὸς τὰ γόνατα πίπτων, τοῖς δὲ ταῖς χερσὶν ἐπιφυόμενος ἐδεῖτο, καὶ μετὰ δακρύων καθικέτευε, βοηθῆσαι τοῖς ἀκληρήμασι.

20. Omnibus nobis.] Liban. Soph. Declam. xvi. pag. 456. Ὁποῖα γὰρ ἦν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸ φρόνημα ἔχειν.

23. Nam vitium.] Servius Aeneid. lib. xi. ad verſ. 687. *muliebribus armis.*

27. Obtestamur ambae.] Al. *Obſecramus.*

37. Fieri id non.] Mſ. R. τὸ *Id*, deeſt.

48. Idem nunc.] Mſ. R. *Item nunc.*

50. Olim soli credidi.] V. C. *Olim ſibi credidi.*

ACT. III. SCENA IV.

4. Nescis quid mali.] Poſidippus:

Ὁ μὴ πεπλευκὼς, οὐδὲν ἑώρακεν κακόν.

7. Plus eo, in navi.] Priſcian. lib. vii.

11. Si eo mihi redeundum siet.] Pertinet huc Amphidis dictum apud Stobaeum, Serm. ccl.

Ἐν οἷς ἂν ἀτυχήσῃ τις ἄνθρωπος τόποις,
Ἥκιστα τούτοις πλησιάζειν ἥδεται.

Phaedrus 1. 18.

Nemo libenter recolit, qui laeſit, locum.

18. Callidemidem hospitem.] Priſcian. lib. vi.

27. Cadaverosa facie.] Sidon. Apoll. lib. xlii. Epiſt. 3. *Sordidior eſt atque deformior cadavere rogali.*

ACT. III. SCENA V.

1. Dixisse, se exspectare.] In Mſ. R. τὸ *Se* deeſt.

7. Atque adeo.] Mſ. R. *Et adeo.*

11. Vixit, dum vixit, bene.] Inſcriptio vetus Tordae in Tranſilvania: Vixi, dum vixi, bene.

18. Audivi omnia.] Mſ. R. *Audivi omnia modo.*

22. Et benigno in illam.] Plurimi vett. & Mſ. R. *Quam fideli animo in illam, & clementi fui.* quod verius puto.

23. Ni te ex ipsa.] V. C. *Niſi ex ipſa*

33. Quum te postputasse.] In Mſ. R. τὸ *Te*, omiſſum.

43. Si sanus sies] V. C. *Si ſanus ſatis ſies.*

ACT. IV. SCENA I.

10. Nam si utrumvis horum. &c.] Priſcian. lib. viii.

12. Patrem rogare.] Mſ. R. *Rogitare.*

15. Tantopere omnes.] Vett. & Mſ. R. *Tantopere hoc omnes.*

16. Pepererit.] Mſ. R. *Peperis.*

21. Sciam ita esse.] In Mſ. R. τὸ *Ita* deeſt.

28. Jam aderit.] Codd. Vett. & Mſ. R. *Jam aderit tempus.*

40. Hominem ducerem.] V. C. *Dicerem.*

57. Nosci non quita.] Priſcian. lib. x.

59. Virgini abiens anulum.] Pacuvius apud Feſtum: *Repugnanti ego porro hunc vi detraxi ungulum.*

ACT. IV. SCENA II.

16. Cognatas deserere, et festos dies.] Explicari hic locus debet ex Val. Max. lib. ii. cap. 1. §. 8. *Convivium etiam ſollemne majores inſtituerunt, idque Chariſtia appellaverunt, cui praeter cognatos & affines nemo interponebatur,* &c. Hoc in Gloſſ. eſt *Cara cognatio*, τιμησυγγένεια. Tertullian. de Idololatr. *Carae cognationis honoraria exigenda omnia.* Vid. Kal. Ruſticum.

20. Longinquitas aetatis.] V. C. *Longitas.*

ACT. IV. SCENA III.

2. Istuc est sapere.] Alexis:

Εἰ μὴ γὰρ ἂν ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ τύχαις
Ὑπηρετεῖν, οὐ φαίνεσθαί μοι φρονεῖν.

ACT. IV. SCENA IV.

3. MATER TE IMPULIT.] Mſ. R. & vett. codd. *Mater quae te impulit.*

14. SANE PERPETUAM VOLO.] Nuptiarum quippe hoc votum eſt, aetatem eae ut durent atque perpetuae ſint. l. 1. ff. de rit. nupt. Virg. Aeneid. 1. 73.

Connubio jungam ſtabili, propriamque dicabo:
Omneis ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat.

Quinctilian. Declam. CCCLXXVI. *Uxor mihi ſocia thori, vitae conſors, in omnem aetatem jungenda.* Ideo divortium matrimonii quaedam velut calamitas, qua interveniente ſocietas haec diſſolvitur. Vid. Gratian. cauſ. 27. Quaeſt. 2. pr. & capp. ſeqq. parte II. decreti.

28. CONSULTATIO 'ST.] V. C. *Conſolatio eſt.*

37. NEC CONVENTURUM.] Mſ. R. *Neque conventurum.*

40. CENSEN' TE POSSE.] V. C. *Cenſeſne te poſſe.*

54. ID, QUOD SOLLICITERE.] Mſ. R. *Quid ſit hoc, id quod ſollicitere.*

61. HUC ANIMUM UT ADJUNGAS.] Vett. & Reg. exempl. *Ut adducas.*

104. IMMO VERO ABI.] In Mſ. R. & vett. τὸ *Vero* deeſt.

ACT. V. SCENA I.

8. OBSTET APUD TE.] Poſtremae duae voces in Mſ. R. deſunt.

20. ERIT AETATEM.] Τὸ *aetatem* in vett. libb. & Mſ. R. omiſſum eſt.

ACT. V. SCENA II.

3. SED QUUM TU SATURA.] Priſcian. lib. VI.

26. SUSPICIONE EXSOLVES.] Mſ. R. *Evolles.*

ACT. V. SCENA III.

12. TUA QUOD NIHIL REFERT, PERCONTARI.] Gloſſar. Πολυπραγμονῶ, *ſciſcito, percontor. Terent.* Sic Plaut. Sticho II. 1. 48. *Tua quod nihil refert, ne Cures.* Menand. Α῎ μὴ προσήκει, μήτ᾿ ἄκουε, μήθ᾿ ὅρα. Ariſtides, Περὶ τοῦ παραφθέγματος. p. 50. Ἴσα τοίνυν εἰδῆς, ὅτι καὶ ὅλως ἀρχαῖον νόμιμον τοῦτο, καὶ Ἑλληνικὸν, φρονεῖν ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ.

31. DUM LUCTAT.] Ita Mſ. R. & vett. libb. al. *Luctatur.*

38. QUAESTI GRATIA AD MALAS.] Priſcian. lib. VI. Fab. Fulgent. de priſco ſerm. in voce *Diobolares.*

ACT. V. SCENA IV.

3. DEUS SUM, SI HOC ITA.] Plaut.

Rex ſum. regem autem quid loquor!
immo Deus.

Et in Curcul. 1. 3. 11. *Sum Deus.*

8. VENUSTATISQUE.] Q. Aur. Symmach. lib. 1. Epiſt. 72. *Res cecidit ex voto, utor teſte quo volui, jam mihi Comici adoleſcentis voce clamandum eſt,* QUIS ME HODIE FORTUNATIOR, VENUSTATISQUE ADEO PLENIOR? Aliter, ſed male, Terentii locum Non. Marcellus laudat in voce *Vetuſtas.*

11. NEQUE IN ME IPSO.] Mſ. R. *Neque in memetipſo, ſibi,* &c.

20. MOREM ANTIQUUM.] Reſpexit ad verſum Ennii lib. V. Annal.

Moribus antiqueis res ſtat Romana, vireiſque.

quem citant Cicero lib. V. de Rep. Auguſtin. Epiſc. lib. II. cap. 21. de Civit. Dei. Volcat. Gallican. in Avidio. Plaut. Capteiv. I. 2. 20.

Ille demum antiquis eſt adoleſcens moribus:
Cujus numquam voltum tranquillavi gratiis.

24. PERLIBERALIS VISA 'ST.] Vid. Feſt. in voce *Liberales.*

40. FECI IMPRUDENS, QUAM SCIENS.] Plaut. Capteiv. Prol. 44.

ut ſaepe jam in multis locis
Plus inſciens quis fecit, quam prudens boni.

IN PHORMIONEM.

PROLOGUS.

2. TRANSDERE HOMINEM.] Vett. codd. & Mſ. R. *Tradere.*

12. ET MAGIS PLACERENT.] Hic verſus abeſt a pleriſque Mſſ.

21. BENEDICTIS SI CERTASSET.]. Plaut. Pſeud. IV. 7. 77. *Contumeliam ſi dices, audies.* Hieronym. adverſ. Pelagian. *Cum dixeris quae volueris, audies quae nequaquam velis.* Et adverſ. Rufin. *Nihilque ſuper hoc amplius, niſi illud e trivio, Cum dixeris quod vis, audies quod non vis. Aut ſi ſibi videtur vulgare proverbium, & homo ſapientiſſimus magis Philoſophorum ac Poëtarum ſententiis delectaris, lege illud Homericum,*

Ὁποῖόν κ' εἴπῃσθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις.

Vid. Quinctil. lib. V. de iis qui latius evagantur.

29. RES AGETUR.] Mſ. R. *Geretur.*

ACT. I. SCENA I.

2. DE RATIUNCULA.] Priſcian. lib. III.

9. UNCIATIM.] Chariſ. lib. II.

10. DEFRAUDANS GENIUM.] Plaut. Aulul. IV. 9. 13.

qui tantum auri perdidi?
Quod cuſtodivi ſedulo. Egomet me defraudavi,
Animumque meum, geniumque meum.

Pertinet autem huc locus Junii Philargyrii in Virgil. Eclog. V. *Sollemnia vota. Coenarum tria genera, unum ſollemne, aliud viaticum: ut,* AD COENAM VOCANT, ADVENTUM GRATULANTUR. *Ut idem Terentius:* QUOD VIX DE DEMENSO SUO, SUUM DEFRAUDANS GENIUM. Vidend. Servius Georg. I. ad verſum 302. *genialis hyems.* Non. Marcell. in voce *Genialis.*

13. FERIETUR ALIO MUNERE.] Seneca de Benefic. lib. VII. cap. 4. *Numquid dubium eſt, quin ſervus cum peculio domini ſit? dat tamen domino ſuo munus.*

14. UBI ERIT NATALIS DIES.] Summa cura & relligione antiqui obſervabant, ne amici diem natalem ſine munere dimitterent. Symmach lib. VI. Epiſt. 49. *Natalitio munere, quod frequentari a nobis per multos annos communis felicitas faciet, noſtrum hilaraſtis animum.* Pomponius l. 31. §. 8. ff. de donat. int. vir. & uxor. *Si vir uxori munus immodicum Kal. Martiis, aut natali die dediſſet, donatio eſt.* Plaut. Pſeud. Act. I. Scen. 2. Ille vero cujus natalis erat, hoc agebat, ut genialiter eo die & amicos & ſe acciperet. Perſius Satyr. II.

Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo,
Qui tibi labentes apponit candidus annos:
Funde merum genio.

Plaut. Pſeud. I. 2. 32.

Nam mihi hodie natalis dies eſt, decet eum omnes vos concelebrare.
Pernam, callum, glandium, ſumen, facite in aqua jaceant. ſatin' audis?
Magnifice volo enim ſummos viros accipere.

Idem in Perſa Act. V. Juvenal. Satyr. V. Symmach. lib. VI. Epiſt. 82. Adeo quidem, ut non privatum, ſed publicum ſaepe convivium daretur. Atque hoc eſt, quod Marcianus notat in l. 23. ff. de ann. leg. *Cum quidam decurionibus diviſiones dari voluiſſet die natalis ſui, Divi Severus & Antoninus reſcripſerunt, non eſſe veriſimile teſtatorem de uno anno ſenſiſſe, ſed de perpetuo legato. Diviſiones* vocat viſcerationem, cruſtula, & mulſum, quae viritim convivis dividebantur, ut ex inſcriptione apparet, quae Spoleti eſt:

TRIB. MIL. LEG. XV. APOLLINARIS. ET. LEG. V. MACEDONIC. HIC. LEGAVIT. TESTAMENTO. MUNICIPIBUS. HS. LXVI. C. MONST. UT. EX. REDITU. EJUS. SUMMAE. QUOT. ANNIS. VIII. IDUS NOVEMB. NATALE. SUO. MUNICIPIB. EPULUM. ET. CRUST. ET. MULSUM. DARETUR.

Qui mos non ſolum autem apud Italos, ſed & alibi gentium uſu receptus fuit: ſic enim Geneſ. XL. in natali ſuo Pharao opipare convivatur. Et Matth. cap. XIV. natalis Herodis ſplendide celebratur. Quamvis ne tale quid a populo Judaico committeretur, lege interdictum fuiſſe Joſephus ſcribit contra Appionem: *Οὐ μὴν οὐδ' ἐπὶ ταῖς τῶν παίδων γενέσεσιν ἐπέτρεψεν, εὐωχίας συνάγειν, καὶ προφάσεις ποιεῖσθαι μέθης, ἀλλὰ σώφρονα τὴν ἀρχὴν εὐθύς.*

ACT. I. SCENA II.

6. SI QUIS QUID REDDIT.] Juvenal. Satyr. XIII. 60.

Nunc, ſi depoſitum non inficietur amicus,
Si reddat veterem cum tota aerugine follem;
Prodigioſa fides.

18. PELLEXIT.] Priſcian. lib. X.

MONTES AURI POLLICENS] Menander:

Βασιλικῶς ὑπισχνούμενος, τὸ δὴ λεγόμενον
Ταῦτα, τὰ τῆς γῆς ἀγαθά.

Apul-

Apulejus in Apol. Hieronym. adverſus Paulin. *Cum montes aureos pellicitus fueris, ne ſcorteum quidem nummum de theſauris tuis proferas.* Plaut. in Milite IV. 2. 72.

praeter theſaurum.

Tum argenti montes non maſſas habet.

Prudent. de Laurent. 55.

fulgidae

Montes monetae conditos.

28. Advorsum stimulum.] Zenobius in Proverb. Πρὸς κέντρα λακτίζειν Ammian. Marcell. *contra acumina calcitrare.* Chariſ. lib. IV.

32. Amare coepit perdite.] Chariſ. lib. I.

35. Oculos pascere.] Sueton. in Vitell. cap. 14. *Velle ſe, dicens, paſcere oculos.* Tacitus Hiſt. III. 39. *Audita eſt ſaeviſſima Vitellii vox, qua (ipſa enim verba referam) ſe paviſſe oculos, ſpectata inimici morte, jactavit.* Ambroſ. Epiſc. Hexaëm. lib. III. cap. 8. *Paſcuntur oculi grato ſpectaculo.*

38. In quo haec discebat.] Gellius lib. VII. cap. 7. Priſcian.

75. Lex est, ut orbae.] Terentius Adelph. Act. IV. Scen. V. verſ. 16.

virgo orba eſt patre:

Hic meus amicus illi genere eſt proxumus:

Huic leges cogunt nubere hanc.

Demoſthen. Πρὸς Λεωχάρην. Ὁ νομοθέτης &c. τὰς ἀτυχίας τῶν οἰκείων καὶ τὰς ἐκδόσεις τῶν γυναικῶν τοῖς ἐγγύτατα γένους προσέταττε. Fortunatianus: *Orba proxime nubat, vel ſi eam noluerit in matrimonium ducere, det X. millia.* De decem millib. recte etiam Eugraphius; quam tamen ſummam dicis gratia adjectam arbitror: ut in fragmentis Ulpian. Tit. II. de ſtatu liberis: *Sub hac conditione liber eſſe juſſus, ſi decem millia heredi dederit.* Et alibi apud alios. Inde Papinianus Quaeſt lib. 2. ſcribit, Imp. Severum filiae Flavii Athenagorae dari juſſiſſe decies centena dotis nomine. l. 6. §. 1. ff. de uſuris. Et Martial. lib. II. Epigr. 65. in Salejanum:

Illa, illa dives mortua eſt Secundilla,

Centena decies quae tibi dedit dotis?

Juvenal. Satyr. X. 335.

ritu decies centena dabuntur

Antiquo.

Non quod omnis dos hiſce terminis circumſcripta (ratio enim ipſa diverſaque exempla diverſum indicant. l. 2. §. 1. l. 11. de dote prael. Novel. 22. cap. 18. Tacit. extremo Annal. II.) ſed quod pro magna pecunia haec ſumma faltem poſita. Viderint ergo qui haec aliter interpretantur.

90. Qui mihi sic orat.] Servius Aeneid. VIII. verſ. 127. *cui me Fortuna precari.*

ACT. I. SCENA III.

2. Ejus adventi.] Vett. codd. & Mſ. R. *Adventus.* Vid. Priſcian. lib. VI.

5. Quod utinam.] Priſcian. lib. XV.

7. Tum illos.] V. C. *Tum illud.*

20. Nostri nosmet poenitet.] Cicero lib. VI. Epiſt. 1. ad famil. *Ut ſuae quemque fortunae maxime poeniteat.* Publii Syri verſus apud Salvianum huc pertinet: *Aliena nobis, noſtra plus aliis placent.* plura in eum ſenſum apud Horatium lib. 1. Satyr. 1. Gell. Noct. Attic. lib. XX. cap. 6.

24. Amittendi, nec retinendi copia.] Servius Aeneid. XI. verſ. 699.

Incidit huic, ſubitoque.

ACT. I. SCENA IV.

1. Jam aliquod tibi.] In V. C. τὸ *Tibi* deeſt. Vid. Priſcian. lib. VII.

Consilium celere.] Diomed. lib. II. Priſc. lib. V.

9. Lateram lavem.] Graecorum proverbium eſt Πλίνθους πλύνειν. Zenob. lib. VI. num. 84. Diogen. Centur. VI. n. 50. Suid. Cent. XI. n. 86.

12. Senis essem ultus.] Gloſſae Philoxeni: Ἔκδικος, τιμωρὸς *Ultor, ultus. Terent. Phormio. Et ſenis eſſem ultus iracundiam.*

13. Protinus in pedes.] Chariſ. lib. II.

17. Ibi plurimum est.] Chariſ. lib. II.

20. Verbo expedi.] Mſ. R. *Verbo expedi uno.*

26. Fortis fortuna.] Sophocl.

Οὐ τοῖς ἀθύμοις ἡ τύχη συλλαμβάνει.

36. Saevidicis dictis.] Ita ex Mſſ. editum. al. *Saevis dictis.* Vid. Non. Marcell.

43. Ego plectar.] Priſcian. lib. X.

50. Si quid potest.] V. C. *Potes.*

ACT. II. SCENA I.

2. Nec meum imperium.] Citat hunc locum Cicero lib. II. Epiſt. 19. ad Atticum: *Mihi nihil eſt moleſtius, quam Statium manumiſſum.* NEC MEUM IMPERIUM? AC MITTO IMPERIUM: NON SIMULTATEM MEAM REVERERI SALTEM? *nec, quid faciam, ſcio.* etiam auctor Gloſſarii huc reſpexit, cum dicit: πρόσταγμα, *praeceptum, praeceptio, imperium. Terent.*

11. Omnes, quum secundae res.] Auſonius in Periand.

Adverſa rerum, vel ſecunda praedicat

Meditanda cunctis Comicus Terentius.

Locare ſedes, bellum gerere, aut ponere.

Teren-

Digitized by Google

Terentius autem dubio procul Euripidis verſus in mentem habuit, quos citat Galenus lib. IV. cap. 7. de Hippocrat. & Platon. Placit. & Plutarchus in Conſolat. ad Apollon. pag. 195. ubi Theſeus ira ait:

Ἐγὼ δὲ τοῦτο παρὰ σοφοῦ τινος μαθὼν,
Εἰς φροντίδας νοῦν συμφοράς τ' ἐβαλλόμην.
Φυγάς τ' ἐμαυτῷ; προστιθεὶς πάτρας ἐμῆς,
Θανάτους τ' ἀώρους, καὶ κακῶν ἄλλας ὁδοὺς
Ἵν' εἴ τι πάσχοιμ', ὧν ἐδόξαζον φρενὶ,
Μή μοι νεωρὸν προσπεσὸν μᾶλλον δάκῃ.

Utrumque locum expreſſit Cicero Tuſcul. lib. III. cap. 14.

Futuras mecum commentabar miſerias,
Aut mortem acerbam, aut exilii moeſtam fugam,
Aut ſemper aliquam molem meditabar mali:
Ut ſi qua invecta diritas caſu foret,
Ne me imparatum cura laceraret repent.

16. DEPUTARE ESSE.] Mſ. R. *Depata eſſe.*

18. MEDITATA MIHI.] Priſcian. lib. VIII.

19. MOLENDUM USQUE IN PISTRINO] Lactant. Divin. Inſtit. lib. VII. cap. 27. *Proinde ſi ſapientes, ſi beati eſſe volumus, cogitanda & proponenda ſunt nobis non tantum Terentiana illa;* MOLENDUM ESSE USQUE IN PISTRINO, VAPULANDUM, HABENDAE COMPEDES: *ſed his atrociora, carcer, catenae, tormenta patienda; ſuſtinendi dolores, mors denique ipſa & ſuſcipienda eſt & ferenda.*

27. QUID ISTUC?] Mſ. R. & vett. codd. *Quid iſtuc eſt?*

36. HIC IN NOXA EST.] Aſcon. Pedian. Actione II. 12. in Verrem.

38. PROBE EORUM.] V. C. *Probe horum.*

39. NAM NI HAEC ITA ESSENT.] Servius Aeneid. VIII. verſ. 653. *Stabat pro templo.*

47. PROPTER MISERICORDIAM.] Sotades:

Ὁ πένης ἐλεεῖται, ὁ δὲ πλούσιος φθονεῖται.

Antiphanes:

Καλῶς πένεσθαι μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν κακῶς·
Τὸ μὲν γὰρ ἔλεον, τὸ δὲ ἐπιτίμησιν φέρει.

53. NON POTUIT COGITATA PROLOQUI.] Simile quid de Thucydide narrat Ariſtophan. in Veſpis: *ἐκεῖνο μοι δοκεῖ πεπονθέναι,*
Ὅπερ ποτὲ φεύγων ἔπαθε καὶ Θουκυδίδης,
Ἀπόπληκτος ἐξαίφνης ἐγένετο τὰς γνάθους.

Ubi vid. quae notat Scholiaſt. Similemque cauſam ſilentii allegat Decius Brutus apud Dionyſ. Halicarn. lib. VI. pag. 369. & de Antonio Craſſoque Cicero de Oratore lib. I. Vid. Aelian. Var. Hiſt. lib. VII. cap. 12. Gell. lib. VIII. cap. 8.

62. SERVUM HOMINEM CAUSAM ORARE.] Comicus apud Philon. *Οὐ γὰρ μετεῖναι τῶν νόμων δούλοις ἔφυ.* Imp. Conſtant. *Servi * rejiciant in jure perſonae: quia hujuſcemodi conditionis hominibus cauſas orare fas non ſit.*

63. NEQUE TESTIMONII DICTIO.] Harmenopul. lib. I. Tit. 6. §. 51. *Δοῦλος οὐ μαρτυρεῖ.* l. 13. C. Theod. de Fid. teſt. l. 11. C. Juſt. de Teſtib. Novel. Juſtin. XC. cap. 6. Novel. Leon. XLIX. Servi tamen reſponſo tum credendum eſt, cum alia probatio ad eruendam veritatem non eſt. Modeſtin. lib. 3. Regul. L. 7. ff. de teſtib.

72. SIQUIDEM QUISQUAM CREDERET.] Vid. Tit. D. de SCio Macedoniano. Juſtinian. Inſtit. lib. IV. Tit. VII. §. 7. Eclog. Baſilicor. 18. Tit. IV. & ibid. Scholiaſt.

81. DEOS PENATES HINC SALUTATUM.] Elegans locutio *Deos ſalutare*, quam Servius etiam probat, Terentii hunc locum laudans, ad Virgil. Aeneid. XII. verſ. 257. *Augurium ſalutant.* Sic Livius lib. XXXVIII. cap. 51. *Ego hinc extemplo in Capitolium ad Jovem optimum maximum, Junonemque & Minervam, ceteroſque Deos, qui Capitolio atque arci praeſident, ſalutandos ibo.* Paſſim autem hujus devotionis, qua penates ſalutabantur, in Comoediis exempla. Sed optime Hieronymus in Eſaiam lib. XVI. cap. 58. *Nullus fuerit locus, qui non idololatriae ſordibus inquinatus ſit, in tantum, ut poſt fores domorum idola ponerent, quos domeſticos appellant Lares, & tam publico quam privatim animarum ſuarum ſanguinem funderent. Hoc errore & peſſima conſuetudine vetuſtatis multarum provinciarum urbes laborant, ipſaque Roma orbis domina in ſingulis inſulis domibuſque tutelae ſimulachrum cereis venerans ac lucernis, quam ad tuitionem iſto appellant nomine, ut tam intrantes, quam exeuntes domos ſuas inoliti ſemper commoneant erroris.* Penates plures erant: id quod Procopius indicat cum ait, in eorum numerum Janum bifrontem olim quoque relatum fuiſſe: Gothicor. lib. I. pag. 205. *Ὁ Ἴανος πρῶτος μὲν ἦν τῶν ἀρχαίων θεῶν, οὓς δὴ Ῥωμαῖοι γλώσσῃ τῇ σφετέρᾳ πενάτες ἐκάλουν.* Inde Penates familiares utriuſque ſexus nominantur in Inſcriptione vet. pag. 2. num. 9.

DIIS. DEABUS.
PENATIBUS.
FAMILIARIBUS.
ET. JOVI. CETERIS
VE DIIBUS.

ACT. II. SCENA II.

4. TUTE HOC INTRISTI.] Auſonius ad Paulum, Edyll. VII.

Tibi, quod intriſti, exedendum eſt: ſic vetus verbum jubet:
Compedes, quas ipſe fecit, ipſus ut geſtet faber.

5. Ec-

5. Eccere.] Mſ. R. *Ecce rem.* ſed alterum rectius. Gloſſar. *Eccer κατὰ τῆς Δήμητρος. Eccire ἰδού.* Vid. Feſtus & Chariſ.

7. Instructa sunt.] Cicero lib. III. de Nat. Deor. cap. 29.

25. Asymbolum venire!] Ἀσυμβόλως δειπνεῖν. Euſtath. in Homer. Diodor.

Ἀπέρχεται οἰκάδ' οὐ καταβαλὼν συμβολάς.

28. Coena dubia.] Πανδαισία. Ariſtophan. in Pace. Πυκνὸν καὶ γοργὸν ὥσπερ μᾶζα καὶ πανδαισία. Ubi vid. Scholiaſt. Horat. lib. II. Sat. 2. 76.

vides, ut pallidus omnis
Coena deſurgat dubia?

Hieronym. ad Euſtoch. de Virginit. *Caſtae vocantur & Nonnae, poſt coenam dubiam Apoſtolos ſomniant.* Sic Pacuvius apud Nonium in Copi: *O multimodis varie dubium, & proſperum copem diem.*

29. Quid sumas potissimum.] Priſcian. lib. III,

ACT. II. SCENA III.

5. Negat Phanium esse.] Vid. Aquila Rom. de Nominib. figurar. in Anadiploſi.

11. Avaritia quid facit!] Menander:

ἔργον εὑρεῖν συγγενῆ
Πένητός ἐστιν, οὐδὲ εἷς γὰρ ὁμολογεῖ
Αὐτῷ προσήκειν, τὸν βοηθείας τινὸς
Δεόμενον.

12. Insimulabis malitiae.] V. C. *Avaritiae.*

16. Cui opera vita.] Ita meliores libb. nec aliter Priſcian. lib. XV. Eſtque Atticum loquendi genus, ut illud veteris Poëtae apud Athenaeum, Deipnoſ. lib. I. cap. 7.

Οὐδὲν ὁ μάγειρος τοῦ ποιητοῦ διαφέρει,
Ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ἑκατέρῳ τούτων τέχνη.

Simili enim modo dictum, ὁ νοῦς τέχνη, ut a Terentio *vita opera.* Aliud ergo Donatus egiſſe videtur, cum haec aliter explicat.

21. In malam crucem!] Vett. libb. & Mſ. R. *Hinc in malam crucem!*

27. Bonorum extortor.] Priſcian. lib. IX.

41. Non dico.] Aſcon. Pedian. I. 39. in Verrem.

57. Judicium de eadem causa.] Juris axioma eſt: Lite ſemel terminata, de eadem re actio iterum ne detur. l. 6. & tot. tit. ff. de except. rei judic. Demoſth. contra Leptinen. Οἱ νόμοι οὐκ ἐῶσι δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν αὐτῶν οὔτε δίκας, οὔτε εὐθύνας, οὔτε διαδικασίας, οὔτ' ἄλλο τοιοῦτο οὐδὲν εἶναι. Syrianus & Sopater in Hermog. pag. 110. Δὶς περὶ τῶν αὐτῶν δίκας μὴ εἶναι. Vid. Andocides Κατ' Ἀλκιβιάδου pag. 30. Donat. in Andr. Act. III. Scen. I. verſ. 7.

ACT. II. SCENA IV.

8. Si tibi videtur.] Ex veteri formula Senatusconſultor. qua utebantur cum Senatus aliquid Conſulibus fieri demandaret. Juſtinus Trogi initio lib. XXXI. *Senatus ſcripſit Flaminino,* Si ei videatur, *Sicuti Macedoniam a Philippo, ita Graeciam a Nabide liberet.*

11. Aequum est, et bonum.] Mſ. Pith. *Aequum ac bonum eſt.*

14. Quot homines, tot sententiae.] Horat. lib. II. Sat. I. verſ. 27.

quot capitum vivunt, totidem ſtudiorum
Millia.

Arnob. adverſ. gent. lib. II. *Quot in orbe ſunt homines, ſunt ſententiae totidem.*

ACT. III. SCENA I.

6. Spes opesque.] Plaut. Capt. III. 3. 2.

Spes, opes auxiliaque a me ſegregant,
ſpernuntque ſe.

Salluſt. in Jugurt. 114. *Spes atque opes civitatis in illo ſitae.*

ACT. III. SCENA II.

7. Non mihi credis? *Do.* hariolare.] Tale illud Plautinum, Aſin. I. 3. 51.

Nihili cocio eſt.

20. Umquam usus.] V. C. *Umquam tibi uſus.*

21. Auribus teneo lupum.] Sueton. in Tiberio cap. 25. *Cunctandi cauſa erat metus undique imminentium diſcriminum, ut ſaepe lupum ſe auribus tenere diceret.* Ariſtaenet. lib. II. Epiſt. 3. Ἐγὼ γὰρ τὸν λύκον τῶν ὤτων ἔχω, ὃν οὔτε κατέχειν ἐπὶ πολὺ δυνατὸν, οὔτε μὴν ἀκίνδυνον ἀφεῖναι. Querolus: Auribus lupum teneo: *neque uti fallam, neque uti confitear, ſcio.* Locum Terentii imitatus eſt Hieronym. Epiſtola ad Pammachium, adverſ. errores Joh. Hieroſolym. *Nunc vero auribus lupum apprehenderis, nec tenere potes, nec audes dimittere.*

23. Ne parum leno sies.] Plaut. Perſ. IV. 6. 4.

Ne non ſat eſſes leno, id metuebas miſer.

Aſcon. Pedian. I. 38. in Verrem.

41. Sterquilinium.] Plautus in Milit. II. I. II.

glorioſus, impudens,
Stercoreus, plenus perjurii atque adulterii.

Et in Pſeudol. I. 3. 132.

Fraudulente. Ca. *Impure leno.* Ph. *Coenum.*

Sic Graecis in uſu eſt, κόπριος ἀνήρ. Suidas.

ACT.

ACT. III. SCENA III.

8. DICTUM SAPIENTI SAT EST.] Plautus Perſa IV. 7. 18.

Ubi cum lenone me videbis colloqui:
Tum turbam facito. SA. *Dictum ſapienti ſat eſt.*

ACT. IV. SCENA I.

9. SENECTUS IPSA 'ST MORBUS.] Ariſtotel. Τὴν μὲν νόσον εἶναι γῆρας ἐπίκτητον, τὸ δὲ γῆρας νόσον φυσικήν. Galen. ὑγιεινῶν. lib. I. Τὸ γῆρας νόσον ἤδη λέγουσιν ἔνιοι. Plaut. Menaech. V. 2. 4.

conſitus ſum
Senectute: onuſtum gero corpus, vires
Reliquere. ut aetas mala merx eſt tergo!
Nam res plurimas peſſimas, cum advenit, adfert.

21. MEORUM SOLUS SUM.] Priſcian. lib. XII.
23. DEFETISCAR.] Vett. libb. *Defeciſcar.* Priſcian. lib. X.
EXPERIRIER.] V. C. *Experier.*

ACT. IV. SCENA III.

6. NOVA HIC, COMPLURIA.] Chariſ. lib. I. duobus locis. Priſcian. lib. III.
30. HINC FACESSAT.] Diomed. lib. I. Serv. Aeneid. IV. verſ. 295. *Juſſa faceſſunt.*
38. NIMIUM QUANTUM.] Chariſ. lib. II.
39. TALENTUM MAGNUM.] Priſcian. lib. de ponderibus.
67. GETA, OCCIDISTI ME.] Abeſt hic verſus a vett. codd.

ACT. IV. SCENA IV.

5. AD RASTRUM MIHI.] Priſcian. lib. VII.
6. UT TE QUIDEM OMNES.] Chariſ. lib. II.
10. MINUS UTIBILE.] Plaut. Menaech. V. 6. 23.

Solent eſſe heris utibiles.

22. SACRIFICANDI DABITUR.] Tertullian. de Idolol. *Nuptias quoque celebrari non magis Deus prohibet, quam nomen imponi. Sed his accommodantur ſacrificia.* Hoc ipſum, ſimul & nomen ſacrificii, indicat interpres Ariſtophanis in ſcholiis ad Theſmophor. Ἥραν δὲ τὴν Τελείαν.] Ἥρα Τελεία καὶ Ζεὺς τέλειος ἐτιμῶντο ἐν τοῖς γάμοις, ὡς πρυτάνεις ὄντες τῶν γάμων. Σουΐδας. καὶ τέλος ὁ γάμος, καὶ προτέλεια θυσία, ἡ πρὸ τῶν γάμων γινομένη. Itaque Plautus Aulul. III. 6. 43. in nuptiis Megadori:

Ego, niſi quid me vis, eo lavatum, ut ſacruficem.

Puta, uti re divina facta Di Gamelii placarentur, omenque de ſucceſſu matrimonii captaretur. cui rei auſpices quoque olim adhibiti fuere. Val. Maxim. lib. II. cap. I. I. *Apud antiquos non ſolum publice, ſed etiam privatim nihil gerebatur, niſi auſpicio prius ſumto: quo ex more nuptiis etiamnum auſpices interponuntur: qui quamvis auſpicia petere deſierint, ipſo tamen nomine veteris conſuetudinis veſtigia uſurpant.* Lucan. lib. II.

Junguntur taciti contentique auſpice Bruto.

Ubi vetus Scholiaſtes: *Auſpex dicitur, qui nuptiis intereſt, divinationem quaerens.* Plaut. Caſin. Prol. 86.

Ultro ibit nuptum, non manebit auſpices.

Juvenal. X. 336.

veniet cum ſignatoribus auſpex.

Inde Quinctilian. Declamat. CCXCI. *Iſtud ego adulterium quondam manu mea junxi, ipſe auſpices adhibui, optavi longam concordiam.*

26. INTROIIT IN AEDES.] Varia admodum ac multigeneris fuit τῆς μαντικῆς doctrina. ſed de qua hic agitur, ea proprie οἰκοσκοπικὴ dicebatur. Atque ut de aliis alii abunde ſcripſerunt, ita Xenocrates librum compoſuit, in quo de domeſticis auguriis proprie egit. Notavit id Suidas, cujus haec ſunt verba: Οὗτος συνεγράψατο τὸ οἰκοσκοπικὸν οἰώνισμα, οἷον ὅτι εἰ ἐν τῇ στέγῃ ἐφάνη γαλῆ, ἢ ὄφις, τὸ δὲ τί σημαίνει. Appoſite ſane ad rem de qua hic agitur. Et muſtelae meminit Plautus in Sticho III. 2. 7.

Muſtela murem abſtulit praeter pedes,
Eum ſtrenua obſonavit.

Dio Caſſius lib. LVIII. de Sejano: Προϊόντος αὐτοῦ ἐκ τῆς οἰκίας γαλῆ διὰ μέσων σφῶν διῆξεν. Apul. Meliſ. lib. IX. *Viſae etiam interea muſtelae mortuum ſerpentem forinſecus mordicus adtrahentes.* Quinimo ſuperſtitioſos de muribus etiam augurari ſolitos, Jamblichus notat in Amorib. apud Photium Biblioth. pag. 133. Καὶ τὰ μυστήρια καλεῖσθαι ἀπὸ τῶν μυῶν. πρώτην γὰρ εἶναι τὴν τῶν μυῶν μαγικήν. Vid. Auguſt. lib. I. de Ordine.

ATER CANIS.] Haec eſt quam Plautus *caninam ſcaevam* vocat in Caſina, V. 4. 4. Apulejus Mileſ. IX. *De ore paſtoritii canis virens exſiluit ranula: ipſumque canem, qui proximus conſiſtebat, aries appoſitum unico morſu ſtrangulavit.* Nec ſic tantum canis ominoſus erat; verum etiam ſi vianti occurriſſet (id quod de muſtela jam ex Caſſio annotavimus) infauſtum omne iter putabatur. Tzetzes Chiliad. XIII. Hiſt. 474.

Κἂν τούτων σύμπας μάντευμα κατηχρεστικωτέρως
Κληδὼν, πταρμὸς, συνάντημα κυνὸς &c.

Horatius Carm. III. Oda 27.

Impios parrae recinentis omen

Ducat, & praegnans canis, aut ab agro
Rava decurrens lupa Lanuvino,
Foetaque vulpes.
Rumpat & ſerpens iter inſtitutum.

Ideoque etiam animalia haec θηρία δυσκληδόνιστα vocabantur, quae ne nominari quidem ſine malo omine poterant. Lucian. in Amorib. Et velut ἐν παρόδῳ hoc loco notandum, quod Horatius de *lupa* ait, diverſum id eſſe a lupo, quem inter bona portenta nominat Petr. Bleſenſis Epiſt. LXV. *Ne te illorum errore involvas, qui occurſum leporis timent, qui mulierem ſparſis crinibus, qui hominem orbatam oculis, aut mutilatum pede, aut cucullatum habere obviam deteſtantur: qui de jucundo gloriantur hoſpitio, ſi eis lupus occurſaverit, aut columba*, & quae ſequuntur. Ut cucullatus hic Chriſtianis, ſic Chriſtianus fere omnis dirum paganis omen. Photius in Bibliotheca ex Martyrol. veteri pag. 764. Νομίσας, ὡς οἰωνὸς αὐτῷ γέγονεν οὐκ ἀγαθὸς, ἡ κατὰ τὸ στάδιον ἀπιόντι τῇ ἁγίᾳ συνάντησις. Vid. Joh. Sariſber. Polycrat. Equidem ſuperſtitio etiamnum multos invaſit, ἀπράκτους fore dies, in quibus fors domo exeuntes inteſtabili alicui occurrerunt, vel abſciſſo, aut coxa pedeve claudo. Quod & ipſum ſuo ſeculo notavit Lucianus in Pſeudolog. Εἴ τις βάκηλον, ἢ εὐνοῦχον ἴδοι, ἢ πίθηκον, εὐθὺς ἐξιὼν τῆς οἰκίας, ἐπὶ πόδα ἀναστρέφει, καὶ ἐπανέρχεται, οὐκ ἀγαθὰ μαντευόμενος τὰς ἐφημέρους ἐκείνας πράξεις ἔσεσθαι αὐτῷ, ὑπὸ πονηρῷ τῷ πρώτῳ καὶ δυσφήμῳ κληδονίσματι. Sic Caſſio & Bruto *in aciem prodeuntibus obvius Aethiops, nimis aperte ferale ſignum fuit.* L. Florus lib. IV. cap. 7. Inde Ariſtophanes in Ranis pag. 129. Οἴμοι κακοδαίμων, τῷ συνέτυχον ἐξιών. Seipſum enim ſervus interrogat, cui malum domo exiens obviam fuerit.

27. ANGUIS PER IMPLUVIUM.] Plaut. Amphitruon. V. 1. 56.

Devolant angues jubati deorſum in impluvium duo.

Clemens Alexandrinus Stromat. libr. VII. Εὖγ᾽ οὖν καὶ Διογένης πρὸς τὸν θαυμάζοντα, ὅτε εὗρεν τὸν ὄφιν ἐν τῷ ὑπέρῳ περιειλημμένον· μὴ θαύμαζε, ἔφη. ἦν γὰρ παραδοξότερον ἐκεῖνο, εἰ τὸ ὕπερον περὶ ὀρθῷ τῷ ὄφει κατειλημμένον ἐθεάσω. Theophraſtus Περὶ δεισιδαιμ. Ἐὰν ἴδῃ ὄφιν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἱερὸν ἐνταῦθα ἱδρύσασθαι. Ubi quid ſit ἱερὸν ἱδρύσασθαι ex Cornuto diſcendum, ad illa Perſii, *Pinge duos angues.* Iſidor. Origin. lib. XII. cap. 4.

28. GALLINA CECINIT.] Et in Apulejo par portentum narratur, Mileſ. lib. IX. *Una de cetera cohorte gallina, per mediam curſitans aream, clangore genuino, velut ovum parere geſtiens, perſonabat.* Clemens Alexandr. Stromat. lib. VII. Ἀλεκτρυὼν τρεφόμενος, ἐὰν ἀπὸ ἑσπέρας ᾄσῃ, τεθείμενοι τοῦτο σημεῖον τινός. Et nunc quoque anilibus deliramentis infatuati rentur, ſi gallus triſtem ſonum ediderit, vel gallina cantarit, id mortem alicui ex familia, aut rixas ſignificare. Quandoquidem autem harum ineptiarum mentio incidit, non abs re arbitror, quae de iis apud duos religioſiſſimos Doctores legi, hoc loco adſcribere. Sic itaque Johan. Chryſ. Homil. XII. in Paul. ad Epheſ. cap. IV. Πολλῶν δεσμῶν αὐτοῖς ἡ ψυχὴ μεστή. ὅτι ὁ δεῖνα μοι πρῶτος ἐνέτυχεν ἐξιόντι τῆς οἰκίας· πάντως μυρία δεῖ κακὰ συμπεσεῖν. νῦν ὁ οἰκέτης ὁ μιαρὸς τὰ ὑποδήματα ἐπιδιδοὺς, πρῶτον ὤρεξε τὸ ἀριστερόν· συμφοραὶ δειναὶ καὶ ὕβρεις. ἐγὼ αὐτὸς ἐξιὼν τῷ ἀριστερῷ προτέρῳ προὔβην τῷ ποδί· καὶ τοῦτο συμφορῶν σημεῖον. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τὴν οἰκίαν τὰ κακά. ἔξω δὲ ἐξελθόντι ὁ ὀφθαλμός μοι ὁ δεξιὸς κάτωθεν ἀνεπήδησε, δακρύων τοῦτο τεκμήριον. καὶ αἱ γυναῖκες δὲ, ὅταν τῷ ἱστόποδι προσαρασσόμενοι κροτῶσιν οἱ κάλαμοι, ὅταν αὐταὶ τῇ κερκίδι σπαθῶσι, σημεῖον τοῦτο ποιοῦνται. πάλιν ὅταν τὴν κρόκην τῇ κερκίδι καταχρήσωσι, καὶ σφοδρότερον τοῦτο ἐργάζονται. εἶτα οἱ ἄνωθεν κάλαμοι ὑπὸ τῆς ἐκτόνου πληγῆς κροτῶσι προσαρασσόμενοι τῷ ἱστόποδι, σημεῖον τοῦτο ποιοῦνται. καὶ μυρία ἕτερα γέλωτος ἄξια. κἂν ὄνος ἀνακράξῃ, κἂν ἀλεκτρυὼν, κἂν πτάρῃ τις, κἂν ὁτιοῦν, καθάπερ μυρίοις δεδεμένοι δεσμοῖς, ὅπερ ἔφην, καθάπερ ἐν σκότῳ κατεχόμενοι, πάντα ὑποπτεύουσι. Auguſtin. de doctrina Chriſt. lib. II. cap. 20. cum multa de vana multorum ſuperſtitione dixiſſet, ſic addit: *His adjunguntur millia inaniſſimarum obſervationum: ſi membrum aliquod ſalierit, ſi junctim ambulantibus amicis lapis, aut canis, aut puer medius intervenerit. Atque illud quod lapidem calcant, tamquam diremptorem amicitiae, minus moleſtum eſt, quam quod innocentem puerum colapho percutiunt, ſi pariter ambulantibus intercurrerit. Sed bellum eſt, quod aliquando pueri vindicantur a canibus: nam plerumque tam ſuperſtitioſi ſunt quidam, ut etiam canem, qui medius intervenerit, ferire audeant, non impune.* Et poſt: *Hinc ſunt etiam illa: limen calcare cum ante domum ſuam tranſit. redire ad lectum, ſi quis dum ſe calceat, ſternutaverit: redire domum ſi procedens offenderit: cum veſtis a ſoricibus roditur, plus timere ſuſpicionem futuri mali, quam praeſens damnum dolere.* Vid. Theodoret. Epm. Ἑλληνικῶν παθημ. lib. VI. pag. 88. Hujuſmodi ergo monſtra cum evenirent, qui ſuperſtitioſiores erant, ſtatim ad hariolos abire ſolebant, atque ab illis conſilium expetere. Theophraſt. Περὶ δεισιδαιμ. Ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ, πρὸς τὸν ἐξηγητὴν ἐλθὼν ἐρωτᾷν, τί χρὴ ποιεῖν. Ideoque addit Terentius, INTERDIXIT HARIOLUS. Sic & in Plauti Sticho III. 2. 1. Gelaſimus paraſitus in re ſimili aruſpicum libros ſe conſuluiſſe dicit:

Libros inſpexi, tam confido, quam poteſt.

ACT.

ACT. V. SCENA I.

10. MAGIS COGNOSCO?] Mſ. R. & vett. codd. *Magis cognoſcam.*

30. FORTE TEMERE EVENIUNT.] Menander: *Ταυτομάτον ἡμῶν κάλλιω βυλεύεται.* Plaut. Moſtell. I. 3. 40.

Inſperata accidunt magis ſaepe, quam quae ſperes.

31. OFFENDI ADVENIENS.] Priſcian. lib. II.

34. MAXIMA SUA CURA.] Mſ. R. *Maxime ſua cura.*

ACT. V. SCENA II.

15. IN EODEM LUTO.] Lactant. lib. VII. cap. 2. *En quibus exitum non haberent : & in eodem luto , ſicut Comicus ait , haeſitaverunt.* Idem lib. II. cap. 8. *In eodem luto haeſitans : verſuram ſolvit , Geta.*

ACT. V. SCENA III.

6. EX HIS PRAEDIIS.] Mſ. R. & vett. codd. *Ex ſuis praediis.*

11. MULIER DEPETIGET.] Vett. libb. *Adſetiget.*

16. QUI , NON POTEST?] V. C. *Quid ? non poteſt.*

23. QUID HOC SIET.] Vet. Cod. & Mſ. R. *Quid hoc eſt.*

27. ITANE PARVAM.] Mſ. R. *Itane parum.*

VIN' ME CREDERE?] Mſ. R. *Vis me credere.* al. *Vin' me hoc credere.*

28. QUID? ILLA FILIA.] V. C. *Quid ? de illa filia.*

ACT. V. SCENA IV.

3. PAULLO MEDERI.] Priſcian. lib. VIII.

5. EX HIS TURBIS.] Mſ. R. & vett. codd. *Ex iſtis turbis.*

7. SPES OSTENSA.] Mſ. R. *Oſtentata.*

ACT. V. SCENA VI.

1. O FORTUNA!] Priſcian. lib. VI.

10. VAPULA.] Ita meliores libri. Vid. Feſtus in VAPULA PAPIRIA.

14. AB DIS SOLUS DILIGERE.] Plaut. Milit. *Solus quem Di diligunt.*

31. QUOD NAM ARBITRARE?] Priſcian. lib. III.

37. ILLAM INAUDIVI.] Haec Mſſ. lectio eſt, quam Donatus quoque agnoſcit.

51. SED HINC CONCEDAM.] Priſcian. lib. VI.

53. QUO ME INSIMULARAM.] Mſ. R. & vett. codd. *Adſimularam.* idque rectius arbitror.

ACT. V. SCENA VII.

4. PRIUSQUAM DILAPIDET.] Ulpian. l. 25. §. 11. ff. de hered. pet. *Si quid dilapidaverunt , dum re ſua abuti putant.* Idem l. 11. §. 6. ff. de minorib. Jul. Firmic. Aſtron. lib. IV. cap. 6. *Patrimonium miſera laceratione dilapidet.* Hieronym. Epitaph. Fabiolae : *Quin potius omnem cenſum , quem habere poterat , erat autem ampliſſimus, & reſpondens generi ejus, dilapidavit ac vendidit.*

26. INVITUM EAM ; INQUE.] Priſcian. lib. X. ſed poſt τὸ *Eam* in V. C. additur SILENTES. fortaſſis ad ſignificandum ſubmiſſe haec dici. Id quod a Pithoeo, Viro ſummo, atque amico noſtro annotatum repperi.

29. ARGENTUM RURSUM JUBE RESCRIBI.] Horat. Satyr. II. 3. 75.

Putidius multo cerebrum eſt, mihi crede, Perilli
Dictantis , quod tu numquam reſcribere poſſis.

Ubi & hic Terentii locus a Scholiaſte laudatur:

33. HIC MANEAT.] V. C. *Hic omnis maneat.*

50. SEPULTUS SUM.] Plaut. Amphitr.

Ante januam ſepultus jacet.

Et alibi; *Sepulta haec res eſt.*

54. ARGENTUM , QUOD HABES.] Afranius apud Nonium : *Id aurum me condenas.* Plautus Bacchid. V. 2. 24.

Si quam habes , te condene , tibi habe , numquam abs te petam.

71. GLADIATORIO ANIMO.] Latinus Pacat. in Panegyr. Theodoſ. Aug. *Gladiatoria deſperatione pugnare , nec gradu cedere , ſed veſtigio ſtare vel cadere.* Gellius lib. VII. cap. 3. *Gladiatoria pugna.*

77. AIN' TU?] Mſ. R. & V. C. *Ain' tu tandem?*

78. FOEMINAE PRIMARIAE.] Cicero lib. V. Epiſt. II. ad Famil. *Quod mihi foeminam primariam , Pompejam , uxorem tuam commendas.*

80. VENIAS NUNC.] V. C. *Venias nunc mihi.*

82. SI EXSTILLAVERIS.] V. C. *Diſtillaveris.*

83. MALUM, QUOD ISTI.] Integer verſus Plauti in Moſtellar. III. 2. 126.

Malum, quod iſti Di Deaeque omnes duint!
Ita mea conſilia perturbat peniſſime.

85. NONNE HOC PUBLICITUS.] Vid. Chariſius lib. II.

86. IN SOLAS TERRAS?] Virgil. Aeneid. XI. verſ. 545. *Solorum nemorum.*

89. HUC SERVOS EVOCO.] Mſ. R. & vett. codd. *Hinc ſervos.*

96. OCULUM EXCLUDE.] Al. *Exſculpe.*

ACT. V. SCENA VIII.

20. HOC ACTUM EST.] In Mſ. τὸ *Hoc* deeſt.

24. Fructus minuebat.] Mſ. R. *Minuit.*
28. Vinolentus.] V. C. *Vinolenter.*
33. Sed quid sperem?] Mſ. R. *Sed qui ſperem?*

37. Exsequias Chremeti.] Ita ex melioribus libb. emendatum eſt, ad ritum funerum indictivorum, in queis haec formula ſollemnis in uſu erat: L. Titius vixit. L. Titio exsequias ire cui commodum est, hem tempus est. ollus ecferetor. Silius Italic. lib. xv. 394.

vos ite ſuperbae
Exſequias animae, & cinerem donate ſupremi
Muneris officio.

45. Fieri infectum.] Simonid.
Τὸ γὰρ γεγενημένον οὐκ ἔτ' ἄῤῥεκτον ἔσται.

51. Adeon' hoc.] In Mſ. R. deſideratur *Hoc.*

53. Quo ore illum objurgabis?] Supra Act. v. Scen. 7. verſ. 24.

Quo redibo ore ad eam.

Juvenal. Satyr. xiv. 56.

Unde tibi frontem.

Ad quae verba vetus Scholiaſtes hunc Terentii locum laudat. Gloſſae Philoxeni: *Ποίῳ προσώπῳ. qua perſona, qua fronte.* Papinian. l. 38. §. 2. ff. de adminiſtr. & peric. tut. *Qua fronte poteris hoc deſiderari.*

66. Valete, et plaudite.] Cicero de Senectute 19. *Quod cuique temporis ad vivendum datur, eo debet eſſe contentus. Neque enim hiſtrioni, ut placeat, peragenda eſt Fabula, modo in quocunque fuerit actu, probetur: nec ſapienti uſque* plaudite *vivendum.* Horat. de Arte Poëtic. 155.

Seſſuri, donec cantor, vos plaudite, *dicat.*

Apulejus Flor. iii. *Enimvero jam dixiſſe rebus humanis,* valere et plaudere. Quinctilianus lib. vi. cap. 1. *Tunc eſt commovendum theatrum, cum ventum eſt ad ipſum illud, quo veteres Tragoediae Comoediaeque clauduntur,* plaudite. Sed & ego hoc omne quidquid eſt ſtudii atque laboris claudam inſcriptione veteri, quae Tordae in Tranſylvania habetur:

Vixi. dum. vixi. bene. jam. mea.
peracta. mox. vestra. agetur.
Fabula. valete. et. plaudite.

FRI-

FRIDERICI LINDENBRUCHII

OBSERVATIONES

IN AELII DONATI V. C.

COMMENTARIUM.

COmmentarium hunc, qui Aelio Donato, V. C. Oratori urbis Romae adſcribitur, ſic quidem illius eſſe cenſeo, ut integriorem multo eum olim extitiſſe, mea quidem opinio ſit: qualem autem nunc habemus, collectanea potius ſive excerpta dicenda eſſe, quam ipſiſſimum Donati opus. Id quod arguere videntur frequentes aſteriſci; & quod totiens eadem repetantur, nonnulla etiam parum dilucide explicentur. Quin etiam Hieronymus Comment. in Eccleſ. cap. s. atteſtatur, Donatum praeceptorem ſuum, eum verſiculum illum, Nihil est dictum, quod non sit dictum prius, interpretaretur, *pereat*, dixiſſe, *qui ante nos noſtra dixerunt*. Quae ſane verba in hiſce Commentariis nunc minime leguntur. Dein, quae ex Probo & aliis hic adferuntur, quis negaret ea collectoris potius ſtudio, quam Donati judicio inſerta eſſe. Praeter hunc enim & alios plures certum eſt in Terentium Commentaria edidiſſe: Evanthium puta -, Aruntium Celium, Flavium Caprum, Helenium Acronem, Aſprum, Probum, Nigidium, & ſi vera lectio, Adeſionem. De Evanthio Rufinus Grammaticus de metris Terentianis: *Evanthius in Commentario Terentii de Fabula, hoc eſt, de Comoedia ſic dicit*. Reliquos Chariſius Soſipater & Donatus ipſe in hiſce Commentariis laudant. At quidquid ſit, contenti ſimus hoc Catone, qui ex tantorum naufragio ſolus periculum qualiter qualiter evaſit.

Aelii Donati.] Ita expreſſim libb. Pithoeor. & P. Danielis, quos hic auctores ſequor. Quamvis in Commentariis Viigilianis & illa Donato adtribuuntur. Et quidem ab antiquis Cl. Tiberſus vocatur. Etiam in vetuſtiſſimo Mſ. Cod. quem Florentiae in Bibliotheca Ducis Hetruriae vidi. Donatus nomen Africanum eſt. B. Auguſtin. Epiſt. CLXXXI. *Quamquam enim Donati nomen Afrum eſſe ſoleat, non tamen repugnaret a vero, ut vel partium illarum aliquis vocaretur nomine Afro*. Inde Donatus Proconſul Africae, ad quem ſcribit Auguſtin. Epiſt. CXXVII. Et Donatus iſte Karthaginienſis, qui poſtea ſectae ſuae nomen dedit; & Donatus Bagaienſis, & alii, qui hic minime ſunt recenſendi.

IN TERENTII VITAM.

1. Et qus conſularibus.] Mſ. R. *Cujus conſularibus*.

2. Navim cum ſamel.] Mſ. Danielis. *Navim ut ſemel*.

3. Qu. Coſeonius.] Ita ex Mſſ. edidimus, vulg. hactenus fuit *Conſenſius*. Coſconium laudat Varro de Ling. Lat. lib. v.

4. Mortuum aſſe in Arcadsae.] Alii, *In*

Arca-

Digitized by Google

Arcadia Stymphali ſinu. Auſonius ad Urſulum, Epiſt. XVIII. verſ. 15. de ſenario numero:

Protulis in ſcenam quot dramata fabellarum,
Arcadiae medio qui jacet in gremio.

5. Amissarum sarcinarum.] Nil verius hac lectione, quam omnes ſcripti codd. praeferunt, excepto uno, in quo *Fabularum* erat. Vulgo hactenus legitur *Satyrarum*; ſed id ne titivilitii quidem.

6. Sed Licinio.] Mſ. *Sed Livio.*

7. In medio populi.] Mſ. Dan. *In medium nobis ſedatis*, &c.

8. Quidquid come.] Mſ. *Quiddam come.* al. *Quidquod.*

9. Despictus parte.] Mſ. Dan. *Deſpecta parte.*

10. Cujae sunt?] Sic lib. Dan. al. *Cujus ſunt*!

11. Populis end' ibus dabat.] Ita Mſſ. Danielis. vulg. *Petentibus dabat.* al. *Reconſentibus.*

DE TRAGOEDIA ET COMOEDIA.

Quae hic de Tragoedia & Comoedia referuntur, ea non ut alii ex Cornuto vel Aſpro deſumta, ſed ex Evanthii Commentario in Terentium ſelecta eſſe arbitror. Ejuſceque rei evidentiſſimum argumentum eſt, quod ſub hujus eruditiſſimi Grammatici nomine (quem iiſdem cum Donato temporibus, hoc eſt Olymp. 285. regnante Conſtantio Fil. Conſtantini, CP. floruiſſe notat Hieronym.) haec verba adferat Rufinus Antiochenſis Grammat. lib. de Metris Terentianis: *Concinna argumento, conſuetudine congrua, utilis ſententiis, grata ſalibus, apta metro.* Et poſtea ſic: *Veteres etſi aſ ipſi quoque metris* &c. Quae ipſiſſima in hiſce prolegomenis nunc leguntur.

1. ΚΑΙ' ΤΗ͂Σ Ω'ΔΗ͂Σ.] Hoc ex Mſſ. additum.

2. Dicuntur Graece ΤΡΥΓΕC.] Athen. lib. II. cap. 3. *Α'πὸ μέθης καὶ ἡ τῆς κωμῳδίας, καὶ ἡ τῆς τραγῳδίας εὕρεσις ἐν Ἰκαρίῳ τῆς Ἀττικῆς εὑρέθη, καὶ κατ' αὐτὸν τὸν τῆς τρύγης καιρὸν, ἀφ' οὗ δὴ καὶ τρυγῳδία τὸ πρῶτον ἐκλήθη ἡ κωμῳδία.* Vid. Etymolog. Magnum in *τραγῳδία.*

3. Apollini Nomio, vel αγυαΘῷ.] Haec eſt ſcriptura priſcorum codd. quae refingenda videtur hoc modo: *Apollini Nomio vel Agyioo.* De Apolline Nomio Serv. IV. 7. Georgicor. ad illa verba, *Auditque vocatus Apollo.* *Α'γυιᾶς* autem Elei appellarunt, teſte Pauſania in Eliacis, *Τὰς ὑπ' Ἀθηναίων καλουμένας ἀγυιάς.* Et hinc Apollo Agyieus, de quo fuſe Graeci. Horat. Carm. lib. IV. Od. 6. 28. *Levis Agyieu.* & ibi Porphyr. Macrob. Saturnal. lib. I. cap. 9. Poſtea ſic legitur in Mſſ. *Paſtorum vicinorum Deo.* ubi in editis eſt, *Vicinorumque praeſidi Deo.*

4. Festum carmen.] In Mſ. Dan. *Feſtivum carmen ſollemniter cantaretur; Α'πὸ τῶν κωμῶν καὶ τῆς ᾠδῆς, Comoedia vocitata eſt, ut opinor a pagis & cantilena compoſito nomine, vel Α'πὸ τοῦ κωμάζειν*, &c.

5. ΚΩΜΩΔΙ'Α Ε'ΤΕΩ'ΝΥΜΟΣ ΚΑΙ' Α'ΡΧΑΙ'Α.] Mſſ. *Α'ρχαία κωμῳδία* & eponomatos.

6. ΕΤΕΩ'ΝΥΜΟΣ autam.] Mſſ. Eponomatos *autem.*

7. Passim laedere ex libidine.] Veteris Comoediae ſcommata & maledicta eleganter indicat Artemidor. lib. I. cap. 58. *Τὸ δὲ κωμῳδῶν ἀκούειν, ἢ κωμικὰ ἔχειν ἀναπλάσματα, ἢ βιβλία, τὰ μὲν τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας σκώμματα, καὶ ταραχὰς, καὶ στάσεις, καὶ αἰσχρολογίας σημαίνει. τὰ δὲ τῆς καθ' ἡμᾶς κωμῳδίας, τὰ μὲν ἄλλα ἴσα τῇ τραγῳδίᾳ σημαίνει, τὰ δὲ τέλη χρηστὰ καὶ ἀγαθὰ ὑπαγορεύει. τοιαῦτα γὰρ αἱ ὑποθέσεις τῶν κωμικῶν δραμάτων.* Vid. Schol. Ariſtophan.

8. Non cavarit, aut curaverit.] Mſ. Dan. *Non aut caverit, aut curaverit.*

9. Comoedia est fabula.] In Mſſ. ſic eſt: De Comoedia. *Comoedia eſt fabula.* Adeo ut quae ſequuntur, non Evanthii amplius, ſed alterius auctoris eſſe videantur.

10. Hanc Graeci sic definiere.] Diomed. Gram. lib. III. ubi eadem definitio habetur, *Καὶ πολιτικῶν* non addit.

11. Populus detinebatur.] Mſ. *Populus adtinebatur*, ut & infra.

12. Minutius et Prothonius.] Mſ. *Minutius & Prothimus.*

13. Dicta ΠΡΟ'ΛΟΓΟΣ.] Mſ. *Dicta πρῶτος λόγος.*

14. Α'ΝΑΦΟΡΙΚΟ'Σ.] Mſ. *Ε'πιτιμητικός.*

15. ΥΠΟΘΕΤΙΚΟ'Σ.] Mſ. *Δραματικός.* Quae mox ſequuntur, ex collectaneis Regii exemplaris immutata ſunt.

16. ΜΕΓΑΛΕΣΙΟΥ'Σ appellant.] Mſſ. Μεπουcιουc. Videtur legendum (ut & in Pith. lib. emendatum erat) *μεγάλους Σιούς.* Vult Megalenſes ludos nomen inveniſſe, *ἀπὸ τῶν μεγάλων Σιῶν*, hoc eſt, Dis magnis. Nam Doribus, ut & Plato & Ariſtoteles teſtantur, *Σιὸς* eſt Deus.

17. Candidus vestitus.] De veſtitu Comico vide Pollucem.

18. Ex Attalica regia.] Sil. Italicus lib. XIV. 659.

quaeque Attalicis variata per artem
Aulaeis ſcribuntur acu.

19. Mimicum velum.] Haec vera eſt lectio. Apulej.

Apul. Metam. I. *Aulaeum Tragicum dimovato, & Siparium Scenicum complicato.* Quinctilian. lib. VI. cap. 3. *Cum ejus accuſator, in ſipario, omnibus locis, aut nudum eum in nervo, aut ab amicis redemtum ex alea pinxiſſet.* Haec eadem vox reſtituenda eſt Servio in Georg. Virgil. Vid. Feſt. v. *Siparium.* & Juvenal. Scholiaſt. ad Satyr. VIII. 186. & alii.

IN PRAEFATIONEM ANDRIAE.

HAEC PRIMA ACTA.] Vet. Cod. Petr. Danielis: *Haec prima facta eſt, acta ludis.*

M. FULVIO ET.] Al. *M. Fulvio aedile, & M. Glabrione. Q. Minucio Valerio Curulibus.*

DIVERBIIS AUTHENTICIS.] Sic quidem omnes ſcripti libri; ſed non dubito quin vera ſit emendatio haec: *Diverbiis aut canticis.* Tertullian. de Spectacul. *Si ſcenicae doctrinae delectant, ſatis nobis literarum eſt, ſatis verſuum eſt, ſatis ſententiarum, ſatis etiam canticorum.* Vitruvius de Architect. lib. V. Praefat. *Comici interponentes e choro canticum, diviſerunt ſpatia fabularum, ita partes cubica ratione facientes, intercapedinibus levant actorum pronuntiationes.* Vid. Tit. Livium Decad. I. lib. VII. Diomed. lib. III. & Prolegom.

POST SCENAM FIERI.] Vid. quae notavi ad Andr. Act. III. Scen. I.

IN ARGUMENTUM.

SIBI EXHIBEAT.] Excerpta Mſ. R. *Sibi exhibiturus.*

HUNC ENIM ORBEM.] Ita Mſ. R. al. *Ordinem.*

POETICAE VIRTUTIS.] Al. *Poëticae artis & virtutis.*

IN PROLOGUM.

I. MINIMEQUE ERRANTER.] Mſ. R. Dan. *Minimeque errati.*

LUSCIO LANVINIO.] Dan. *Luſcio Lanivino.* al. *Luſcio Lanvino.* Hieronym. Quaeſt. Hebraic. *Qui in principiis librorum debebam ſequuturi operis argumenta proponere, cogor reſpondere maledictis: Terentii quippiam ſuſtinens, qui Comoediarum Prologos in defenſionem ſui ſcenis dabat. Urgebat enim eum Luſcius Lanvinius noſtro Luſcio ſimilis, & quaſi publici aerarii furem Poëtam criminabatur.* Vid. Sarisber. Policrat.

5. QUAE AB AMANTIBUS SALVO.] Vitioſus hic locus. liber Daniel. *Quae amantibus ſalvo.* Excerpta Reg. *Quae a manentibus.*

7. QUASI RANCIDI.] Mſ. *Rancioli.*

8. AN, NUNC VITIO.] *Non nunc vitio dent?*

12. PROLATA ORATIONE.] Mſ *In probata oratione.*

IN POEMATE.] Excerpta Reg. & Dan. *Et poëma.*

22. NAM QUIESCERE ILLI.] Rectius puto quod in Mſ. R. & Dan. *Nam* QUIESCE *ille dicitur.*

ANTE DENUNTIO.] Mſ. Dan. *Praedico, admoneo.*

ACT. I.

SCEN. I. I. PROPERANTER DISCERNIT.] Mſſ. *Properat, & diſcernit.*

2. FIGURA ELLIPSIS.] Excerpta Reg. *Figura ſyllepſis.*

3. MEDICINAE FAMULATRIX.] Mſ. *Adulatrix.*

4. GENERALES SUNT PARTES.] Mſ. R. *Species.*

ET TEMPERANTIA.] Mſ. R. *Patientia.* Hieronym. ad Pammach. *Quatuor virtutes ſcribunt Stoici ita ſibi invicem nexas, & mutuo cohaerentes, ut qui unam non habuerit, omnibus careat: prudentiam, juſtitiam, fortitudinem, temperantiam.* Vid. Martian. Capell. de nupt. Philol lib. II. pag. 33.

PERFECTIONEM DESIGNAT.] Mſ. R. *Deſiderat.*

9. MODERATA, AEQUALES.] Mſ. R. *Moderata qualitas.*

PATRES PLEBEM.] Ita Mſ. Al. P. C. Locus eſt lib. I. Hiſtor. cap. 2.

10. AD ALIQUID DICITUR.] Ita Excerpta Reg. Al. *Ad aliquem.*

12. BENEFICIUM EROGATUM.] Mſ. R. *Beneficiis prerogatum*

13. SECUNDUM JUS.] L. 6. §. I. ff. de agnoſcend. & alend. lib. l. 5. ff. de jur. patronat. l. 2. C. de libert. & eor. lib. Legum Burgund. Tit. 40. de manumiſſ. Ambroſ. de Jacob & Beata Vita.

ADMIRABILITER.] Mſſ. & excerpta Reg. *Adverbialiter.*

22. QUOD PRAECEDIT.] Reg. excerpta: *Quod ſequitur, id quod praecedit.*

INCIPIT MALA IBI.] Mſ. *I. m. ab.*

28. PLERIQUE ΠΑΡΕΛΚΟΝ.] A. Gell. lib. VIII. cap. 12.

OMNES SUBIGUNTUR.] Al. *Subjungunt.*

34. UT NE QUID NIMIS.] Convenit cum hoc loco quod Servius notat in Virgil. Aeneid. X. verſ. 861. *Rhoebe, diu. Terentius ſervis dat plerumque ſententias prudentiſſimas quidem, ſed quae ſe per naturam offerunt cunctis: ut,* NE QUID NIMIS.

41. OBSEQUIUM PRIMUM.] Quinct. lib. VIII. cap. 3.

43. HUC LOCI, VEL HUC LOCORUM.] Reg. excerpta: *Ut huic locorum.*

45. NEQUE ADDENDUM JAM SIT.] Ariſtot. ad Nicomach. lib. II. cap. 6.

48. VICTUS, IN PARVIS ARIDISQUE.] Plaut. Capt. I. 2. 85.

Aſper meus victus ſane eſt.

Ibidem III. 1. 37.

redibo huc ad ſenem, ad coenam aſperam.

52. CONDITIO EST PACTIO.] Ut Plaut. Capt. I. 2. 78.

Quaſi fundum vendam, meis me addicam legibus.

56. HABET, QUI LETALITER.] Ita Prudent. in Pſychomach. Virgil. & alii.

MANA ADVERBIALITER.] Mſ. *Utrum Pamphilum, an adverbialiter.*

58. UT SIS, SI VIS: NAM DELIRAT, &c.] Haec eſt lectio vett. codd. Apparet autem fuiſſe tam acute fatuos nonnullos qui hariolarentur, *Sodes* Graecam eſſe vocem, ἀντὶ τοῦ, ζῷος ζῇς, ita *vivas*, quae eſt uſitata obteſtandi formula, ad verbum: *Ita ſalvus atque incolumis vivas.*

PEREGRINAE MULIERES.] Mſſ. *Peregrinis meretricibus.*

61. ET QUIDEM.] Mſ. *Et quod tacitum.*

80. FREQUENS, UT MILES.] A. Gell. lib. XVI. cap. 4.

81. NOCTU EFFEREBANTUR, PROPTER CELEBRATIONEM.] Servius ad Virgil. Aen. XI. verſu 143. *Funereas rapuere faces.*

82. ALIENIS LACRUMIS SUAS COMMODABAT.] Hoc non protriti ſermonis eſt. Zeno Veronenſis Epiſcopus, Serm. de Continentia: *Cui magis lacrumas commodabis? morienti, an morienti?* Et quovis pacto contendere auſim ſic Petron. Arbitrum cap. 111. ſcripſiſſe: *Aſſidebat aegrae fidiſſima ancilla, ſimulque & lacrumas commodabat lugenti, & quoties defecerat, poſitum in monumento lumen renovabat.* ubi vulgo legitur, *commendabat lugenti*, male.

88. FUNES, ET * IN GENU.] Ita in Mſ. Pith. at in P. Daniel. *Funes & ingenium cerei ſ.* aeque corrupte. Sed vitioſam ſcripturam exprimere malui, quam ex ingenio parum feliciter quid ſubſtituere. Nam quod in vulg. legitur: *Delibuti funes & cerei fomites*; dubito an pro vero accipiendum ſit. De hiſce autem funalibus Serv. XI. 143. Aeneid. *Funera alii a funalibus candelis, ſebo & cera circumdatis dicta, quod his praelucentibus noctu efferrentur mortui.* Iſidorus Orig. lib. XX. cap. 10. *Funalia ſunt quae intra ceram ſunt: dicta a funibus, quos ante uſum papyri cera circumdatos habuere majores, unde & funera dicuntur. Funalia autem Graeci ſcolaces dicunt, quod ſint ſcoliciae, hoc eſt intortae. Hos Romani funes & funalia nominabant*, &c. Vid. Serv. Aeneid. lib. I. verſ. 727.

flammis funalia vincunt.

Ubi etiam de papyro additur, uti & apud Pont. Paulin. in natali Felicis:

Limina ceratis adorentur odora papyri.

Ennodius Epiſt. in Benedict. cerei: *Ceram pavit nectareis partubus foeta virginitas, papyrum ad alimenta ignium lympha tranſmiſit, lumen adhibetur e coelo.* Antipater Epigramm. lib. VI.

Λαμπάδα κηροχίτωνα πρόνω τεφήρεα λύχνον.

Σχοίνῳ καὶ λεπτῇ σφιγγόμενον παπύρῳ.

92. FORMA IMMOBILIS.] Iſidor. lib. different.

100. POST IPSAM MORITURI.] Referri huc commode poteſt, quod Servius notat Aeneid. XII. 68. *magna ſupremum voce ciemus.* *Hoc loco dicimus more ſolemni, id eſt, tertio Vale: nos te ordine, quo natura permiſerit, cuncti ſequemur.* Plane ut in vet. inſcript. Hiſpan.

VALE. ET. SALVE. ANIMA.

C. OPPIANAE. FELICES.

NOS. EO. ORDINE. QUO. NATURA.

PERMISERIT. TE. SEQUEMUR.

101. SEPULCHRUM ΚΑΤ' ἈΝΤΊΦΡΑΣΙΝ DICIMUS.] Ita Mſ. alii, *Ut diximus*, quod tamen jam non dixerat: itaque mutila haec eſſe commentaria vel hinc etiam colligere licet.

115. PER RATIOCINATIONEM.] Ita Mſ. Alii *Per rationem.*

118. APPARBAT VARUM.] Mſ. *Everſum.*

134. OMNIBUS MEMBRIS.] Mſ. R. Pith. Dan. *Omnibus verbis.* fortaſſis an fuit *nervis.*

136. NULLA CAUSA.] Mſ. *Ulla cauſa.*

SCEN. II. 2. NARRATIONE JAM HABITA.] Mſ. *Narratione peracta.*

2. DAFUS, SARFUS.] Vid. Quinctil. lib. I. cap. 4. de litteris.

4. FLORENTIS HOMERI.] Haec vera eſt lectio in lib. Dan. Alii codices male, *Florentis honeris.* Locus Lucretii extat lib. I. verſ. 125.

11. MIRANDA LOCUTIO.] Reg. excerpt. *Imitanda locutio.*

13. VULTUOSA AGUNT.] Excerpt. R. *Invidioſe agunt.*

15. SPECTAT PRONUNTIANS.] Ni tardius ad manus meas perveniſſet Mſ. cod. Danielis, ſic ex eo edi debuiſſet: *Vos hoc agite ſpectatores nunc jam. Pronuntians* &c. quae vera eſt lectio. Locus Plauti extat Prolog. Aſinar. verſu 1.

21. TREPIDA CONFESSIO.] Mſ. *Tepida conſenſio.*

29. AUSPICIIS SERVATIS.] Reg. excerpt. & Dan. *Auſpiciis ſervatitiis.* de hoc autem ritu, quo leges auſpicato rogabantur, vid. Ciceron. Philipp. V.

34. UNAM AFFIRMATIVAM.] Mſſ. *Confeſſivam.*

SCEN.

Digitized by Google

SCEN. III. 1. Metu et cura aegritudine.] Ita excerpta Reg. quibus cum in parte conſentiunt Mſſ. reliqui.

13. ΠΑΡΟ'ΜΟΙΟΝ dicitur.] Reg. *Paromenea*. Dan. Παρωνομασίας.

21. Nomina comicorum servorum.] Bene de his ſervorum nominibus Helladius in Biblioth. Photii. cujus locum integre adſcribam: *Ὅτι οἱ κωμικοὶ τοὺς οἰκέτας τὸ μὲν πλεῖον ἀπὸ τοῦ γένους ἐκάλουν, οἷον Σῦρον, Καρίωνα, Μίδαν, Γέταν, καὶ ὅμοια. ἐκάλουν δὲ τὰ ἐξ ἐπιθέτων, ὡς ἀπὸ τοῦ χρώματος μὲν Πυῤῥίαν καὶ Ξανθίαν· ἀπὸ τοῦ τρόπου δὲ Παρμένοντα, καὶ Πιστὸν, καὶ Δρόμωνα· ἐκάλουν δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ ἐώνηντο τὸν οἰκέτην, ἐξ οὗ καὶ τοὺς Νουμηνίας ὠνόμαζον.* Vid. Ariſtophan. in Ranis, & quae notat Donat. ad Act. 1. Scen. 1. verſ. 1. Adelph. Illud porro antiquitus obſervabatur, ut Comica nomina duarum ſyllabarum, Tragica vero plurium eſſent. Athenaeus id docet, lib. XIV. cap. 1. *Φιλόγυλλος δὲ ἦν καὶ Δημήτριος ὁ Πολιορκητὴς, ὥς φησι Φύλαρχος ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἱστοριῶν, ὅς γε τὴν Λυσιμάχου ἀρχὴν κωμικῆς σκηνῆς οὐδὲν διαφέρειν ἔλεγεν. ἐξιέναι γὰρ ἀπ' αὐτῆς πάντας δισυλλάβους.* De Tragicis ibidem mox additur.

In Comoedia frequentiſſimus Davus. Philoſtrat. lib. 1. Icon. *Χρῆσθαι γὰρ αὐτῇ (ἀλωπεκῇ) ὁ Αἴσωπος διακόνῳ τῶν πλείστων ὑποθέσεων, ὥσπερ ἡ κωμῳδία τῷ Δάῳ.* Horat. de Arte 114.

Intererit multum, Davuſne loquatur, an heros.

Et eodem libro 237.

Ut nihil interſit, Davuſne loquatur, & audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum.

Dio Chryſoſtom. *Πρὸς Ἀλέξανδρ.* Lucian. *Περὶ ὀρχήσεως.* At minus recte a patria Davum dici autumo: verius vero a Gloſſario ſcriptum, *Davus ἄφρων, ἄπειρος.* indeque interpretandum illud, *Davus ſum, non Oedipus.* Sic Getae nomen non raro frequentabatur. Arrian. in Epict. lib. III. cap. 26. *Πρῶτον μὲν ἐξελήλυθε φωνὰς, ὅτι ὁ Γέτας οὐ τολμᾷ ἐξελθεῖν.* Cael. Sedulius in Opere Paſch. *Sive clamoribus cothurnatae Tragoediae, ſeu ridiculi Getae Comica foeditate.* Quod Caracallae temporibus adeo odioſum fuit, ut ſi quis illud vel ſcripſiſſet, vel verbo tenus protuliſſet, ſtatim is de vita periclitaretur. *Ὅθεν οὐδὲ ἐν ταῖς κωμῳδίαις οἱ ποιηταὶ ἔτι ἐχρῶντο.* Xiphilinus in Caracalla. De Phormione Cicero pro Caecina, cap. 10. & ex eo Quinctil. lib. VI. cap. 4. *Sex. Clodius, cui nomen eſt Phormio, nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus eſt Phormio.* Auſon. Epiſt. XXII.

Canus, comoſus, hiſpidus, trux, atribus
Terentianus Phormio.

Parmenonem & Syrum, praeter Terentium, Plautus inducit Bacchidibus IV. 4. 7.

Non mihi placent Parmenones, Syri, qui duas
aut tres minas
Auferunt heris.

Parmeno Παρμένων, τουτέστι παραμένων. Dio Chryſoſtom. Rhodiac. pag. 219. *Ἀνδράποδον μὲν τίς ὠνούμενος, εἴ ποτε ἀπέδρα σκοπεῖ, καὶ εἰ μὴ παρέμεινεν τῷ πρώτῳ δεσπότῃ.* Igitur Parmeno, qui non fugitivus: neque de quo dici poteſt illud Horat. lib. II. Epiſt. 2. verſ. 14.

ſemel hic ceſſavit, & (ut fit)
In ſcalis latuit.

Ubi ſic Porphyr. *Jam nunc verba ſunt quibus mango utitur ut monſtret ceſſatorem eſſe quem vendidit, hoc eſt, fugitivum.* Atque haec vera nominis ratio.

Ut thylacus.] Sic ex Reg. excerptis reſtituimus, cum antea corrupte legeretur *Chylacus*. Eſt autem hic *Thylacus*, ut in Pandecte *Saccus*. l. 44. de manum. teſtam. *Saccus ſervus meus, & Eutychia, & Hirenae ancillae meae* Quo quidem nomine ventrioſi & vinarii potiſſimum vocabantur. Antiphanes vetus Comicus apud Athen. Deipn. lib. XII. cap. 13.

τούτους δὲ
Δι' εὐτροφίαν καὶ πάχος τοῦ σώματος
Ἀσκοὺς καλοῦσι πάντες οἱ ἐπιχώριοι.

Ut & Alexis quodam in loco teſtatur: cujus verba in Notis ad Theophraſt. notavit vir doctiſſimus Iſaac. Caſaubonus.

SCEN. IV. 2. Abstemius, sobrius.] Quinct. lib. 1. cap. 7. Aul. Gell. lib. X. cap. 23. Ovid. Metam. lib. XV. 322.

Clitorio quicunque ſitim de fonte levarit,
Vina fugit, gaudetque meris abſtemius undis.

SCEN. V. 2. Cum stomacho dictum.] Mſ. *Cum ſtomacho ἐθικτικόν.*

15. Infringi, impingi.] Mſ. *Inſligi, impingi.*

18. Conflatur excusatio.] Mſ. *Accuſatio.*

26. Α'ΠΟ' ΤΟΥ' Α'ΙΣΙ'ΟΥ.] Mſ. *Ἀπὸ τοῦ ἐσίου.*

33. Nam utraque.] Mſ. *Nam utrumque.*

35. Voluntas, non factum damnatur.] † Punitur videlicet voluntas in gravioribus delictis. l. 1. ff. ad Leg. Jul. Majeſt. l. 1. ff. ad l.

† *Punitur videlicet voluntas.*] Non tam voluntas, quam dolus malus & improbum conſilium vel factum, unde dolus malus praeſumatur, in Legibus puniri dicitur. *Lex* vero 12. *de poenis* non de culpis levioribus, verum de ſola cogitatione, aliis incognita, ac proinde poenae non ſubjecta, unice intelligenda eſt. Vid. Bynkersh. V. Ampl. III. Obſ. 10.

Cornel. de ſicar. l. 1. π. De leg. Pomp. de Parricid. l. 16. §. 8. ff. de poenis. l. 1. init. ff. de extraord. cognit. At quod l. 18. ff. de poenis habetur, *cogitationis poenam nemo patitur*; id de levioribus culpis intelligendum eſt. ut recte in Synopſi Attaliat. Tit. 78. pag. 69. Ὑπὲρ ψιλῆς ἐννοίας οὐδεὶς ὑφίσταται ποινήν.

60. Junctis dextris.] Mſ. *Jungens dextras.*

62. In manum conventionem.] Cicero & Boetius in Topicis.

ACT. II.

SCEN. I. 1. Pavoribus, gaudiisque.] Dan. Mſ. *Periculis, gaudiisque.*

Ne τραγικώτερον fieret.] Mſ. *Ne* ἀποθέατον. Quae vox ſi proba ſatis eſſet, non male iſti loco aptari poſſet, pro re quam inviti ſpectant ſpectatores; vel aliena a theatro, id eſt, contra artem & legem ſcenicam. Sed non facile in animum induco, eſſe id verbi δόκιμον. Itaque vulgatam lectionem retinere ſatius eſt.

SCEN. V. 18. Tum fieri pavum.] Haec veriſſima lectio eſt, quam Mſſ. debemus. antea nimis quam inepte, *Tum fieri pavidam.* Tertullian. de Anima, cap. XXXIII. *Pavum ſe meminit Homerus, Ennio ſomniante: ſed Poëtis nec vigilantibus credam, etſi pulcherrimus pavus, & quo velis colore cultiſſimus,* &c. Cornutus in Perſium; Horat. lib. II. Epiſt. 1. & ibid. Acro.

SCEN. VI. 1. Nullus spectator.] Mſ. *Spectator non ſenex.* Et poſt. *hoc agis*, non *ais.*

ACT. III.

SCEN. I. 11. Peregrinae, inhonestae.] Vid. quae notat Iſ. Caſaubonus ad Theophr. Charact.

12. Praestamus caeteris animalibus.] Salluſtianum eſt.

15. Juno Lucina.] Reſtitui hic locus in melius poteſt ex ſcripto cod. Daniel. hoc modo: *Juno Lucina Junonis filia, Graece εἰλείθυια, Latini nixos dicunt. Juno a juvando dicta; Lucina ab eo,* &c. Phornut. Δοκεῖ δὲ καὶ πλείοσιν ἡ αὐτὴ εἶναι καὶ εἰλείθυια, ἀπαύστως εἰλυμένη καὶ θέουσα περὶ τὴν γῆν. ἣν ἐπεύχονται ἐλθεῖν αὐταῖς ἠπίαν καὶ λυσίζωνον αἱ ὠδίνουσαι. De *Nixis* Nonius in voce Enixae. & Feſtus: *Nixi Dii appellantur tria ſigna in Capitolio ante cellam Minervae genibus nixa, velut praeſidentes parturientium nixibus.* Ut in illo verſu. Ovid. lib. IX. Metam. 294.

Lucinam Nixoſque pares clamore vocabam.

Et *nixus* ſunt ὠδῖνες. Virg. IV. 199. Georgicor. Et Rufinus in expoſitione Symboli: *Apes neſcire conjugia, nec foetus nixibus edere omnibus palam eſt.* Gloſſ. Philox. *Nixae*, ὠδῖνες.

SCEN. II. 1. Firmae nuntiabant.] Mſ. *Firmae intimabant.*

3. ΛΟΥ´ΣΑΤΕ ΑΥ´ΤΗ´Ν ὑτισα*.] Haec eſt ſcriptura Mſſ. codd. Palam vero legi debet vel ὕδατι, vel, quod Iſ. Caſaubono placebat, τάχιστα, vel quid tale. In verſu Lucilii, *Date bibere ſummo*, diviſim legendum cenſeo: *Date biber e ſummo. Biber* τὸ πίειν, ut notavit Chariſius lib. 1. Dein, *e ſummo*; ut Plautus Aſinar. V. 2. 41. *Da puere ab ſummo.* Conferendus vero cum hoc loco Donati Quinctilian. lib. IX. & Serv. ad illud Virgil. Aen. 1. 319.

comam diffundere ventis.

4. Duo verba activa.] Mſ. *Duo verba injuncta.*

6. A matre sanguinolantum.] Juvenal. Satyr. VII. 196. *& adhuc a matre rubentem.* Cl. Mar. Victor. in Geneſ. lib. III. 547.

juſſus pueros a matre recentes.

De Sanguinolentis in Rubr. cod. De infantibus expoſit. & l. 1. Cod. Theod. cod. tit. l. 2. C. De patrib. qui filios ſuos diſtrax. Lactant. lib. VI. cap. 20.

11. Fieri potuerit.] Mſ. *Oportuerit.*

25. Nec dico, nec facio.] Sine dubio legend. *Nec dico, nec facio mu. Unde & mutire dicimus,* &c. Vid. Chariſ. lib. II.

SCEN. III. 11. ΤΩ ΕΛΛΗΝΙCΜΟΝ.] Vitioſam ſcripturam reliquimus, ut cuivis emendandi liberum ſit arbitrium. Non multum autem a vero abeſſe cenſeo, ſi legatur τῷ ἑλληνισμῷ· Μὴ λιθάζετε, μὴ μάχου. Ut etiam Pithoeus ſuo codici adſcripſerat.

SCEN. IV. 13. ΤΙ´ ΔΗ´ΠΟΤ´ Α´ΚΟΥ´ΣΩ.] Mſ. ΠΡΟΤΟΝΚΥΜΕ.

SCEN. V. 5. Α´Ν ΘΕΟC ΦΕΥΓΕΙ, &c.] In Dan. lib. ſic erat: ΑΝΘΕΟCΦΕΤΗΟΒΑΝΑ ΠΟΛΕΙΜΨΤΕ. aeque corrupte: tamen Iſaaco Caſaubono ſic legendum videbatur, Ἔνθεν ἀποφεύγων, ἵν᾽ ἂν ἀπολοίμην ποτέ. vel, ἐντευθενὶ φεύγων, &c.

15. Quibus vultu.] Nihil hic variant ſcripti codd. rectius tamen opinor eſſe: *quibus ultro operas pretium.*

ACT. IV.

SCEN. II. 23. Nella tauro parientes.] Al. *Parita.* Sed alterum minus vitioſum; quod intelligi de Phalaridis tauro poteſt. Senec. Controv. 8. lib. V. *Siciliae dicitur fuiſſe dominus, qui incluſos aeneis tauris homines ſubjectis urebat ignibus, ut mugitum*

gitum ederent. Tertull. de Pall. *Incluſus in Phalaridis tauro hanc vocem emittat.* Juvenal. Sat. VIII. 82.

admoto dictet perjuria tauro.

Lactant. lib. III. cap. 26. *Jam cruces, & ignes, & Phalaridis taurum contemnet.*

SCEN. III. 1. Fortuna neque dare, neque.] Salluſtianum hoc eſt.

11. Ex ara Apollinis, &c.] Suid. Ἐστὶ δὲ μετὰ τὴν ὀρχήστραν βωμὸς τοῦ Διονύσου, ὃς καλεῖται θυμέλη, παρὰ τὸ θύειν. Iſid. Orig. lib. XVIII. cap. 47. *Pulpitum quod thymele vocabatur.* Juſtinian. Novel. v. *& thymeles delectatione.* Vidd. Plutarch. Quaeſt. Rom. Sueton. in Calig. cap. 54. Vitruv. Architect. v. 6.

Libero patri Tragoedia.] Olympiodorus non ſolum Tragoediae, ſed etiam Comoediae praeſidem facit Dionyſum. Ejus haec verba ſunt in Platonis Phaedone: Ἔφορος γὰρ πάσης βακχείας (Dionyſus ſcil. nam de illo hic ſermo) διὸ οὐ μόνον κωμικῶν ἔφορός ἐστιν, ὡς περὶ ἡδονὰς καταγινομένων, ἀλλὰ καὶ τραγικῶν, περὶ λύπας καὶ θανάτους καταγινομένων, ὡς τὸ εἰκός. Hujus opinionis & alii videntur eſſe.

Herbenae, redimicula.] Horat. Carm. IV. 11. 6.

ara caſtis

Vincta verbenis, avet immolato

Spargier agno.

Verbenae, sunt omnes herbae frondesque.] Servius in Aeneid. lib. XII. 120. *Abuſive verbenas vocamus omnes frondes ſacratas, ut eſt laurus, oliva, vel myrtus. Terentius:* Ex ara sume hinc verbenas: *Nam myrtum fuiſſe Menander teſtatur, de quo Terentius tranſtulit.* Vera Servium dicere, corruptus apud Donatum Menandri locus indicat.

SCEN. IV. 15. Contumelias genus est.] Ulpian. l. 15. §. 3. ff. de injur. & fam.

40. Memorem mendacem.] Apul. Apologet. *Saepe audivi non de nihilo dici: Mendacem memorem eſſe oportere.* Hieronym. adverſ. Rufin. *Interim in te dum aliud agis, crimen fortiſſimum prodidiſti, & oblitus es veteris proverbii, Mendaces memores eſſe debere.* Optat. Milevit. lib. II. pag. 23. *Vulgo dicitur: Memoriam cuſtodem habere oportet mendacem.* Inde Quinctilian. *Mendacia plerumque confutari ſolent inconſtantia ſermonis.*

SCEN. V. 4. In familiam redeunt.] Inſtitut. Juſtin. lib. III. Tit. II.

15. Totum per ἜΜΦΑΣΙΝ.] Ἐμφάσεως.

19. Pariter positum est.] Mſ. *Pariliter.*

ACT. V.

SCEN. III. 4. Et an una.] Mſ. *Et an unde ſit.*

5. Sed fiducia.] *Sed fidentia.*

25. ΤΗ͂Σ ἘΡΩΜΕΝΗΣ.] Al. τῆς ἐρωμένης.

SCEN. IV. 18. Amorem in filium.] Mſ. *Filio.*

28. Testimonium caecum.] Graecis ἐκμαρτυρία. Vel. Harpocration. ἐκμαρτυρία τοῦ ἀπόντος: ut Donatus, *in caeco abſentes perſonae.* Ariſtid. πρὸς Πλάτωνα. pag. 116. Οἶμαι γάρ που ὑπὲρ ἀπόντος ἐκμαρτυρίαν εἶναι. Ita Latini, inter *teſtes* & *teſtimonia* diſtinguunt. In Reſcripto D. Hadriani ad Junium Rufinum. l. 3. §. 3. ff. de teſtib. Hoc autem probationis genus Graeci πίστιν ἄτεχνον vocant. Mar. Victorin. in Ciceron. Rhetor. II. pag. 199.

48. Nec potest videri datum.] L. 69. ff. de reg. jur. l. 19. §. 2. ff. de donat.

SCEN. VI. 1. Duarum sororum.] V. C. *Duorum ſociorum.*

12. Lucilius in secundo.] Mſ. *In ſeptimo.*

IN COMMENT. EUNUCHI.

IN PRAEFATIONEM EUNUCHI.

PROVERBIA MULTA.] Legendum arbitror, *Diverbia*. Vid. ſupra ad Praefationem Andriae.

ACT. I.

SCEN. II. 4. IGNIS, EFFECTUM FRIGORIS.] Vid. Alexandr. Προβλήμ.

87. HALLANICUS AUCTOR.] Laudatur non ſemel *Hellanicus* hic ab antiquis. Val. Maxim. lib. VIII. cap. 13. Val. Harpocrat. in ἀλόπη, & alibi. Exiſtimem vero hunc locum ex ejus Hiſtoria Perſica deſumtum eſſe, in qua & de rebus Babylonicis egit, ut apud Stephanum de Urbibus videmus.

ACT. II.

SCEN. II. 25. ROMANIUS MACELLUS.] Ita Mſſ. eodd. Al. *Nomanius*. Vid. Varron. de Ling. Lat. Lib. IV.

FORUM CUPEDINIS.] Apulej. lib. I. Mileſ.

26. BOLONAS EXERCENT.] Arnob. libr. II. *Quid bigarios, ſalsmatores, bolonas, unguentarios.* Gloſſ. *Bolonae* μεταπράται, παλινκάπηλοι. Gloſſ. Iſidori: *Bolonae, ipſi cetarii, qui diverſo genera piſcium omunt.* Papias: *Bolona redemptor cetariarum tabernarum, in quibus ſalſamenta conduntur, quas tabernas vulge cetarias vocant.*

QUI INSITIA.] *Iſicia* ἰσικοί. Alexand. Trallian. lib. VII. Alex. Aphrod. Προβλημάτων lib. I. Macrob. Saturn. VII. cap. 8.

SCEN. III. 22. ANTIQUI ENIM GRAECI.] Tale quid apud Apollon. Rhodium videre eſt, lib. IV.

A SINGULARI GRACILIS.] Videtur corrigendum *a ſingulari gracila*. Sic enim in Terentio legit Val. Probus Inſtiut. lib. II. idque ut novum hoc loco Donatum annotare voluiſſe puto. Auſonius tamen vulgatam lectionem imitatur.

39. LIQUET VERBUM JURIS.] Vid. Aſcon. Pedian contra Verrem.

85. DUCIMUR QUO VOLUMUS.] Vid. ſupra notata ad II. 2. 35.

87. PLAUSTRUM PERCULIT.] Feſtus in voce *Plancae*.

ACT. III.

SCEN. I. 11. GADIRUM HABENT.] Mſ. *Gandirum*. Sed *Gadir* rectum eſt, atque ita Priſcian. lib. V. Hunc ipſum Salluſtii locum laudat Feſtus Avien. in Orbis terrae Deſcr. 610.

Gadir prima fretum ſolida ſupereminet arce,
Attollitque caput geminis inſerta columnis.
Haec Cotinuſſa prius fuerat ſub nomine priſco,
Tarteſſumque dehinc Tyrii dixere coloni.
Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat.
Poenus quippe locum Gadir vocat undique ſeptum
Aggere praeducto.

Idem in ora maritima:

Hic Gadir urbs eſt, dicta Tarteſſus prius.

34. CRISSANDO, UT LUCRETIUS.] Locus Lucretii exiat. lib. IV. verſ. 1265.

36. A PHYSICIS DICATUR.] Ariſtot. Animal. lib. VII. cap. 33 Cl. Aelian. de Animal. lib. XIII. cap. 12. Philoſtratus Icon. de Amoribus. Ὁ ἐνθα γάρ που τὸ περὶ τοῦ λαγὼ λεγόμενον, ὡς πολὺ τῆς Ἀφροδίτης μέτεστιν αὐτῷ. λέγεται οὖν περὶ μὲν τοῦ θήλεος, θηλάζειν τε αὐτὸν ἃ ἔτεκε, καὶ ἀποτίκτειν πάλιν ἐπὶ ταυτῷ γάλακτι. καὶ ἐπικυΐσκεσθαι δὲ, καὶ οὐδὲ εἰς χρόνος αὐτῷ τοῦ τόκου ἀργός. τὸ δὲ ἄρρεν, σπείρει τε ὡς φύσις ἄρρενος, καὶ ἀποκυΐσκει, παρ' ὃ πέφυκεν.

SCEN. III. 9. IN DUODECIM TABULIS.] L. I. §. 3. ff. de dolo malo. Vid. Gell. & Feſt.

LUCRETIUS POETA.] Locus quem notat eſt initio lib. IV. verſ. II. ſeqq. Cui ſimilis alius apud Themiſt. Orat. ζ. & Auſon. Epiſt. XVII. ad Symmach. *Abſynthium meum reſipis: & circumlita melle tuo pocula deprehendo.*

19. INTENDERE, AST CRIMEN.] Plaut. Mil. II. 4. 47.

Pergin', ſceleſte, intendere, atque hanc arguere?

Eodem modo *intrahere, contumeliam intorquere.* Feſtus.

SCEN. V. 18. PECUNIAE SPECTATORES.] *Pecuniae ſpectatores* non ſunt, qui alias III. viri monetales aeris, argenti, auri. l. 2. §. 30. de orig. jur. & Inſcript. vett. quorum diligentiae erat inſpicere, ne quis pecunias publicas conflaturarum adulterinis artificiis imitaretur: ut ait Jul. Firmic. Aſtr. lib. VI. cap. 31. Sed ſunt nummularii, ad quos nummi probandi deferebantur. l. 39. ff. de ſolut. Apul. Mileſ. lib. X.

Ne

Ne forte aliquis iſtorum quos offers aureorum, nequam vel adulter reperiatur: in hoc ipſo ſacculo conditos eos annulo tuo praenota, donec altera die, nummulario praeſente, comprobentur. Ipſum illud in Graecia fuit obſervatum. unde Menander:

> *Ἀλλ' ἐπὶ τραπέζαν μὲν φέρειν τὴν προῖχ', ἵνα*
> *Εἰς' ἀργύριον καλόν ἐστι, δοκιμαστὴς ἴδη.*

ACT. IV.

SCEN. II. 12. QUINQUE LINEAE.] Lucianus copioſe *περὶ ἔρωτος.* Ovidius:

> *Viſus & alloquium, tactus, poſt oſcula factum.*

Vetus Poëta in Anthologia:

> *Εὐδαίμων ὁ βλέπων σε· τρισόλβιος ὅστις ἀκούει,*
> *Ἡμίθεος δ' ὁ φιλῶν, ἀθάνατος δ' ὁ συνών.*

SCEN. III. 24. IMPUDICA FIERI VEL SOLO OSCULO.] Velut Phaedromus ait apud Plaut. Curcul. Act. 1. Scen. 1. verſ. 51.

> *Tam a me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit: niſi*
> *Si eſt oſculando quippiam impudicior.*

Cui non abſimile multum illud Achil. Tatii lib. IV. *Ἔτι μένει παρθένος, μέχρι μόνων τῶν φιλημάτων ἐστί μοι γυνή.* Quod bene animadvertens ſeverus ille pudicitiae cuſtos Pub. Maenius triſti exemplo, quod in liberto ſtatuit, puellis omnibus praecepit, non ſolum virginitatem illibatam, ſed etiam oſcula ad virum ſincera perferenda. Val. Max. lib. VI. cap. 1.

SCEN. IV. 20. LUCILIUS IN SATYRA ATHYMNIDIA *.] Ita Mſ. In Pith. cod. adnotatum erat: *in Satyra Atti. diligens ex f.* Lucilianorum fragmentorum collectores obſervarunt, in veti. codd. legi, *Athimudi facti ex facie f.* Unde tamen nil boni extricarunt.

22. ADASIONEM AEQUOR.] Mſ. *Edeſionium.*

UT EX GALLIS.] Ammian. Marcel. lib. XV. cap. 22. *Celſioris ſtaturae & candidi pene Galli.* Vid. Petr. Arbit. 102. Adamant. Sophiſta l. 2. Iſidor. XIX. 23.

SCEN. V. 6. TRES ΜΕΤΩΝΥΜΙΑΣ, CAPAREM.] Quinctil. lib. VIII. cap. 6. *Liberum & Cererem pro vino & pane licentius, quam ut fori ſeveritas ferat.* Naevius apud Feſtum: *Coquus inquit, dedit Neptunum, Venerem, Cererem. ſignificans per Cererem panem, per Neptunum piſces, per Venerem holera.*

SCEN. VI. 30. VIOLENTO CIVILITER.] Ulpian. l. 1. §. 2. ff. Quod vi aut clam.

SCEN. VII. 2. DICITUR EVOCATIO.] Duplex *Evocationis*, vel *Evocatorum* genus. De queis hic agitur, ii proprie erant, qui ſubita aliqua neceſſitate urgente evocabantur. ut Donatus docet, & ex eo Servius tribus locis. lib. II. Aeneid. ad verſum 157.

> *ſacrata reſolvere jura.*

Lib. VII. 614.

> *Ipſe vocas pugnas.*

Et initio lib. VIII. ubi haec dilucide explicantur. Altera evocatorum notio de iis intelligenda eſt, qui ſemel miſſione impetrata, denuo ad nomen reſpondere cogebantur. Dio lib. XLV. *Τὸ τῶν Ἠουοκάτων ἢ Οὐοκάτων σύστημα (ὡς ἀνακλήτους ἄν τις ἑλληνίσειας, ὅτι πεπαυμένοι τῆς στρατείας, ἐπ' αὐτὴν αὖθις ἀνακλήθησαν, ὀνομάσειεν) ὠνομάσθη.* Salluſtius in Catil. cap. 59. *Centuriones omnes lectos, evocatos, &c.* Falluntur ergo qui haec confundunt.

6. MANIPULUM FURUM, COQUI.] Coqui pro furibus olim habiti. Plautus Aulular. III. 6. 15.

> *qui mihi omnis angulos*
> *Furum implevisti in aedibus miſero mihi:*
> *Qui mihi intromiſiſti in aedibus quingentos coquos.*

Idem in Pſeud. III. 2. 1.

> *Forum coquinum qui vocant, ſtulte vocant:*
> *Nam non coquinum eſt, verum furinum eſt forum.*

39. ALIENAM REM SUAM DICERE.] Puta ſi nullam cauſam vel titulum poſſeſſionis ſuae dixerit. l. 12. l. 13. princ. ff. de heredit. petit.

44. MAJORES DOMORUM.] Unde haec exhortatio apud Nicetam Choniat. p. 170. *Ναὶ ἄνδρες, καὶ συστρατιῶται, ὥστε τέκνα καὶ συλλέκτρους ἴδητε.*

ACT. V.

SCEN. II. 7. HONESTA LOCUTIO EST.] Sic in Hecyrae Alt. Prol. 9. *Honeſta figura* Et in Phorm. Act. II. Scen. 1. verſ. 40. *Honeſta locutio.* atque ita apud Servium & Non. Marcell.

SCEN. VI. 9. LICET SEMEL * UT NON POSSIT DICERE.] Mſ. *Quidem ſimul uti poſſis dicere.*

SCEN. IX. 27. VIR FORTIS OPTET QUOD VOLET.] Saepe hoc apud Senecam in Controverſ. Quinct. & Calpurnium in Declamationibus & Scholiaſt. Hermogen.

49. FATUI SUNT.] Vid. Martian. Capell.

Digitized by Google

IN COMMENT. ADELPHORUM.

IN SULPITIO.

FAMAM REI.] Omnes ſcripti libb. *Famamque Amoris in ſeſe.*
DUCET AESCHINUS.] Mſſ. R. & Pith.
ducit Aeſchinus
A ſe vitiatam civem Atticam virginem.
Uxorem potitur Cteſipho citharistriam,
Exorato ſuo duro patre Demea.

IN PRAEFATIONEM.

CANTICA MUTAVIT.] Cod. Pith. *Mutatis per ſcenam modis cantavit.* Dan. *Cantata.*
D. & M.] Danielis cod. *D. & V.*
PER ADOPTIONEM.] Mſ. *Adoptationem.*

IN ARGUMENT.

UXOREM NON DUXIT.] Rectius in Mſ. *Uxorem ducere & filios procreare noluit.*

FACETISSIMAM DECERTATIONEM.] Mſ. *Diſſertationem.*

PAGINARUM DINUMERATIONEM.] Ut Petron. cap. 80.
ubi ridendas incluſit pagina partes.

PROLOGUS.

7. MIKTO'Σ, RHINTONICA.] Mſſ. *Μικτὸς, Rithmus.* Sed de Rhintonica in Prolegomenis: *Attellanas a civitate Campaniae, ubi actitatae ſunt plurimae: Rhintonicas ab actoris nomine.* Stephanus de Urbib. *Α'νεγράφη καὶ Ῥίνθων ταραντῖνος φλύαξ τὰ τραγικὰ, μεταρρυθμίζων εἰς τὸ γελοῖον.* Suid. *Ῥίνθων ταραντῖνος κωμικὸς, ἀρχηγὸς τῆς καλουμένης ἱλαροτραγωδίας, ὅ ἐςι φλυακογραφία.* Hic ergo Rhinton Hilarotragoediam introduxit, ut alii Tragicocomoediam; qualis adhuc extat Plauti Amphitruo.

10. FURII PII.] Mſ. Dan. *Furi Pili.* In alio ſcripto cod. ſic erat, in Vita Terentii: *Propter elegantiam ſtudiorum morumque in amicitiam perductus Pub. Scipionis, Laelii Sapientis, Furii Publii.* Idque omnino verius arbitror.

24. IMO POTIUS CAETERAE.] Mſ. *Sed & ceterae.*
SED IPSI SENES.] Mſ. *Haud ipſi.*

ACT. I.

SCEN. I. 5. E'NΘΥΜΗΜΑΤΙΚΟ'Σ.] Mſ. *Ε'νδιάθετος.*

8. ΠΑΡΑΦΟΡΑ'.] Mſ. *Ε'πιφορὰ*; quod magis placet.

17. FIGURA IPSA.] Mſ. Dan. *Figura ipſata.* unde quid boni elici poſſit, cogitemus.

18. EITA ΦΙΛΟC.] Vitioſam hanc ſcripturam ſic tentabat reſtituere If. Caſaubonus; *εἶτα φίλας σχοινίῳ ἐμποδιζόμενον. deinde amicae vinculo impeditum.* Vel hoc modo: *Ε'ιτα φίλας σχοινίῳ* (vel *γυναίῳ*) *ἐμποδιζόμενον* (vel *συμποδιζόμενον*) *ὁλεῖ.* Increpatio eſt ejus, qui ducendae uxoris erat auctor. *Itane tu amicum nexu amoris is perditum?* Sequentia ſatis ſuperque perſpicua ſunt: *Γαμεῖ Πάμφιλος. γαμείτω. καὶ γάρ μ' ἀδικεῖ με.* In Pithoeorum codice Johannis Aurati, Viri clariſſimi emendatio adſcripta erat: *Εἰ τὰ φίλας ἔχοιμεν νῦν ἀπολλύμενον.* Et poſtea: *Πάμφιλος γαμεῖ, γαμείτω. καὶ γάρ ἀδικησάμην.* Pleni ſunt Graecorum libri dictis hujuſmodi, apud Stobaeum & alios, quae ibi legere ſatius eſt, quam hic tranſcribere.

43. MODESTE ET I'ΔΙΩΤΙΚΩ'Σ.] Forte: *ἠθικῶς.*

47. ΚΑΛΑΝΤΕΘΗΚΗΝ ΑΝ*.] Quantum ex Donati verbis conjicere licet, videtur ſane legendum, *Καθ' ἀντίθετον.*

SCEN. II. 7. DESIGNATORES DICTI.] Helen. Acro ad Horat. lib. 1. Epiſt. 7. verſ. 6.
Deſignatorem decorat lictoribus atris.
Seneca de Benef. lib. VI. cap. 38. *An tu Arruntium, & Arterium, & ceteros, qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas eadem habere, quae deſignatores & libitinarios, vota?* Numquid ergo Plauti Poenulus funebrib. ludis acta? Sic enim in Prologo ejus Fabulae verſ. 19.
Neu deſignator praeter os obambulet,
Neu ſeſſum ducat, dum hiſtrio in ſcena ſiet.

Inſignis locus Ulpiani, l. 4. §. 1. ff. de his qui notant. inf. *Deſignatores autem, quos Graeci βραβευτὰς appellant, artem ludicram non facere Celſus probat, quia miniſterium, non artem ludicram exerceant. Et ſane locus iſte hodie a principe non pro modico beneficio datur.* Inſcriptio vetus:

C. MATIENI. C. F. OUF.
OVICULAE. ANNORUM. XXVII.
PRAECO. IDEMQ. DISSIGNATOR.

29. ODIOSUM ET MALAE VITAE.] Mſ. *Odioſum & moleſtae vitae.*

35. CONFESSIONIS GENUS SIT.] Gerbertus ad Siguinum Senonenſ. Archiepiſc. *Qui enim aeter-*

accuſatus ante judicem tacet, confitetur: & qui judice judicante poenae ſe addicit, confitetur.

ACT. II.

SCEN. I. 9. STIPULAM, AUT FLOCCUM MOVERAT, AUT SUMMUM DIGITUM.] Sic in Sardanapali monumenti inſcriptione:

Ω ΞΕΝΕ
ΕΣΘΙΕ, ΚΑΙ ΠΙΝΕ. ΚΑΙ ΠΑΙΖΕ.
ΩΣΤ' ΑΛΛΑ ΤΑ ΑΝΘΡΩΠΙΝΑ.
ΟΥΚ ΟΝΤΑ ΤΟΥΤΟΥ ΑΞΙΑ.

Quemadmodum enim Terentius, *Hujus non faciam*; ita in hac inſcriptione, *ὀκ τύτυ ἄξια.* Ad quae verba ſic Arrianus, Alexandr. *ἀναβάσ.* lib. II. *Τὸν ψόφον αἰνισσόμενος ὅνπερ οἱ χεῖρες ἐπὶ τῷ κρότῳ ποιῶσι.* Dilucidius Athenaeus Deipnoſ. lib. XII. cap. 7. *Ὁ πάντων εὐδαιμονίσατος Σαρδανάπαλος, παρ' ὅλον τὸν βίον τιμήσας τὰς ἀπολαύσεις, καὶ τελευτήσας, δείκνυσιν ἐν τῷ τῶ μνήματος τόπῳ τοῖς δακτύλοις, οἷα καταγέλωτος ἐστιν ἄξια τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα· ὀκ ἄξια ὄντα ψόφυ δακτύλων.* Et Stephan. de Urbib. in voce *ἀγχιάλη. Τ' ἀλλ' τύτυ ὀκ ἄξια τυ ἀποκροτήματος.* Ariſtoph. in Ranis. pag. 166. *Γρύζοντες οὐδὲ τυτί.* ad quae notat Schol. *Εἰκὸς αὐτὸν ἀπεκρότησε τῷ δακτύλῳ δεικνύειν τὸ, οὐδὲ τυτί.* Atque hoc Donatus; *Moverat ſummum digitum.*

11. SAEPE IRAE AC LITES.] Ut Alcumena in Plaut. Amphitr. III. 2. 8.

ſatisfaciat mihi ille, atque adjuret inſuper
Nolle eſſe dicta, quae in me inſontem protulit.

21. ET MAXIME PROXIMI.] Verius puto ſi legatur: *Et maxime a proximis.* quod ex hiſtoriis Graecis ſcire poſſumus.

44. ATQUE VOLUNTATE.] Mſ. *Et cum voluntate.*

46. COLAPHIZATUM.] Gloſſar. *Καλαφίζομαι colaficor.* Hieronym. Epitaph. Paulae: *Eam colaphizaret, ne ſe extolleret.*

54. SUMMAE DESPERATIO.] Mſ. *Extra errorem orationis.*

SCEN. II. 4. ΔΙΑΣΥΡΕΙ.] Mſ. *Ε'ν διὰ δυοῖν.*

PARES FACIANS.] Ut Petron. cap. 19. *Sic paria compoſueram.*

6. ASSENTATIONE.] Mſ. *Aſſenſione caperetur.*

12. SERVI LENONEM.] Mſ. *Suam & lenonis.*

SCEN. IV. 6. ETIAM VELLE.] Mſ. *Etiamſi vellet.*

8. ΤΩ' ΙΔΙΟΤΙΣΜΩ'.] Mſ. *Τῷ ἀτ]ικισμῷ.*

13. DE MENSAE SCRIPTURA.] Nempe pecuniae locandae vel ſolvendae duplex ratio: aut in foro de menſa, aut domi ex arca. inſra Phorm. v. 7. 29. De menſa erat, quam argentarii nummulariive exponebant. l. 4. princ. ff. de edendo. l. 47. §. 1. ff. de pactis, & inde *Menſularii.* d. l. 47. Gloſſ. *Menſularius, τραπεζίτης.* De arca, quam ſervi exercebant, vel quicunque alii Kalendariis praepoſiti. l. 41. princ. ff. de reb. cred. & inde *Arcarii.* Gloſſae Lat. *Arcarius, diſpenſator.* l. 41. §. 17. ff. de fideicom. libertat. Qualis ille diſpenſator Arbitri, cap. 30. *in praetorio aureos dinumerans.* Plaut. Curcul. v. 3. 7.

amici compalerant, reddit argentum domo.

De *ſcriptura* vero *menſae*: quia acceptae & erogatae pecuniae probatio ſcriptura codicibuſque maxime continebatur, notato videlicet die & conſule. l. 9. §. 2. ff. de edendo. Unde chirographis deperditis, vel incendio exuſtis, ex inventario, puta ſcripturae nummulariorum, debitores conveniri poſſunt. l. 57. princ. ff. de admin. & peric. tut. l. 27. §. 1. ff. de furtis.

ETIAM SERVI ILLI SOLVI.] Mſ. *Dicuntur autem & illi ſervi, qui* &c.

DEBITORES POTIORUM.] Al. *Debitores pretiorum.*

15. EXCLAMATIONEM FACERE DENOTATUR.] Mſ. *Exclamatione agendi.*

16. HOC VERBO.] Mſ. *Hoc reſponſo.*

18. HOMO QUAM PLANIU' DICTAT.] V. C. *Planitiis dictuat*; al. *Plurima dictat.*

ACT. III.

SCEN. I. 1. MEDICUS, ORATOR.] *Medicus, ut tutor.*

3. * RECITATU.] Mſ. *Reſcitatu.*

10. ΠΑΡΕ'ΚΤΑΣΙΣ.] Mſ. *Περίςασις.*

SCEN. II. 6. HOMINEM IMPURUM!] Mſ. *Impium.*

20. AMORIS INDICAS.] Tale quid apud Hieronym. in Epiſtolis.

SCEN. III. 4. DUCIMUS ENIM VOLENTES.] Mſ. *Ducimus etiam orantes.*

NUGAS, QUOD NIHIL AGANT.] Aliter Hieronym. in Sophoniam cap. 3. Chariſ. Soſipater lib. I. & II.

5. MERITORIAM TABERNAM.] Gloſſar. *Meritorium ξενοδοχεῖον.*

8. GREX VEL BONORUM, VEL MALORUM.] Mſ. *Grex vel malorum eſt, vel levium.*

9. PRO GANEO.] Mſ. *Pro gauli.*

32. QUOD ANTE PEDES EST.] Gabrias Fab. XXII.

Νῦν εἰς ἄνω, βέλτιστε, γῆν οὐ βλέπεις.

Nicet. Choniat. *Ο'ι περιεχάνασιν οὐρανὸν, τὰ δὲ ἐν ποσὶ μόλις ἔχουσι διορᾷν.*

50. CUI CONTRARIUM IN SIGNIFICATIONE.] Mſ. *Cui contrarium eſt idem ſignificans.*

61. EMENDATIO AST VULTOS.] Apul. in Apolog.

V de

Digitized by Google

de Socrate & Demoſthene. Elegans locus Phaedri lib. III. Fab. 8.

Quotidie, inquit, ſpeculo vos uti volo:
Tu formam ne corrumpas nequitiae malis,
Tu faciem ut iſtam moribus vincas bonis.

FORMAE PER IMAGINEM RESULTATIO.] Apul. Apolog. de ſpeculi imagine: *Reſultans ad facies ſuas reduces.* Ideo Lucianus eleganter in Amorib. Ἔσοπτρα τῶν ἀντιμόρφων χαρακτήρων ἀγράφους εἰκόνας vocat.

69. UT ALLUSIONEM.] Mſ. *Ut ludentem de ſua.*

CICERONIS DICTUM.] Fab. Quinctil. lib. VI. cap. 3. *Ne illa quidem quae Ciceroni aliquando, ſed non in agendo, exciderunt, ut dixi, quum is candidatus, qui coqui filius habebatur, coram eo ſuffragium ab alio peteret: Ego quoque tibi jure favebo.* Similis fere jocus Varron. de Re Ruſt. lib. III. cap. 17. *Hos piſces nemo coquus in jus vocare audet.*

84. QUO INDIGNETUR.] Mſ. *Quod indignetur.*

91. SUPER ARSCHINO.] Mſ. *Sit pro Aeſchine.*

SCEN. IV. 11. NEMO ENIM MORIENS.] Vid. Jacob. Menoch. J. C. Praeſump. 5. lib. V. Placid. Lactant. ad Stat. Thebaid. *Ajunt futura ſentire morituros.*

IN JURE ULTIMA JUDICIA.] Ulpian. l. 1. init. π. Si quis omiſſ. cauſ. teſtam. *Praetor voluntates defunctorum tuetur.* Paulus J C. l. 5. ff. Teſtam. quemad. aper. *Publice expedit ſuprema hominum judicia exitum habere.* † l. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſiis.

30. ΤΩ͂ ΓΔΙΟΤΙΣΜΩ͂.] Mſ. Τῷ ἀττικισμῷ.

33. PONDUS UTERI.] Statius Sylvar. III. 4. 77.
Ferre timent famulae naterum pondera matres.

53. RESPONDERE PROPRIE DICITUR, CUM LIS.] Verba praetoris apud Ulpian. l. 4. §. 1. ff. de interrogat. in jure. *Qui in jure interrogatus reſponderit.* l. 1. §. 1. l. 11. §. 5. & ſeqq. ff. eod.

ACT. IV.

SCEN. I. 13. CESSARE VISUM.] Τὸ *Viſum* in Mſ. deeſt.

21. LUPUM VIDISSE HOMINES.] Themiſt. Euphrad. Orat. I. Καὶ τοιαῦτα ἄττα μορμολύκεια, ὥστε τοὺς ἀκούοντας φρίττειν καὶ ἀδημονεῖν, καὶ μικροῦ γίνεσθαι ἀναύδους. καθάπερ φασὶ τοὺς ὑπὸ λύκου προτέρους ὀφθέντας. Ambroſ. Hexsëmer. lib. VI. cap. 4. *Lupus ſi prior hominem viderit, vocem eripit, & deſpicit eum tamquam victor vocis ablatae.* Idem lib. VI. in Luc. cap. 10. *Si quem priores* (lupi) *hominem viderint, vocem ejus quadam naturae vi feruntur eripere. Si autem homo prius eos viderit, exagitari memorantur.* Vid. eundem. Serm. X. Pſalm. 118. Caſſian. Baſſ. lib. XV. cap. 1. Ὁ λύκος προορῶν τὸν ἄνθρωπον, ἀσθενέστερον αὐτὸν καὶ ἄφωνον ποιεῖ, ὡς ὁ Πλάτων ἐν ταῖς πολιτείαις φησί. ὀφθεὶς δὲ πρότερος ὁ λύκος, ἀσθενέστερος γίνεται. Locus Virgil. eſt Eclog. IX. 54. ubi Servius ſimilia refert, & Theocriti Scholiaſt. ad Idyll. ιδ.

PUEROS LUDIFICANTIUM TERRORE LUPI.] Ut in hoc dicto vetulae Aeſopicae puerum increpantis, Fab. Λύκος καὶ Γραῦς. Παῦσαι τοῦ κλαίειν. εἰ δὲ μὴ, τῇ ὥρᾳ ταύτῃ ἐπιδώσω σε τῷ λύκῳ. Hieronym. adverſ. Pelag. III. *Ne quaſi parvulis, triſtior quaedam imago monſtretur.*

SCEN. II. 1. CICERO IN CATILINAM.] Mſ. *Cicero in Catone.*

13. SED SIC IPSE EGIT.] Mſ. *Ut ipſe ait.*

43. SALLUSTIUS: AD JOVIS MANDEM.] Locus corruptus, cui nec a Mſ. auxilium, in quo ſic eſt: *Ad Jovis manaevani.* aeque vitioſe.

44. PORTA DICTA.] Varro de Ling. Lat. lib. IV.

45. PISTRINAM, UT SUTRINAM, ET MEDICINAM.] Plaut. Amphit. IV. 1. 5.
In medicinis, in tonſtrinis, apud omnis aedis ſacras.

Et in Epidico, II. 2. 14.
Per medicinas, per tonſtrinas, in gymnaſio, atque in foro,
Per myropolia & lanienas, circumque argentarias.

Vid. eundem in Menaechmis.

SCEN. IV. 2. UT, QUAM SIGNIFICET.] Mſ. *Niſi forte ſignificat, ut ſit, ô quam.*

SCEN. V. 23. NUNC DICIT.] Mſ. *Non dum dixit.*

28. GRAECI DICUNT Α'ΤΕΝΕ'Σ.] Variant ſcripti codd. HTAΠTεctos. al. HTAΠiεctos.

34. PLENA GLADIATORIA.] l. *Plane gladiatoria.*

SCEN. VII. 4. ESURIENTIBUS CETERIS.] Mſ. *Cunctis.*

5. IRACUNDIAM DEMEAE.] Mſ. *Vel conſentiendo mitigare ſibi amorem, fieri iracundum Demeam.*

13. VIRGINEM, QUAE ETIAM CUM VIRO.] Eadem ratione *Puellam* vocat Gell. quae recens pepérit. lib. XII. cap. 1. & *virginem maritum* P. Chryſol. qui bona ſua primum vendidit. Serm. CXLVIII. *Inducta virgo inducit virginem mox maritum.* Nam & *virginem puerum* dixere inveſtem, & a venereo contractu liberum. Paulinus in Epithalamio Juliani & Titiae.

Concordes animae caſto ſociantur amore,
Virgo puer Chriſti, virgo puella Dei.

Marcell. Empiricus aliquotiens: apud quem & *chartam virginem* legimus, cap. 8. quam Ulpianus l. 52. §. 4. ff. de leg. 3. *chartam puram* vocat. Sed Martial. lib. I. Epigr. 67. *virginem chartam*, non

† *L. 1. C.*] Haec Lex 1. C. eſt ſancti ſcilicet Conſtantini, qua lege nulla Chriſtiano nomini fuit damnoſior.

Digitized by Google

non puram intelligit, ſed recens ſcriptam, plane ad Donati mentem;

ſcriniisque ſignatas
Cuſtodit ipſe virginis pater chartas.

Vid. quae Servius notat ad Eclog. VI. verſ. 47.

Ah, virgo infelix.

Et Aeneid. XI. verſ. 687.

muliebribus armis.

Jun. Phylargyr. ad Eclog. III. verſ. 30.

binos alit ubere foetus.

ACT. V.

SCEN. I. 4. AD DELICIAS EXPRIMENDAS.] Id propter Laconia lege vetitum erat. Aelianus Var. Hiſtor. lib. II. cap. 5. *Ἀκούσαντες οἱ ἔφοροι Λακεδαιμονίων, τοὺς Δεκέλειαν καταλαβόντας περιπάτῳ χρῆσθαι δειλινῷ, ἐπέστειλαν αὐτοῖς, Μὴ περιπατεῖτε· ὡς τρυφῶντας αὐτῶν μᾶλλον, ἢ τὸ σῶμα ἐκπονοῦντας.*

SCEN. IV. 1. APUD ALIUM AT PALAM.] Mſ. *Apud alium quempiam.*

17. In verſu Accii. FERAS POTIUNTUR.] Mſ. *Siras potiuntur.* Gloſſ. Πλίνθη ſiro.

SCEN. VI. 5. AUT, UT AXIATIMO.] Mſ. *Aut in Syro nihil.*

6. PUSTQUAM IPAS DIXIT.] Legend. *Poſt quam ipſe audivit bis nomine appellatum Getam.*

SCEN. VII. 6. HYMENAEUM.] Vide Procli Chreſtomat. apud Photium, qui eleganter haec explicat: noviſſimeque addit Aeolum dialecto Ὑμέναιον dici ἀπὸ τῶ ὑμεναίειν, τουτέστι ὁμονοεῖν, quod concorditer noviter maritatos ſemper vivere optarent. vid. locum ipſum, & Serv. Aeneid. lib. I. ad verſum 651.

inconceſſoſque Hymenaeos.

10. ALICUJUS DEMACERATA.] Mſ. *Non alius demacerata.*

16. TAMQUAM DE PRAESENTE.] Mſ. *Quaſi cum praeſente.*

SCEN. VIII. 7. MODESTA APUD ALIOS.] Mſ. *Modeſta alii.*

15. COMICORUM SENUM.] Cicer. in Laelio 26. *Hodie me ante omnes Comicos ſtultos ſenes*, &c. Plaut. etiam ſenibus illam aetatem praeſcribit, qua ſcortari deſinant. Mercat. V. 4. 57.

Annos natus ſexaginta qui erit, ſi quem ſcibimus,
Seu maritum, ſeu hercle adeo coelibem ſcortarier,
Cum eo nos hac lege agemus.

20. MICIO VELUT INSUAVI.] Mſ. *Micio velut inſanis.*

21. NON VOTO FILIORUM.] Ulpian. l. 1. §. 8. π. de ventr. inſpic. *Voto liberorum ſuſcipiendorum ductus.* l. 22. §. 7. ff. Solut. matr. *Procreandae ſobolis cupidine.* Enim matrimonii haec erat formula, LIBERORUM QUAERENDORUM GRATIA, &c. Ennius apud Feſtum in *Quaeſere. Ducit me uxorem liberorum ſibi quaeſendûm gratia.* Auguſtin. Epiſc. LIBERORUM PROCREANDORUM CAUSA dixit. Lib. I. de nuptiis cap. 4. Idem Serm. III. Dom. 3. poſt Trinit. & ex eo Iſidor. de Officiis Eccleſ. lib. II. cap. 19. *Ipſae tabulae dotales indicant, quod cauſa* LIBERORUM PROCREANDORUM *ducitur uxor.* Itaque ſic corrigenda D. D. Impp. Marci & Lucii conſtitutio apud Johan. Sariſberienſ. Epiſt. LXXXIX. *Confirmamus ſtatum liberorum veſtrorum in eo matrimonio quaeſitorum.* Hactenus enim corrupte editum *quae * veſitorum.* Vid. Val. Max. lib. VII. cap. 7. Gell. lib. IV. c. 3. Athen. dicebant ἐπ' ἀρότρῳ παίδων. Iſidorus Peluſ. lib. III. Epiſt. 243. *Τὴν γὰρ παρθένον ὁ ἀνὴρ συναπτόμενος γυναῖκα, τουτέστι γόνιμον ποιεῖ. διὸ καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἡ συνάφεια ἡ κατὰ νόμον, ἐπ'* ΑΡΟΤΡΩ ΠΑΙΔΩΝ *ἐλέγετο γίνεσθαι.* Juſtinus Mart. Apolog. II. *Οὐκ ἐγαμοῦμεν, εἰ μὴ ἐπὶ παίδων ἀνατροφῇ.* Vid. Lucian. in Timone.

25. RACTE. NON UXORIS COGNATI.] Scribend. *Recte. nam uxoris.*

SCEN. IX. 2. ΚΥΡΙΟΛΟΓΙ'Α.] Mſ. *Περισσολογία.*

4. ADSCRIBI CAUSAS MANUMISSIONIS.] Marcian. l. 9. & ſeqq. π. de manumiſſ. & vind.

5. SECUNDUM QUEM APPARET.] Mſ. *Sed apparet.*

18. CONFIRMANTIA ΠΑΡΕ'ΛΚΟΝ.] Mſ. *Confirmantia, cum παρέλκον.*

22. UT ALAS MANUMISSUM.] Ulpian. l. 14. & paſſim in ff. Tit. de aliment. & cibar.

33. VELIA, NOLIA.] Mſ. *Fas, nefas.*

36. Ε'ΙΡΩΝΕ'ΙΑ.] Mſ. ΠΟΙΚΙΛΙΑ.

IN HECYRAE COMMENT.

IN PRAEFAT. ET ARGUM.

HAEC FABULA APOLLODORI.] Vid. Sidon. Apoll. lib. IV. Epiſt. 12.

UT MOX LOQUATUR CUM IPSO.] Rectius Mſ. *Et mox cum ipſo.*

IN PROLOGUM.

3. QUAE SCITA SIT NOMINE.] Mſ. *Hoc eſt q. ſit oio.*

ALT. PROL.

1. JUS GENTIUM EST.] L. 17. ff. de Legationibus. l. 7. ad leg. Jul. de vi publ. leg. 8. §. 1. de diviſ. rer. Dio Chryſoſt. Περὶ νόμου. *Τὸν γοῦν παρὰ τῶν ἐχθίστων κήρυκα πεμπόμενον οὗτός ἐστιν ὁ σώζων καὶ διαφυλάττων, παντὸς θώρακος καὶ πάσης ἀσπίδος ἰσχυρότερον αὐτῷ δοὺς ὅπλον τὸ κηρύκειον.* Idem in fine orationis περὶ ἔθους. Livius lib. 1. cap. 14. *Poſt aliquot annos propinqui regis Tatii legatos Laurentium pulſant: cumque Laurentes jure gentium agerent; apud Tatium gratia ſuorum & preces plus poterant. igitur illorum poenam in ſe vertit. Nam Lavinii, cum ad ſollemne ſacrificium eo veniſſet, concurſu facto, interficitur.* Vell. Patercul. initio lib. II.

9. DICITUR ἈΝΤΊΘΕΣΙΣ.] Mſ. Ἀνάκλασις.

23. AB AUDITORUM PERSONA.] Mſ. *A judicum perſona.*

25. ETIAM GLORIOSI.] Mſ. *Sed glorioſi.*

ACT. I.

SCEN. I. 8. MUTILI DICTI SUNT BOVES.] Rectiſſime ad mentem Donati Hyginus Fab. CCI. *In quamcunque effigiem vellet transmutaretur, ex albo in nigrum, vel ex nigro in album; in cornutum ex mutilo, in mutilum ex cornuto.* Columella Praefat. lib. 1. *Aliter curatur mutilum, & raripilum, aliter cornutum, & ſetoſum.*

9. EXIMIA PECORA.] Vid. Feſt. v. *Eximium.*

17. NON EAM PERSUASISSE.] Mſ. *Non ſe perſuaſiſſe.*

ΕΜΠΑΘΩ͂Σ AIT.] Mſ. ΕΝΠΑΓΟΠΑΛΗΝ.

18. SECUNDUM ΦΥΣΙΟΓΝΩΜΙΚΟΥ͂Σ, DIFFICILE DEFORMEM REPERIRI BONAM.] Vid. Ariſtotel. Polaemon. & Adamant. Phyſiognomica.

SCEN. II. 3. ANTE ΠΕΔΟΙΚΗ͂Ν.] Ita Mſ. Mſ. Heſych. Πεδοίκους, μετοίκους vocat. hinc ergo de medela cogitandum.

97. QUAE FAMILIAE DEBEBATUR.] Juſtin. Inſtit. lib. III. Tit. 10. de bonor. poſſeſſ.

ACT. II.

SCEN. I. 9. ἌΤΕΧΝΟΣ ΠΙ'ΣΤΙΣ.] Infra IV. 4. 75. V. 1. 16. Marcellin. in Hermog. pag. 298.

17. NISI AD TELUM.] Petron. cap. 90. *Ut primum extra teli conjectum licuit conſiſtere.* paullo ante dixerat: *Lapides in Eumolpum recitantem miſerunt.* Vid. Inſtit. lib. IV. Tit. ult. de pub. jud.

28. HOC EST, AMOREM.] Mſ. *Hoc amare.*

SCEN. II. 21. ESSE COMPULSAM.] Mſ. *Eſſe collapſam.*

25. AUREM PROPIOREM.] Mſ. *Aurem propriorem.*

ACT. III.

SCEN. I. 1. NIMIS COTHURNATI.] Al. *Conturbati.*

29. PLENUM ERAT.] Mſ. *Planum erat.*

41. PLAUTUS BACCHIDIBUS: NAM ET EX.] Locus corruptus. Plauti verba ſic habent: Act. 1. Scen. 1. 73. *Nam ut in navi vecta es, credo, timida es.* Videtur autem ſic legendum: *Num ut in mari vecta es, credo, timida es. Ergo, Pavitare, aegrotare: quia ſic horruiſſe viſa, ac palpitare venis* &c.

44. IN VULTU PROLOQUIUM.] Mſ. *Incultum proloquium.*

SCEN. II. 24. EST ΜΕΤΩΝΥΜΙ'Α.] Mſ. *Eſt* ὑπαλλαγή.

SCEN. III. 27. FOEMINA, QUAE LEGES NESCIAT?] L. 11. l. 13. C. de jur. & fact. ignor. l. 8. ff. eod. l. 2. §. 7. ff. de jur. fiſci. l. 38. §. 2. & 4. ad L. Jul. adult.

SCEN. IV. 26. SINE CONJUNCTIVO.] Mſ. *Conjunctione.*

ΜΥΚΌΝΙΟΣ ΦΑΛΑΚΡΌΣ.] Strabo lib. X. *Τοὺς φαλακροὺς δέ τινες Μυκονίους καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ τὸ πάθος τοῦτο ἐπιχωριάζειν τῇ νήσῳ.* Vid. Plin. lib. XI. cap. 37. Stephan. de Urbib. & Adagiograph.

SCEN. V. 9. ET PROPINQUITATE TERENTIUS FREQUENTATA MOVETUR, UT HEREDUM.] Mſ. *Et ae. p. t. frequentate movent' aut heredum.*

27. DOTEM RELINQUERE.] Γρ. *Dotem retinere.*

52. DOS

52. Dos, pecunia est.] Plaut. Epid. II. I. 10.

Pulchra

Aedepol dos pecunia eſt.

Ariſtenaet. lib. I. Epiſt. I. *Αὐτίκα χρημάτων εἰς πρoῖκα τῷ σῷ δεδέδωκι πατρί.* Vid. quae notata Adelph. III. 2. 47.

ACT. IV.

SCEN. I. 16. Septimo mense nasci.] Pet. Chryſologus Serm. LVI. *Homo ſaepe menſis decimi deſpiciens terminum, ſepsimo menſe anguſtias primae domus, & arctas uteri abjicit &, deſerit manſiones, ut praeliator novus ante ſe tempus evicisse gaudeat, quam dependat ipſe ſuam temporis ſervitutem.* l. 12. ff. de ſtat. homin. Cenſorio. de Die natal. A. Gell. lib. III. cap. 16. ſupr. III. 3. 38.

20. Quae minor est.] Mſ. *Quae hujus eſt.*

21. Ita non esse certo.] Mſ. *Ita eſſe.*

22. Arbitrum capere.] Plaut. Amphitr. Argum. 7.

Blepharo captus arbiter.

27. In ingenio.] Mſ. *In genere.*

32. Me esse censes.] Mſ. *Perniciosamque cenſes.*

36. ΙΔΙΩΤΙΣΜΟΣ.] Mſ. *Τῷ Ἰδιωτισμῷ.*

41. Misericordia, animus.] Γρ. *Mitte, animus*, &c.

43. Respondeatur.] Mſ. *Repandatur.*

48. Praetoris edicta et interdicta.] Petron. Arbit. cap. 13. *Ad interdictum venire.*

SCEN. II. 30. Ἄχθος. quid.] Mſ. *Oc?ous quid enim.*

SCEN. III. 4. Revocare vult.] Mſ. *Ad ſe vocare vult.*

10. Caute satis.] Mſ. *Acute ſatis.*

12. Consentientes sint, aut dissentientes.] Mſ. *Concordes ſint anne diſcordes.*

15. Caput indicant.] Ita ex Mſ. hunc locum emendavimus. aliter Muretus Var. lib. XVIII. cap. 18.

SCEN. IV. 1. Aut etiam socrui.] Mſ. *Aut non ſolum.* ſed verius poto, *At etiam ſocrui.*

3. Ipse dicit.] Mſ. *Ipſe determinat.*

4. Quomodo volebam?] Mſ. *Quando volebam.*

8. Odisse Sostratam.] Mſ. *Odiſſe ſocrum.*

16. Liberi patrem sequuntur.] Puta, ex juſtis nuptiis procreati. Inſtit. lib. I. Tit. 9. princ. de patr. poteſt. l. 19. l. 24. ff. de ſtat. homin. Sic Canulejus Tribun. apud Livium lib. IV. *Patrem ſequuntur liberi.* Dio Chryſoſtom. Orat. ad Apomenſes: *Τὸ μὲν οὖν ἀναγκαῖον συνακολουθεῖν τὰ τέκνα τῷ πατρί.* Ex injuſtis vero quaeſiti matrem ſequuntur. §. 12. Inſtit. de nupt. l. 1. §. 2. ff. ad Municip. l. 5. §. 4. ff. de agnoſc. & alend. lib.

ACT. V.

SCEN. I. 8. Id est, quod est.] Mſ. *Quem exerceo ſcilicet: id eſt, quod eſt quaeſtus mihi.*

38. ΑΠΟΣΙΩΠΗΣΙΣ.] Mſ. *Κατάπαυσις μεταχθεῖσα.*

SCEN. II. 13. Quod factum est.] Variant libb. Al. *Falſum eſt*, Al. *Fictum eſt.*

23. Alia, scilicet.] Mſ. *Hoſtis eſt alias inimica.*

SCEN. III. 13. Capella quaedam est, mire facta.] Mſ. *Myrrae facta.*

25. Confugere anhelantem.] Quinct. lib. I. cap. 6.

35. Inclusit narrationem.] Mſ. *Concluſit narrationem.*

IN COMMENT. PHORMIONIS.

IN PRAEFATIONEM.

Fiscus sparteus.] Gloſſ. *Formio Κόφινος. παρῆκται δὲ ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ, ὡς ὁ Ἡσίοδος.* Verba Heſiodi laudantur in Etymol. Magno: *Οἴσεις δ' ἐν φορμῷ.* in voce *φορμίσκοι.* Baſil. Mag. in exercitationib. *Φορμὸς ὁ πλαλαθίσκος.* Ulpian. l. 12. §. 18. ff. de inſtr. & inſtr. *formiones, & ſpongias, & amas, & ſcopas.*

Ante actionem.] Mſ. *Ante narrat.*

IN PROLOGUM.

2. Magis laborare.] Mſ. *Magis dolere.*

18. ΠΕΡΙΦΡΑΣΤΙΚΩΣ.] Mſ. *Περιφραστικῶς ἀντὶ τοῦ, qui* &c.

30. Nove sic Cicero voluntatem.] Vulg. *Cicero* deeſt.

33. Suas horas non obtinuerit.] Etiam in jure *ſuas horas obtinere* dicuntur actor & reus. Pedian. III. in Verr.

Digitized by Google

ACT. I.

SCEN. I. 1. CONDITIONIS GENTISQUE.] Mſ. *Conditionis gregiſque.*

5. ΤΡΟ'ΦΙΜΟΝ GRAECI.] Serv. Aeneid. lib. XI. ad verſ. 33

chare datus ibat alumno.

DICERE POTERANT.] Mſ. *Dicere potuerint.*

6. QUO PARENTALIA.] Mſ. *Quo denicalia.*

9. DEMENSUM.] Gloſſ. *Demenſum ἀπομέτρημα.*

11. PACEM EXISTIMARETIS.] Mſ. *Parum exiſtimaretis.*

15. EDULIAE, ET POTICAE.] Arnob. adverſus Gent. lib. III. *Unctionibus ſupereſt Unxia, cingulorum Cinxia replicationi: Victa & Potua ſanctiſſimae victui potuique procurant.* Serv. ad Eclog. IV. 63.

AN NUTRIX? AN VERA MATER?] Plaut. Menaech. Prol. 19.

uti mater ſua
Non internoſſe poſſet, quae mammam dabat:
Neque adeo mater ipſa, quae illos pepererat.

Apud Ariſtenaet. lib. 1. Epiſt. 6. puella nutricem ſuam ſic alloquitur: *Νὴ τὴν Ἄρτεμιν, ὦ μῆτερ, καὶ τοι πρὸς τοῦ ἔρωτος φλεγμένη δεινῶς ἐσπούδακα σωφρονεῖν.*

SCEN. II. 3. TRIBUS MODIS DEBITUM.] Similiter Plaut. Pſeud. IV. 7. 50.

Accipe: hic ſunt quinque argenti lectae numeratae minae.

4. CREDITUM NON FEFELLERIT?] Mſ. *Condictum non ſefellerit?*

19. Ε'ΠΙ'ΤΑΣΙΝ.] Mſ. *Περίστασιν.*

41. PUELLAE COMAM OB LUCTUM ABSTULISSE.] Bene de hoc ritu Theodoretus Quaeſt. in Deuteron. c. ιγ. *Τινὲς μὲν τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν, τὰς τῆς κεφαλῆς ἀπεκείροντο τρίχας, καὶ ταύτας προσέφερον τοῖς νεκροῖς. τινὲς δὲ τὰς τῶν γενείων, ἄλλοι τὰς τῶν ὀφρύων, ταύτῃ γίνεσθαι ὁ θεῖος ἀπηγόρευσε νόμος.* Artemidor. lib. 1. cap. 27. *Ἔθος γὰρ παλαιὸν, ἐπὶ πένθει τὰς ὀφρύας ψιλοῦσθαι.* Ex hac mente quoque dixit Ovid. Metamorph. lib. III. verſ. 505.

planxere ſorores
Naïades: & ſectos fratri poſuere capillos.

52. IPSE HORTARI.] Mſ. *Ipſe hortator.*

54. ΥΠΟ' ΤΗΣ ΚΑΤΑΠΛΗ'ΞΕΩΣ.] Mſ. *Ἀπὸ τῆς καταπλήξεως.*

66. FACTA EX EO.] Mſ. *Factura ex eo.*

70. PRINCIPALITER PETUNTUR.] Mſ. *Principaliter expetuntur.*

QUATUOR, QUAE IN SPONSIS QUAERUNTUR.] Infra in Phorm. Act. II. Scen. 1. *In negotio nuptiarum duabus rebus conſuli, rei & famae, hoc eſt facultatibus dotis, honeſtatique natalium.* Pertinent huc quae Iſidorus ſcribit Origin. lib. IX. cap. ult. *In eligenda uxore quatuor res impellunt hominem ad amorem: pulchritudo, genus, divitiae, mores,* &c. Idem de Officiis lib. II. cap. 19. *Apud veteres in eligendis maritis quatuor iſta ſpectabantur, virtus, genus, pulchritudo, oratio. In foeminis tria; ſi generoſa, ſi bene morata eſſet, ſi pulchra. Nunc autem non genus ac mores, ſed magis divitiae in uxoribus placent.*

72. ERONEM DICIMUS.] Alfenus J. C. l. 31. ff. Loc. cond. uti legit ibi Turneb. Adv. XXIV. 2.

76. MINOREM ENIM VIM HABET EA LEX.] Legis virtus eſt, inquit Modeſtinus, imperare, vetare, permittere, punire. l. 7. ff. de Legib. Sed minor vis eſt legis permittentis, quam vetantis. Cicero de Inventione lib. II. cap. 49. *Leges oportet contendere.* * *Utra lex jubeat aliquid, utra permittat. nam id, quod imperatur, neceſſarium: illud, quod permittitur, voluntarium.* * *Deinde utra lex jubeat, utra vetet. nam ſaepe ea, quae vetat, quaſi exceptione quadam corrigere videtur illam, quae jubet.* Quinctilian. Declam. CCCLXXIV. *Semper potentior lex eſt, quae vetat, quam quae permittit.* Vid. Cicer. Verrin. II. Mar. Victorin. in Ciceron. de Invent.

78. PERSONAM NON HABET.] Servi jure civili pro nullis habentur. l. 32. ff. de reg. jur. ideoque nec perſonam nec caput habere putantur. Juſtin. Inſtit. lib. 1. Tit. 16. §. 4. Caſſiodor. Var. lib. II. Form. VIII *Quid facerent inter ſervos jura publica, qui perſonam legibus non habebant.* Unde Paſchaſius Diacon. Rom. lib. de S. S. *Apud nos homines filius patrisfamiliae juxta patrem, vel ſervus juxta dominum perſonae propriae locum non habet.* Et mox paulo poſt: *Perſona res juris eſt, ſubſtantia res naturae.*

81. Ε'ΥΦΗΜΙ'Α.] Mſ. *Ἐν ὑποκρίσει.*

97. SUBAUDI, VENIT. JAM NON.] Mſ. *Quia veniet. Nam non.*

SCEN. III. 11. In verſu Lucilii. IN LOCUM HISPANUS.] Mſ. *In locum his pennis.* indicium veri. Sed totus locus ita legi debet:

ille alter abundans
Cum ſeptem incolumis pennis redit, ac recipit ſe.

Et recte in partem ita a Scholiaſte Juvenal. laudatur ad Satyr. III. 158. Apulejus in fine Apolog. *Si Philoſophiae honorem, qui mihi ſalute mea antiquior eſt, nuſquam minui, imo contra ubique ſic cum ſeptem pennis eum tenui: ſi haec, ut dico, ita ſunt,* &c.

16. ΠΑΡΑ'ΛΕΙΨΙΣ.] Mſ. *Διωπηρχηρέψις.*

18. NISI AD DOMINATIONEM.] In Mſ. Τὸ *Ad* deſideratur, idque rectius ad phraſin Salluſt.

26. IN METU SEMPER EST PRAESAGA MALI MENS.] Tale eſt illud Petron. cap. 125. *Quam male eſt extra legem viventibus! quidquid meruerunt, ſemper exſpectant.*

SCEN.

SCEN. IV. 2. AUT ἈΝΑΣΤΡΟΦΉ.] Longe diverſa lectio in Mſ. *Tu es corſali ſaxa pereſa.* folium Sibyllae.

35. COMMACHINETUR.[Mſ. *Vida ſatin' artifex.*

53. SUCCENTURIATI DICUNTUR.] Gloſſ. Placidi: *Centurias dicimus partes exemtas, in centenos milites diviſas; unde & qui his praeſunt, centuriones dicuntur. Ergo ſuccenturiati ſunt, non qui in prima, ſed qui in ſecunda centuria ſunt, quaſi ſub prima centuria. Tamen inſtructi etiam ipſi in ſpeculis poſiti in bello ſunt, ut ſi primi defecerint, iſti quos ſubeſſe diximus laborantibus primis ſubveniant; unde & ad inſidiandum ponitur ſuccenturiatus, quaſi armis doloſis inſtructus.* Vid. Feſt. & Non. Marcell.

VIM HORTANTIS.] Mſ. *Vim hortationis.*

ACT. II.

SCEN. I. 37. CUM SICULOS EORUM.] Mſ. *Cum Siculis eorum.* Vulg. *Tum ſi eorum.*

45. DUPLEX ΜΕΤΆΘΕΣΙΣ.] Mſ. *Duplex* μετάθεσις.

46. NOTUM ALTERI *.] Mſ. *O cum alteri dictum, qui.*

49. UT CEDENTIBUS MOS EST.] Mſ. *Quod ſedentibus moris eſt.*

57. TUBERO.] Sic rectiſſime hunc locum edidimus, qui antea corrupte admodum legebatur. Tuberonis Hiſtorici rerum Romanarum libros laudat Chariſius, qui indubie iſipſus eſt, cujus hic auctoritate Donatus utitur.

83. ADESSE ENIM DICUNTUR ADVOCATI.] Vid. infra II. 3. 3. Seneca de Brev. Vitae: *Hic advocat, hic adeſt.* Idem de Beneſ. lib. V. cap. 8. *Nemo, quamvis pro ſe dixerit,* ADFUISSE SIBI *dicitur; nec ſtatuam ſibi, tamquam patrono ponit.* Labeo apud Ulpian. l. 19. §. 1. ff. de donat. *Si tibi adfuero, ſi ſatis pro te dedero,* &c.

SCEN. II. 1. AUREM MINIMO INSCALPENS DIGITULO.] Aurem ſive caput minimo digito ſcalpere χειρονακτὴς exiſtimatur ſuperbi vel mollis hominis. Ammian. Marcell. lib. XVII. cap. II. de Pompejo. Sed nil poteſt dici melius, quam quod notatus a Lucani veteri Scholiaſte: cujus haec verba ſunt. lib. VII.

Non tibi vera fides.

Duobus, inquit, *vitiis Pompejus laborabat: nam & favoribus multum gaudebat, ut in primo ipſe Lucanus*, verſ. 132.

famaeque petitor
Multa dare in vulgus: totus popularibus auris
Impelli.

Et vitio ſuperbiae quodammodo tangebatur: nam uno digito caput ſcalpebat, quod eſt ſuperbiae indicium. unde de eo in Epigrammate:

Magnus, quem metuunt homines, digito caput uno
Scalpit, quid dicas hunc ſibi velle virum?

Quidam autem luxuriae vitium eſſe dicunt, uno digito caput ſcalpere; ut Juvenal. Sat. IX. 130.

numquam pathicus tibi deerit amicus,
Stantibus & ſalvis his collibus: undique ad illos
Convenient & carpentis, & navibus omnes,
Qui digito ſcalpunt uno caput.

Haec ex antiquiſſimis ſcripti codicis membranis. Vid. Seneca lib. III. Controverſ. 4. Julianus Imperat. in Caeſarib. Οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν, ἢ κεκράτηκας Πομπηΐῳ δακτύλῳ κνωμένῳ, καὶ τἄλλα ἀλώπεκος μᾶλλον ἢ λέοντος. Tzetzes Hiſtor. Chil. VI. 37. pag. 100. Ἔβηττε δὲ, καὶ κεφαλὴν ὑπέκνηθε τὸ πρῶτον. Et inferius: Τρίβων κεφαλὴν, καὶ συνεχῶς ἐκβήττων. Nam & crebro tuſſire ſignum hominis delicati & faſtidioſi. Theophraſt. in characterib. Erat etiam iratorum καὶ τῶν ἀπορούντων nota, aurem vel caput ſcalpere. Apul. Mileſ. lib. VI. *Latiſſimum cachinnum extulit, & qualem ſolent furenter irati: caputque quatiens, & adſcalpens aurem dexteram.* Idem lib. Mil. X. de ſervo in facinore deprehenſo: *Tunc pedes incertis alternationibus commovere: modo hanc, modo illam partem ſcalpere capitis,* &c. Cicero in L. Piſon. cap. 25. *Perſcriptis rationibus, ſecum ipſe, caput ſiniſtra manu perfricans, commurmuratus ſit.* Horat. lib. I. Sat. 10. verſ. 70. *in verſu faciendo*

Saepe caput ſcaberet.

4. DE ALLIATO MORETARIO.] Apicius lib. X. cap. 10. *Condimenta moretaria.* Vid. Moretum Virgilii.

INTRITA.] Gloſſ. *Intritum* ἐμβρεχή. Apul. Mileſ. lib. XI. *Intritum lacte confectum.*

20. PASCITUR VICTUS.] In XII. Tabb. *Qui em vinctum habebit, libras ſingulas farris endo dies ſingulos dato.* Hoc voluit Ambroſ. lib. de Tobia cap. 10. *Unum ſane eſt, quod non timere poſſitis, quia poſcere non novit alimenta,* &c.

24. PARASITUS REGIS EST.] Supr. Eun. II. 2. Ariſtid. πρὸς Πλάτωνα. pag. 117. Ὅσ' ὅπερ δοῦλος πρὸς δεσπότην, τοῦτο κόλαξ πρὸς τύραννον συμβαίνει. Plauti paraſitus in Aſinar. V. 2. 69.

Regem perdidi: ex amore tantum eſt homini incendium.

Vid. Acron. ad illud Horat. lib. I. Epiſt 5. verſ. 6.

imperium fer.

26. ΠΛΕΟΝΑΣΜΌΣ.] Mſ. Τῷ ἀρχαϊσμῷ.

28. MATURAE VENIUNT, DISCUMBITUR.] Si vera haec lectio, fragmentum erit fabulae deperditae, nam in illis quae nunc extant, non habetur.

SCEN. III. 7. SENIU DISCERNITUR.] Mſ. *Sexu diſcernitur.*

18. MISERICORDIAM ODIOSA.] Mſ. *Miſeriam otioſa.*

20. QUAE

20. QUALITAS INJURIAE A DIGNITATE PERSONAE.] Ulpian. l. 7. §. 8. ff. de injur. & fam. l. 15. §. 44. ff. eod.

ET IN EO QUOD A VSTO FIT.] Mſ. *Et quod ad vixit.*

31. ET HAEC AUCTORITAS.] Γϛ. *Eſt haec.*

64. DESTRUXIT, QUOD SERIO INTENDEBAT.] Mſ. *Deſtruxit, quod protendebat ſenex.*

79. ET CONHIBENTIAE.] Mſ. *Et conventia*, al. *conventionis.* Sed *conhibentia* eſt conniventia. Ut in Cod. Theod. L. 11. de extraord. ſive ſord. muner. *Gratioſa conhibentia vel ignobili diſſimulatione.* atque ita in vett. diplomatibus aliiſque libris non raro ſcriptum reperitur.

ACT. IV.

SCEN. III. 28. QUI FURTIM ACCIPIT.] Vulg. *Qui ſeparatim accipit.*

56. ΚΑΙ᾽ ΑΥ̓ΤἨΝ &c.] Mſ. *Graecum proverbium ſprevit.* ΕΙΑΚΟΦΕΤΑ ΕΥΔΕΚΤΡΑΣ.

74. COMICUM ARGENTUM.] Plaut. Poenul. III. 2. 20.

Agite, inſpicite: aurum eſt. Co. *Profecto, ſpectatores, comicum.*

SCEN. IV. 28. OBSERVATUM EST.] Ita Mſ. Vulg. *Obſtetricum eſt.*

29. HARA AUTEM EST, IN QUA PECORA INCLUDUNTUR.] Mſ. *Horia autem eſt locus, in quo incluſa ſervantur.*

RUSTICUS, HIRCUS.] Mſ. *Myſticus hircus, haruga muſtellaria fient.* Quam tamen lectionem vitioſam arbitror; integer enim locus Plauti hic eſt in Moſtell. Act. 1. Sc. 1. verſ. 39.

Germana illuvies, ruſticus, hircus, hara ſuis.

ACT. V.

SCEN. II. 15 VORSURAM FACERE.] Seneca de Benef. lib. v. cap. 8. *Domi, quod ajunt, verſura fit, & velut luſorium nomen ſtatim tranſit.* Symmach lib. II. Epiſt. 56. *Facio quod ſolent improbi debitores, qui adhuc alieno aere depreſſi, cupiunt ſecundo nexu foenoris obligari.*

SCEN. VI. 1. FORS FORTUNA, EST.] Varro de Latino Serm. lib. v. *Dies Fortis Fortunae appellatus ab Servio Tullio rege, quod is fanum Fortis fortunae ſecundum Tiberim extra urbem Romam dedicavit, Junio menſe.*

SCEN. VII. 29. RESCRIBERE DICEBANT.] Acro in Horat. lib. II. Sat. 3. verſ. 76.

43. JUS, PRO LOCO.] Paulus J. C. l. 11. fin. ff. de juſt. & jur.

71. ALTERI ALTEROS SAUCIARE.] Ita Mſ. Al. *Alter alterum ſauciare.*

88. AD PRAETORIS SELLAM.] Val. Maxim. *Id egerunt ne aut ſellam ponere, aut jus dicere auderet.* Ulpian. l. 1. §. 5. ff. de poſtuland. *Refert etiam Labeo Publium Caecum, Aſprenatis Nonii patrem, aversa sella a Bruto deſtitutum, cum vellet poſtulare.* Horat. lib. I. Sat. 6. verſ. 96.

meis contentus, honeſtos
Faſcibus & ſellis nollem mihi ſumere.

SCEN. VIII. 8. GRAVITER UTRUMQUE.] Mſ. *Gnaviter.*

27. ΠΕΡΙΣΤΑ'ΣΕΩΣ.] Mſ. *Praeterea & alias partes adducit ad defenſionem.*

66. NIHIL FACETIUS.] Mſ. *Nihil facilius.*

Explicitum Lutetiae Pariſiorum extrema Luna Julii.
An. Xpr. CIƆ IƆ CII.

INDEX

INDEX
RERUM ET LATINITATIS
IN TERENTIUM
EJUSQUE COMMENTARIUM.

A.

A Et Ab eleganter *παρέλκει.* ut: *Tantum poteris a facundia. Heaut.* Prol. 13. *Otioſum ab animo. Phorm.* II. 2. 26. Ablativo junctum genitivi vim habet. ut: *Ea primum ab illo animadvertenda injuria eſt. And.* I. 1. 129. id eſt, injuria illius, vel, ab illo profecta.
A Parvulo. Varie expreſſum. *And.* I. 1. 8. Addend.
A Villa mercenarius. quomodo dicatur. *Adelph.* IV. 2. 2.
Abducere quem. gemino ſenſu dicitur. *Eun.* II. 3. 85. *Hec.* V. 1. 21.
Abhinc de tempore praeterito uſurpatur. *And.* I. 1. 42. Add.
Abjicere. vili pretio vendere. *Adelph.* IV. 7. 26.
Abire dicitur, quod impune fit. *And.* I. 2. 4. III. 5. 4.
Ablegantur moleſti. *Hec.* III. 3. 54.
Abligurire, quid. *Eun.* II. 2. 4.
Abrahamus in Larario Alexandri Severi. *Phorm.* II. 1. 81.
Abſente nobis. Eun. IV. 3. 7. conf. Add.
Abſque eo eſſet. Venuſta Ellipſis *τῦ Si. Phorm.* I. 4. 11.
Abſtinentia & *Continentia* qui differant. *And.* I. 1. 65. *Hec.* I. 2. 64.
Abſtinere ſe virgine. Hec. I. 2. 64.
Abſumi cura. Phorm. II. 2. 26.
Abundare amore. Phorm. I. 3. 11.
Abuti pro, conſnmere. *And.* Prol. 5.
Accidere ad genua. Hec. III. 3. 18.
Accingi quinam dicti. *Eun.* V. 9. 30.
Accipere. de re bona & mala. *Heaut.* II. 3. 96. pro invitare. *Eun.* V. 9. 52.
Actum agere. Adelph. II. 2. 24. *Phorm.* II. 3. 72.
Actum eſt. formula. *And.* III. 1. 7.
Acui quomodo homo dicatur. *Adelph.* V. 3. 49. Add.
Ad, comparationi inſervit. *Eun.* II. 3. 69. Valet *Circiter. Heaut.* I. 1. 93. Add. *Apud. Heaut.* III. 3. 43. *Phorm.* IV. 2. 8.
Adeſſe alicui dicuntur cauſarnm patroni, & Arbitri. *And.* Prol. 24.
Adfectare viam, quid. *Heaut.* II. 3. 60.
Adferre ſe. And. IV. 5. 12.
Adfinis & *Adfinitas*, quam late pateant. *And.* I. 5. 12.
Adlegare, quid. *And.* V. 3. 28.
Adoleſcens, de marito. *Hec.* II. 1. 34. IV. 1. 41.
Adparare. de coenis opiparis. *And.* III. 2. 34.
Adpellere animum. unde dicatur. *And.* Prol. 1.
Adplicare ſe ad aliquem. And. V. 4. 21.
Adportari, quae dicantur. *And.* I. 1. 46.
Adſtetrices, quae fuerint. *And.* I. 4. 1. Add.
Adveniens. ἐλθὼν pro ἐρχόμενος. *Eun.* II. 2. 3. Add.
Adventus pro Reditu. *Hec.* I. 2. 2.
Adventus virorum nunciatus uxoribus. *Hec.* III. 1. 34.
Adverbia loci pro Pronominibus relativis. *Eun.* III 5. 36. & *Adelph.* III. 3. 7. Add.
Adverſum ſtimulum calces. Vetus verbum. *Phorm.* I. 2. 28.
Advertere. Vox nautica. *Eun.* II. 3. 51.
Advocatus duplici notione ſumitur. *Eun.* II. 3. 48.
Adverſum. In bonam partem acceptum. *And.* I. 1. 15. valet coram. *And.* I. 5. 30.
Aediles Curules. apud hos privatim actae Fabulae, antequam publice. *Eun.* Prol. 22.
Aegritudo, quid. *And.* V. 5. 5. Add. & *Hec.* I. 2. 113. Add.
Aequalis, quo ſenſu. *And.* II. 6. 22.
Aequus animus quis dicatur. *And.* Prol. 24.

Digitized by Google

Aeſculapius & *Salus* junctim colebantur. *Hec.* III. 2. 3.
Aetas & *Forma* jungi ſolita. *And.* I. 1. 45. *Hec.* I. 1. 18. *Phorm.* V. 8. 35.
Aetas integra, quae. *And.* I. 1. 45.
Aetas puerilis metu & magiſtris coërcita. *And.* I. 1. 27. ejus exercitia. *And.* I. 1. 29.
Aeternum indefinite dictum. *Eun.* V. 2. 33. Add.
Ἄγειν γυναῖκα. *Phorm.* II. 1. 68.
Agere, & *Facere*, an differant. *Adelph.* V. 3. 3.
Agere facillime, quid. *Adelph.* III. 4. 56.
Agite. de conviviis & diebus feſtis. *Heaut.* IV. 4. 11.
Agnus Curie, quis. *Phorm.* II. 2. 29.
Aio & *Nego* oppoſita. *Eun.* II. 2. 21.
Ἀκρόπολις in medius Athenis. *Hec.* III. 4. 17.
Alacris, quis dicatur. *Eun.* II. 3. 12.
Alere. clam fovere. *And.* I. 5. 15.
Alere, & *Exponere*, oppoſita. *Hec.* IV. 4. 48.
Alere, *educare*, *paſcere*, differunt. *Phorm.* II. 2. 21.
Ἀλγηδόνες ὀφθαλμῶν. *Phorm.* V. 8. 64.
Alias. *And.* III. 2. 49.
Alias res agere, quid. *Eun.* II. 3. 56.
Alienare quem, duplici ſenſu dicitur. *Heaut.* V. 2. 26.
Aliquid. in re incerta. *And.* I. 5. 24.
Alterae pro *Alteri* quare dictum. *Heaut.* II. 3. 30.
Amantium diſciplina quae. *Heaut.* II. 3. 59.
Amare, & *Diligere* qui differant. *Eun.* I. 2. 16.
Amatores perfidi. *And.* III. 1. 2.
un *Ambign.* *Phorm.* II. 2. 28.
Ambire, qui proprie dicantur. *And.* II. 2. 36.
Amo te. formula. *Eun.* I. 2. 106. *Heaut.* II. 3. 119. *Phorm.* I. 2. 4.
Amor morbus. *Eun.* II. 1. 19.
Ἀμφιδρόμια, dies munerum. *Phorm.* I. 1. 13.
Amplius, de re Venerea. *And.* II. 1. 25.
Ἀνακόλουθον. *Adelph.* III. 2. 45. *Phorm.* V. 8. 59.
Ἀναλαβεῖν. *Adelph.* Prol. 14.
Ἀνταποδοτον. *And.* I. 3. 6.
ANDRIA Comoedia unde dicta *And.* Prol. 9.
Ἀνέκδοτος virgo. *Adelph.* III. 2. 48.
Anguis quale omen. *Phorm.* IV. 4. 27.
Ἀνὴρ in laude. *Adelph.* IV. 2. 25.
Animadvertere in aliquem, quid. *And.* I. 1. 129.
Animi pl. num. vel pro ſuperbia, vel pro virtute ponitur. *Hec.* III. 5. 56. & Add.
Animus aegrotus. de juvene amoribus corrupto. *And.* I. 2. 22. pro opinione. *Heaut.* IV. I. 1. Add.
- - - *communis*, quis. *Heaut.* V. 1. 39.
Animus in patinis. *Eun.* IV. 7. 46.
Annis obſitus. *Eun.* II. 2. 5.
Annona quid. *And.* IV. 4. 7. ex ejus caritate tumultus orti. *ibid.*
Annuli. pro ſymbola conviviorum regibus dati. *Eun.* III. 4. 3. Add.
- - - additi puellis alienae miſericordiae expoſitis. *Heaut.* IV. 1. 37.
Annus pro tempore longo. *Heaut.* II. 2. 11.
Ante pedes eſſe dicuntur, quae praeſto ſunt, & in proximo. *Adelph.* III. 3. 32.
Antiqua, in laude ponebantur. *Adelph.* III. 3. 88.
Antiquum obtinere. *And.* IV. 5. 22.
Aperire ſe, pro, manifeſtare mores & ingenium ſuum. *And.* IV. 1. 8.
Ἀποκηρύσσοντες abdicabant Attici. *Heaut.* V 2. 26.
Apollinis oraculum. *And.* I V. 2. 15.
Apponere alteri quid gratiae. *And.* II. 1. 31.
Ἀπροσδόκητον. *Heaut.* V. 2. 28.
Ἄπτεσθαι. in re turpi. *Eun.* II. 3. 81.
Apud forum. locutio Comica. *And.* I. 5. 19.
Apud ſe eſſe. i. e. praeſenti animo eſſe. *And.* II. 4. 5.
Aquilae ſenectus. *Heaut.* III. 2. 10.
Ara, perfugium noxiorum. *Heaut.* V. 2. 22.
Arae in Scena. *And.* IV. 3. 11.
Arceſſere. *And.* III. 3. 14.
Argentum Comicis valet numerata pecunia. *Heaut.* II. 3. 88. IV. 4. 18. Add.
Argentum commodum, quale. *Phorm.* I. 2. 2.
Arrhabo. quid. *Heaut.* III. 3. 42.
Arrigere aures. *And.* V. 4. 30.
Ars & Τέχνη, voces mediae. *And.* I. 1. 4.
Ἄρτος ἑπιούσιος quibuſdam pro diurno demenſo ſumtus. *Phorm.* I. 1. 9.
Aſinus, dictum in ſervum. *And.* II. 1. 28. Add. In ſtultum. *Heaut.* V. 1. 4. Plautus *Aſinus* dictus. *And.* I. 2. 28. Add.
Aſperum vinum. *Heaut.* III. 1. 49.
Aſportare pro *Abſportare.* *Phorm.* III. 3. 18.
Aſſerendi ritus. *Adelph.* II. 1. 40.
Aſſis ratio late valet. *Phorm.* I. 1. 9.
Ἄστυ dictae Athenae. *Eun.* V. 6. 17.
Ἀσύμβολος quis. *Phorm.* II. 2. 25.
At initiale, eum admiratione laudat. *Phorm.* II. 3. 20. uſum habet in exſecrationibus. *And.* IV. 1. 43. *Hec.* III. 5. 19.
Ater panis, quis. *Eun.* V. 4. 17. & Add.
Athenae. earum ſitus. *And.* II. 2. 19. III. 4. 27. *Eun.* II. 2. 47. *Adelph.* IV. 2. 34.
Atque. ſtatim, continuo. *Eun.* I. 1. 7.
Attica elegantia praecipua. *Eun.* V. 9. 63.
Atticarum virginum educatio quae. *Eun.* II. 3. 21. ſeqq.
Auctor quis. *And.* Prol. 19.
Audio. formula. *And.* III. 3. 20.
Aufer. formula reprehendendi. *Phorm.* I. 4. 46.
Auferre. de impunitate. *And.* III. 5. 4. *Adelph.* III. 4. 8.
Augeri. varie uſurpatur. *Heaut.* IV. 1. 15.
Avidus, *miſer*, *aridus*, differunt. *Heaut.* III. 2. 15.
Aures arrigere. *And.* V. 4. 30. Demittere. *ibid.*
Auribus tenere lupum, quid. *Phorm.* III. 2. 21.
Autem indignationi inſervit in interrogationibus. *Eun.* IV. 7. 28.
Αὐτὸς, per excellentiam dictum. *And.* II. 2. 23.
Baby-

B.

BAbylo. Variae de hoc nomine ſententiae. *Adelph*. V. 7. 17. & Add.
Beaſti ! Formula laetum nuncium accipientis. *And*. I. 1. 79. *Eun*. II. 2. 48.
Belli gloriam armis reperire. Heaut. I. 1. 60. conf. Add.
Belliſſimum unumquodque carpere. Adelph. IV. 2. 51.
Bellua, proprie de Elephanto. *Eun*. III. 1. 25. Convicium in hominem. *Phorm*. IV. 2. 11.
Bene facis. Formula gratias agendi. *Eun*. I. 2. 106.
Bene ſit tibi. Formula valedicendi. *Phorm*. I. 2. 101.
Bolus. *Heaut*. IV. 2. 6.
Bona fide. formula. *Heaut*. IV. 5. 13.
Bona verba, quaeſo. *And*. I. 2. 33.
Bonus Vir, & *Bonus Homo*, qui differant. *And*. V. 4. 12.
ΒΩΜΟΛΟΧΟΣ quis. *Eun*. III. 2. 38.

C.

CAdaveroſa facies, quae. *Hec*. III. 4. 27.
Cadere res unde dicatur. *And*. I. 5. 29.
Caecilius Statius. Varium de eo judicium. *Hec*. Alt. Prol. 6.
Caedere ſermones, quid. *Heaut*. II. 3. 1.
Calamitas quid, & unde dicta. *Eun*. I. 1. 34.
Calces adverſum ſtimulum. *Phorm*. I. 2. 28.
Calcibus inſultabant excluſi fores amantes. *Eun*. II. 2. 54.
Calidum conſilium, quid. *Eun*. II. 3. 88.
Calliopius quis, & quando vixerit. *And*. V. 6. 17.
Canes ad venandum. *And*. I. 1. 30.
Canis. convicium in impudicum. *Eun*. IV. 7. 33.
Canis ater, ominoſus. *Phorm*. IV. 4. 26.
Capere. proprie de reditibus. *Eun*. I. 1. 35.
Capi dictae Virgines Veſtales. *Hec*. IV. 1. 22.
Capillus paſſus in luctu. *Heaut*. II. 3. 49.
Capio. vario ſignificatu dicitur. *Hec*. I. 1. 16.
Captus eſt ! *Habet* ! Formula a feris & gladiatoribus tranſlata. *And*. I. 1. 55.
Caput demulcere. *Heaut*. IV. 5. 14.
Caria. *Eun*. I. 2. 46. *In Care periculum*, quid. *ibid*. Add.
Caſa. *Fugere praeter caſam*. *Phorm*. V. 2. 3.
Caudex. convicium in ſtultum. *Heaut*. V. 1. 4.
Cauſa. praetextus. *And*. I. 3. 8. *Hec*. I. 2. 5. *Phorm*. I. 1. 16.
Cauſa optima. Εὐφημισμός. *And*. V. 4. 46.
Cellulae ſervorum. *Eun*. II. 3. 18.
Celtae arrogantes dicti Alexandro Magno. *Heaut*. IV. 3. 41.
Cervus a canibus agitatus hominum auxilium implorat. *Phorm*. Prol. 8.
Cetarii qui. *Eun*. II. 2. 26.
Χαῖρε, quo ſenſu dictum. *And*. IV. 2. 13.
CHRISTI effigies in Larario Alexandri Severi. *Phorm*. II. 1. 81.
Chriſtiani laudati a fide in reddendo depoſito. *Phorm*. I. 2. 6.
Χύτρα, genus oſculi. *Heaut*. II. 4. 27.
Cicatrices oſtentantur. *Eun*. III. 2. 29.
Civem virgis caedi nefas. *Adelph*. II. 1. 28.
Coena dubia quae. *Phorm*. II. 2. 28. *Ebria*. *ibid*.
Cogito. in fine ſententiae. *And*. II. 2. 21.
Cognati tuebantur orbas & viduas. *And*. I. 1. 44.
Colaphum infringere, an Latine dicatur. *Adelph*. II. 1. 46.
COLAX Comoedia Menandri a Naevio & Plauto in Latinum ſermonem verſa, ignaro Terentio. *Eun*. Prol. 33.
Collectae quid. *And*. I. 1. 61.
Comiſſatio. quid. *Eun*. III. 1. 52.
Comites ſequi quem dicuntur. *Eun*. II. 3. 54. *Hec*. Alt. Prol. 27.
Commodus cognataeque voces varie ſumuntur. *And*. III. 3. 37. Add.
COMMORIANTES Fabula. *Adelph*. Prol. 7.
Commovere, quid proprie. *And*. II. 6. 25.
Commutare verba, quo ſenſu dicatur. *And*. II. 4. 7.
Comparativus Comicus. *And*. IV. 2. 15.
Conclamatum eſt. formula. *Eun*. II. 3. 56.
Conciliare, pro emere. *Eun*. IV. 4. 2.
Conditio varie ſumitur. *And*. I. 1. 52. *Phorm*. IV. 1. 13.
Confeſſio impudicorum ſupplicii loco. *And*. V. 3. 32.
Conflictari quo ſenſu dicatur. *And*. I. 1. 66.
Confore. qualis vox. *And*. I. 140.
Conglutinare, quid. *And*. V. 4. 10.
Conjicere ſe aliquo, eſt magno cum impetu abire. *Heaut*. II. 3. 36.
Conſequi matrem dicitur infans. *Hec*. IV. 4. 27.
Conſuetudo, ſenſu turpi. *And*. I. 5. 44.
Conſumere quid. *And*. I. 1. 133.
Contaminare fabulas, quid notet Terentio. *And*. Prol 16.
Continentia & *Abſtinentia* qui differant. *And*. I. 1. 65. *Hec*. I. 2. 64.
Convaſare verbum caſtrenſe. *Phorm*. I. 4. 13.
Convenire. de fortuito occurſu. *And*. II. 2. 31.
Coqui conducti ad nuptias. *And*. II. 2. 23. *Eun*. II. 2. 26.
Conviviorum oblectamenta. *Eun*. III. 1. 52.
Convivium quid. *Hec*. I. 2. 18. Tempeſtivum. *Adelph*. V. 9. 8. Athenis quandoque ſub dio & in ſole inſtructum. *Adelph*. IV. 2. 46.
Corinthus meretricibus infamis. *Hec*. I. 2. 11.
Corpus pro Carne. *Eun*. II. 3. 26.

Corrumpi dicuntur adoleſcens & mulier. *And.* II. 3. 22.
Credo abſolute poſitum. *And.* II. 1. 13.
Crucem meruiſſe ſe dicebant noxii. *And.* III. 5. 15.
Cruces dictae meretrices. *Eun.* II. 3. 91.
Cum inſervit cauſae. *And.* II. 1. 17.
Cum maxime. Heaut. IV. 5. 40. *Adelph.* IV. 1. 2.
Cupedinarii, qui. *Eun.* II. 2. 25.
Cupido accuſatus in amore diſpari. *Eun.* I. 2. 11.
Cura, qua notione veniat. *Phorm.* II. 4. 1. Add.
Curare verbum culinae proprium. *And.* I. 1. 3.
Curare funus, quid. *And.* I. 1. 81.
Curatura. Eun. II. 3. 24.
Curialis vernula, quis. *Phorm.* V. 6. 10. & Add.
Currens ſervus in Comoediis. *Eun.* Prol. 36.

D.

D*Abhar* (דבר) Hebraeorum & Verbum & Rem notat. *And.* IV. 4. 8.
Δαδοῦχοι. Adelph. V. 7. 2.
Damnoſus quis. *Heaut.* V. 4. 11.
Danaës Fabula. *Eun.* III. 5. 37. Add.
Dare Fabulam dicitur Poëta. *Hec.* Prol. 1. *Dare* pro dicere. *Heaut.* Prol. 10. *Phorm.* V. 6. 37. *Dare bibere. And.* III. 2. 4.
Darius tertius Perſarum rex Menandri aetate regnat. *Eun.* III. 1. 7.
Datum, ſimpliciter pro eo, quod a natura conceſſum eſt. *Eun.* III. 1. 5.
Davus, ἄφρων, ἄπειρος. *And.* I. 2. 23.
Decemvirorum Lex de Nexis alendis. Phorm. II. 2. 21.
Decrepitus unde dictus. *Eun.* II. 1. 25.
Dedere ſe, qui proprie dicantur. *And.* I. 1. 36.
Defatigatus & *Feſſus*, qui differant. *Adelph.* IV. 1. 3. Add.
Defenſor, quis. *And.* IV. 5. 18.
Defuncti & *Defungi* qui dicantur. *Eun.* Prol. 15.
De integro. And. Prol. 26.
Delirare, quid. *And.* IV. 4. 13.
Demenſum, quid. *Phorm.* I. 1. 9.
Demiſſi humeri. Eun. II. 3. 22.
Demittere aures. And. V. 4. 30.
Demulcere alicui caput. Heaut. IV. 5. 14.
Demum, in judicii tarditate adhibitum. *And.* V. 3. 11.
Denarius. drachma. ſchellingus. *And.* II. 6. 20.
Deſcribere. diſtribuere. *Eun.* Prol. 7.
Denique quid ſit, & quando adhibeatur. *And.* I. 1. 120. *Heaut.* I. 1. 17.
Deos ſalutabant peregre venientes, antequam uxores aut amicos convenirent. *Phorm.* II. 1. 81.
Deperire aliquam, quo modo dicatur. *Heaut.* III. 2. 14. Add.
Deferere dicuntur patroni clientes. *And.* I. 5. 35.
Desine. formula in re jam explorata. *Phorm.* I. 2. 1.
Deſpondere, proprie quid. *And.* I. 1. 75.
Devoti. Adelph. Prol. 7.
Deus dictus, qui ſummis beneficiis bearet alterum. *Phorm.* I. 2. 24.
Dextra ſedes fidei. *And.* I. 5. 54.
Dicare, verbum ſacrum. *Phorm.* I. 2. 12.
Dic mihi. qualis formula. *And.* IV. 1. 44.
Dicere Πολύσημον. conſtituere. *And.* I. 1. 75. *Heaut.* V. 1. 64. ſevere denunciare. *And.* I. 2. 33. *Eun.* II. 3. 87. Nutu ſignificare. *Eun.* IV. 5. 10.
Dictio teſtimonii non eſt ſervo homini. *Phorm.* II. 1. 63.
Dictum ac factum. And. II. 3. 7. *Heaut.* IV. 5. 12.
Differre, quid. *And.* II. 4. 5.
Difficilis homo, quis. *Heaut.* III. 2. 24. Add.
Dii nos reſpiciunt. formula. *Phorm.* V. 3. 34.
Diſcidium & *Diſſidium* qui differant. *And.* IV. 2. 14.
Diſcere Hiſtriones dicuntur. *Hec.* Alt. Prol. 6.
Diſceſſus e domo & patria gravis. Hec. IV. 2. 16.
Diſciplina amantium quae. *Heaut.* II. 3. 59.
Diſputare, & *Diſputatio* quid notent. *And.* Prol. 15.
Dividere temporibus rem, unde dictum. *And.* III. 1. 18.
Divinus, & *Divinare*, quid. *Hec.* IV. 4. 74.
Divortii formula. *Hec.* II. 1. 25.
Divortium, & *Repudium*, qui differant. *Phorm.* IV. 3. 72. Add.
Dixi, vel aſſeverat rem jam dictam. *Heaut.* III. 1. 23. vel eſt formula finitae jam orationis. *Phorm.* II. 4. 12. vel interminationi inſervit. *Phorm.* II. 3. 90. & 92.
Docere Poëtarum eſt. *Hec.* Alt. Prol. 6.
Dolium, quid. *Heaut.* III. 1. 51.
Domina mariti quae. *Hec.* II. 2. 8.
Dolores, ὠδῖνες. *And.* I. 5. 33.
Domus, *uxor*. *And.* V. 3. 20. Add.
Donum, & *Praemium* promiſcue ſumuntur. *Eun.* V. 9. 27. Add.
Dos proprie dicitur. *Heaut.* V. 5. 4. Omnia quae commendant, Dotis nomine veniunt. *Adelph.* III. 2. 47. ejus ratio in matrimonio habita. *Phorm.* I. 2. 70. quando renumerata. *Hec.* III. 5. 52. Dos prima & ſecunda. *Adelph.* III. 2. 47. Dos in fronte. *ibid.*
Dormire. de concubitu. *Eun.* II. 3. 76.
Dormire in utramvis aurem. Heaut. II. 3. 101.
Drachma quid & quando adhibita. *And.* II. 6. 20.
Dubia coena. Phorm. II. 2. 28.
Dubii aegroti. *And.* II. 2. 10.
Duci dicitur ſimplex & incautus. *And.* I. 2. 9.

E.

E *Flamma cibum petere*, unde dictum. *Eun.* III. 2. 38.

Ea.

Digitized by Google

Ea lege. locutio a JCtis petita. *And.* I. 2. 29.
Eadem. ſimul, una. *Heaut.* II. 3. 127.
Ecaſtor, quomodo dicatur. *And.* III. 2. 6. Add.
Ecquid beo te? formula laetum nuncium adferentis. *Eun.* II. 2. 48.
Edicere, quid. *And.* I. 2. 33. III. 2. 15.
Educare, *alere*, *paſcere*, differunt. *Phorm.* II. 2. 21.
Educatio virginum vitioſa Athenis. *Eun.* II. 3. 21. ſeqq.
Efferendi funeris ratio & tempus. *And.* I. 1. 90.
Efficere, quid. *Heaut.* II. 3. 81.
Effundere. largiter dare, conſumere. *Adelph.* V. 9. 34. Add.
Egens amplius, quam *pauper*. *And.* V. 4. 21.
Ejectus. de naufrago. *And.* I. 3. 18.
Ejici etiam claſſis dicitur. *ibid.*
Elegans, quis. *Eun.* III. 5. 18. *Heaut.* V. 5. 19.
Ἐλεφαντάγωγοι. *Eun.* III. 1. 23.
Elephanti Indici. *ibid.* Elephanti dociles. *ibid.*
Ἐλεφαντισταί. *ibid.*
Ellipſis alterius verbi. *And.* III. 5. 18. Indignationi apta. *And.* IV. 3. 11. Attica. *Adelph.* II. 4. 6. conf. Add.
Ἐμβροχή. *Phorm.* II. 2. 4.
Emergere, & *Emergere ſe*. *And.* III. 3. 30.
Emitti manu. pro, Libertate donari. *Phorm.* V. 5. 2.
Emeriri etiam extra Comoediam uſitatum. *Eun.* III. 1. 42.
En unquam. pro, Unquamne. *εἴποτε*. *Phorm.* II. 2. 15.
Ἓν διὰ δυοῖν. *Hec.* III. 3. 44.
Ἐν χερσὶν τι ἔχειν. *Hec.* III. 5. 43.
Enim conjunctio praepoſitiva. *Hec.* II. 1. 41. conf. Add. *παρέλκει*. *Adelph.* IV. 5. 22. valet *Enimvero*. *And.* V. 1. 4. *Phorm.* III. 3. 22.
Ephebi qui. *And.* I. 1. 24.
Eradicare, quid. *And.* IV. 4. 22.
Ἐρανοί, quid. *And.* I. 1. 61.
Eris melius. formula. *Adelph.* II. 1. 26.
Eſt pro licet. ſic Gr. *ἐστὶ* pro *ἔξεστι*. *Heaut.* I. 2. 18. conf. Add.
Etiam atque etiam. *Eun.* I. 1. 11.
Et quidem. formula mirantis. *Heaut.* III. 3. 45.
Etſi, ſequente *ſed*. *Hec.* II. 2. 5.
Ex ſententia. *Ex animi ſententia*. *de ſententia*. qui differant. *Heaut.* IV. 3. 5.
Exacta aetas & *Exigere vitam*, quid. *Adelph.* V. 4. 16. & *Heaut.* II. 3. 39.
Exanimatus, & *Exanimus* qui differant. *And.* I. 4. 7.
Exanimatus curſu. *Hec.* V. 3. 27.
Excludi amantes dicti. *And.* II. 3. 12.
Exedere aliquem. *Heaut.* III. 1. 53.
Expedire. quid. *And.* III. 5. 11.
Expeditio, quid. *ibid.*
Expergiſci, quo ſenſu. *Adelph.* IV. 4. 21.
Experiri, de judicio, *Adelph.* III. 2. 52.
Expetere, quid. *Heaut.* II. 4. 3.
Exponendi ritus. *And.* IV. 4. 30.
Expoſtulare, quid. *And.* IV. 1. 15.
Exprobratio beneficii ingrata. *And.* I. 1. 17.
Exſequias ire alicui. *Phorm.* V. 8. 37. & ſimpliciter, *ire*. *And.* I. 1. 90.
Exſpectatus pater. *Adelph.* I. 2. 29.
Extemplo. unde dictum. *And.* III. 2. 38.
Extinguere. duplici ſenſu. *Phorm.* I. 2. 58.
Extrarius, pro non domeſtico. *Phorm.* IV. 1. 13.
Εὐαγγέλια. *And.* II. 5. 20.
Evomere iram. *Adelph.* III. 2. 14.
Εὐφημισμός. *Heaut.* III. 3. 10.
Ἔχω σε. qualis formula. *Heaut.* II. 4. 27.

F.

FAba iſtaec in me cudetur. Proverb. explicitum. *Eun.* II. 3. 89.
Faber cadit, cum ferias fullonem. proverb. *Heaut.* V. 2. 21. Add.
Fabula, quid proprie. *And.* Prol. 3. *dari* proprie dicitur. *Hec.* Prol. 1. pro negotio. *And.* IV. 4. 8.
Fabulae! formula ſpernentis dicta alterius. *And.* I. 3. 19. *Phorm.* III. 2. 7.
Fabulas plures ſcripſit Terentius ante Andriam. *And.* Prol. 5.
Fabricam ad aliquem fingere. *Heaut.* III. 2. 34.
Facillime agere, quid. *Adelph.* III. 4. 56.
Facta, tranſacta omnia. formula a JCtis deſumta. *And.* I. 5. 13.
Familia, quid. *Heaut.* IV. 5. 3. ejus ratio habita in matrimonio. *Phorm.* I. 2. 70.
Familiariter ferre mortem alicujus, quid. *And.* I. 1. 84.
Fartores qui. *Eun.* II. 2. 26.
Felicitatis ſummae expreſſio. *And.* V. 5. 4.
Feneſtra, quid. *Heaut.* III. 1. 72.
Feriri munere, quo ſenſu dicatur. *Phorm.* I. 1. 13.
Ferre bonum & malum. *And.* V. 4. 18.
Feſſus & *Defatigatus*, qui differant. *Adelph.* IV. 1. 3. Add.
Feſti dies in votis apud veteres. *Hec.* IV. 2. 16.
Fidem habere & *adhibere*, differunt. *And.* III. 4. 7.
Fides quando implorata. *And.* I. 5. 2. pro *ἀξιοπιστία*. *And.* V. 2. 16.
Filiae emtae a procis. *Heaut.* IV. 7. 11.
Firmare fidem, quid. *And.* III. 1. 4.
Flabella ventulo faciendo unde facta. *Eun.* III. 5. 50.
Flagitare, apud JCtos, quid. *Eun.* II. 3. 90.
Flagitium unde dictum, & quid. *ibid.* differt a peccato. *Adelph.* I. 2. 21.
Fleri in funere a quibus ſolitum. *And.* I. 1. 102.
Flocciſacere, contemnere, &, non contemnere. *Eun.* II. 3. 11.

Flos aetatis. *Eun*. II. 3. 26.
Follis adhibitus condendis nummis. *Phorm*. I. 2. 6.
Fores aperiendi ratio. *And*. IV. 1. 50.
Fori frequens mentio apud Comicos. *And*. I. 3. 21.
Forma, & *aetas* jungi ſolita. *And*. I. 1. 45.
Formula divortii. *Hec*. II. 1. 25.
Foro uti qui proprie dicantur. *Phorm*. I. 2. 29.
Fors fortuna quomodo dicatur. *Hec*. III. 3. 26. *Phorm*. V. 6. 1.
Fraus pro damno, & malo. *And*. V. 4. 8. pro damnoſo. *Heaut*. V. 4. 10.
Frequens de milite proprie dictum. *And*. I. 1. 80. & Add.
Frigere. *Eun*. II. 2. 37.
Fructus vocabulum quam late pateat. *Phorm*. IV. 3. 75.
Funambuli appellatio unde orta. *Hec*. Prol. 4.
Fundus, de amatore. *Eun*. I. 1. 34.
Funirepus idem qui *Funambulus*. *Hec*. Prol. 4.
Fuſilis unde dictus. *And*. III. 5. 3.

G.

Gallina canens, quale omen. *Phorm*. IV. 4. 28.
Γάμους ποιεῖν. *And*. III. 2. 41.
Ganeo, quis. *Heaut*. V. 4. 11.
Γὰρ, tranſeundi particula. *And*. I. 5. 17. *Hec*. II. 2. 31.
Garrire aves dicuntur. *Phorm*. III. 2. 11.
Gaudium ſolidum. *And*. IV. 1. 23.
Γελωτοποιοὶ, qui. *Eun*. II. 2. 13.
Genium defrudare quomodo dicatur. *Phorm*. I. 1. 10. & Add.
Genius unus an bini ſingulis hominibus dati? *Phorm*. I. 2. 24.
Gentium. adverbiis junctum. *Hec*. III. 1. 13.
Genua miſericordiae ſedes. *Hec*. III. 3. 18.
Gloria proprie bello paritur. *Heaut*. I. 1. 60. Add.
Glycerium unde dicta. *And*. I. 1. 107.
Gnavus & *Gnaviter* unde dicantur. *Eun*. I. 1. 6.
Gratia. vox media, in bonam & malam partem uſurpata. *Phorm*. IV. 3. 16.
Gravis. *Heaut*. IV. 1. 32.
Γρὺ, ſonus porcorum. *And*. III. 2. 25.
Gynaeceum, quid. *Phorm*. V. 6. 22.

H.

Habeat, *valeat*, *vivat*! formula. *And*. V. 3. 18.
Habere aliquem, quo ſenſu dicatur. *Phorm*. IV. 1. 21.
Habere ſe bene vel male. locutio medica. *And*. II. 3. 4.
Habere mulierem. *And*. I. 1. 58.
Habere, proprie de matrimonio. *And*. V. 3. 18. Add. pro intelligere. *Eun*. III. 1. 11. *Hec*. I. 2. 119.
Habes! qualis formula. *And*. I. 1. 56.
Habitior. de virgine. *Eun*. II 3. 23. & Add.
Habitudo corporis idem quod *Habitus*. *Eun*. II. 2. 11.
Habui. verbum infauſtum. *Heaut*. I. 1. 42. Add.
Haerere quomodo quis dicatur. *Eun*. V. 2. 9. Add.
Haruſpex unde dictus. *Phorm* IV. 4. 29.
Haud ſcio, *an*. quid valeat. *And*. III. 2. 45.
Heluo quis. *Heaut* V. 4. 10.
Herciſcere familiam. *Heaut*. V. 1. 36.
Herculis & Omphalae Hiſtoria. *Eun*. V. 8. 3. & 4.
Hereditas quomodo *redire* ad aliquem dicatur. *And*. IV. 5. 4.
Herus orans maxima neceſſitas. *And*. I. 2. 19.
Hic. de hero non audiente. *And*. II. 6. 1. Δεικτικῶς de eo qui loquitur. *And*. II. 1. 10.
Hic homo. δεικτικῶς de eo, qui ſemet indigitat. *Heaut*. II. 3. 115.
Hic viciniae. *Phorm*. I. 2. 45.
Hinc illae lacrimae! quaſi proverbium in re triſti. *And*. I. 1. 99.
Hiſtriones quandoque emerunt Comoedias. *Hec*. Alt. Prol. 49.
Hoc. de coelo. *Heaut*. III. 1. 1.
Hoc age. formula. *And*. I. 2. 15.
Hoc quid ſit? quo ſenſu dicatur. *And*. I. 2. 20.
Hoc vide! formula. *Heaut*. II. 3. 74.
Hodie, comminationi inſervit. *And*. I. 2. 25. Idem valet, quod *cito*. *And*. I. 5. 19. *jam jam*. *Eun*. III. 2. 10.
Homo. per contemtum. *Eun*. II. 2. 8. per commiſerationem. *Eun*. II. 2. 30.
Honeſta oratio, quae. *And*. I. 1. 114.
Honeſtus. pulcher, decorus. *And*. I. 1. 96.
Horrere & *Horror*, quid. *Eun*. I. 2. 4.
Huc viciniae. *And*. I. 1. 43.
Humane, *Humaniter* & *Humanitus*, an differant. *Heaut*. I. 1. 47.
Humanitas erga defunctos. *And*. I. 1. 86.
Humeri demiſſi in puellis. *Eun*. II. 3. 22.
Hymenaeum canere. *Adelph*. V. 7. 7.

I.

Jam dudum. ſatis ſuperque. *And*. V. 4. 45.
Jam nunc. *And*. I. 1. 144.
Janitzari. *Adelph*. Prol. 7.
Ἰδιωτισμὸς notabilis. *Phorm*. IV. 2. 1.
Idoneus pro digno. *And*. III. 2. 12.
Ignis, de amantibus. *Eun*. I. 2. 5.
Ilicet, formula. *Eun*. II. 3. 55.
Iligni pedes. *Adelph*. IV. 2. 46.
Immutatus, pro immutabili. *And*. I. 5. 7.
Impedire. quid. *And*. III. 5. 11.
Imperare, medicorum eſt, & aegrotorum. *And*. III. 2. 4.

Impe-

Imperare ſibi. Eun. II. 2. 21.
Importunus, unde dictus. *And.* I. 4. 4.
Impotens animus, quis. *And.* V. 3. 8.
Impraeſentiarum. Heaut. V. 2. 9.
In, antiquis promiſcue accuſativo & ablativo jungebatur, ſeu quies, ſeu motus notaretur. *Eun.* II. 2. 29.
In manum dare. In manum venire. In manu eſſe, quid. *And.* I. 5. 62.
In commune, quid. *And.* III. 3. 16.
In medio ponere, vel, *relinquere*, quomodo dicatur. *Phorm.* Prol. 17.
In loco, h. e. opportuno tempore. *Heaut.* III. 2. 26.
In diem, quid. *Eun.* V. 7. 19.
In portu navigo. Proverb. *And.* III. 1. 22.
Inceptum. de re majori. *And.* I. 5. 1.
Incipiundi verbum πλεονάζει. *And.* III. 2. 13.
Incola pro domo. *And.* I. 3. 21. Add.
Incommoditas, de divortio. *And.* III. 3. 35.
Indicente me, quo ſenſu dicatur. *Adelph.* III. 4. 62.
Induciae, unde dictae. *Eun.* I. 1. 15. Add.
Infamia amantibus vitata. *And.* II. 6. 13.
Infinitivi uſus in admiratione & indignatione. *And.* I. 5. 18. ſequente indicativo. *Adelph.* I. 1. 21. Add.
Ingenium, quid. *And.* I. 1. 50. & I. 5. 40. Add.
Ingerere mala. And. IV. 1. 16.
Inimicis imprecabantur veteres, quae ipſi averſabantur. *Heaut.* V. 3. 13.
Initiandi ritus qualis. *Phorm.* I. 1. 15.
Injuria, pro ſtupro. *And.* III. 2. 8.
Inlicere, quid. *And.* V. 4. 8.
Inludere vitam, quid. *And.* V. 1. 3.
Inquam, quando recte adhibeatur. *And.* V. 2. 21.
Inſanire, pro debacchari. *Phorm.* IV. 3. 37.
Inſanus & *ſtultus*, ut differant. *Eun.* II. 2. 23.
Inſcribere aedes, quid. *Heaut.* I. 1. 92.
Inſcriptus, pro accuſato. *Phorm.* I. 2. 77.
Inſolens, quid. *And.* V. 4. 4.
Inſomnia, ἀϋπνία. *Eun.* II. 1. 13.
Intendere fallacias. Heaut. III. 2. 2.
Intercedere, quid. *And.* V. 5. 5.
Intercipere, quid. *Eun.* I. 1. 35.
Interea fiet aliquid. formula. *And.* II. 1. 14.
Intertrimentum, quid. *Heaut.* III. 1. 39.
Intervenire, proprie quid. *Heaut.* II. 3. 40.
Intrita, qualis cibus. *Phorm.* II. 2. 4.
Invenire, de matrimonio. *And.* III. 3. 39.
Invenuſti, qui & unde dicti. *And.* I. 5. 10.
Inverſa verba, quae. *Heaut.* II. 3. 131.
Invitare & *vocare*, qui differant. *And.* II. 6. 22.
Ipſus. per excellentiam. *And.* II. 2. 23.
Ita, pro, adeo. *Hec.* Prol. 4.
Ita ut ſis. formulae ſpecies. *And.* I. 1. 53.
Iter pergere. Hec. I. 2. 119. Add.
Judicium bis de eadem cauſa adipiſci non licebat Athenis. *Phorm.* II. 3, 57.
Judicum iniquitas tangitur. *And.* IV. 5. 17.
Juffrouw Belgis dicitur de nupta. *Hec.* II. 1. 34.
Juncea virgo. *Eun.* II. 3. 24.
Juno Lucina invocata a parturientibus. *And.* III. 1. 15. *Adelph.* III. 4. 41.
Jusjurandum ultro oblatum magnam vim habuit. *Hec.* V. 1. 23. ſeq.

K.

KΕιμάλια, quando miſſa puerperis & obſtetricibus. *Phorm.* I. 1. 13.
Κόπρειος ἀνήρ. *Phorm.* III. 2. 41.
Κρυφοδῆκται. qui. *Eun.* III. 1. 21.
Κυφωνισμὸς, ſupplicii genus. *And.* V. 2. 23.
Κνιϲοϲιδεῖπνοι, qui. *Heaut.* I. 1. 120. Add.
Κῶμος, Deus nocturnorum tripudiorum praeſes. *Eun.* III. 1. 52.

L.

L*Abaſcere*, quid. *Eun.* I. 2. 98.
Labia fem. gen. dicta. *Eun.* II. 3. 44. Add.
Labor & *dolor. And.* V. 1. 12.
Laborem capere, qui dicatur. *And.* IV. 3. 5.
Λαθροδῆκται, quinam. *Eun.* III. 1. 21.
Lana ac tela. Exercitia muliebria. *And.* I. 1. 48.
Lapis, quis dictus. *Heaut.* IV. 7. 3.
Lararium Alexandri Severi. *Phorm.* II. 1. 81.
Lares Viales a peregre ituris invocati. *ibid.*
Laterem lavare. Phorm. I. 4. 9. & Add.
Latus tectum. Heaut. IV. 2. 5.
Lepus tute es, & pulpamentum quaeris, quo ſenſu dicatur. *Eun.* III. 1. 36.
Lesbia vina in honore. *And.* I. 4. 1.
Lex XII. Tabb. explicita. *And.* I. 1. 101. *Phorm.* I. 1. 9. II. 1. 63. II. 2. 11. *Attica* cavit de matrimonio proximi. *And.* I. 5. 40. Statuit poenam in violatores virginitatis. *And.* IV. 4. 41. *Lex Fabia. Adelph.* II. 1. 39.
Lex ſumtuaria. And. II. 6. 20. *Vicennaria. Phorm.* II. 1. 72.
Liberalis forma, quae. *And.* I. 1. 96.
Liberaliter ſervire, quid. *And.* I. 1. 11.
Liberi ſequuntur patrem. Hec. IV. 4. 16.
Liberi. de filio filiave. *Hec.* II. 1. 15.
Liberius vivere, quid. *And.* I. 1. 25.
Libertatis donandae ritus. *Adelph.* V. 9. 13.
Liberti ingrati in ſervitutem retracti. *And.* I. 1. 13.
Libido pro arbitrio, & voluntate. *Heaut.* II. 1. 4. Add. *Hec.* II. 2. 3.
Liquido jurare, quid. *And.* IV. 3. 14.
Literae, pro Arithmetica, & ſtudiis humanitatis. *Eun.* III. 2. 23.
Lites ſequi, qui dicatur. *And.* IV. 5. 16.

Locus

Locus & *ordo* an, & quomodo differant. *Eun.* II. 2. 3. *Locus* pro ſtatu. *Heaut.* II. 3. 118. Add.
Logi. fabulae. *Phorm.* III. 2. 8. & Add.
Longinquum, de loco, tempore, & ſtatura. *Hec.* IV. 2. 20.
Lubida, vocabulum μίσον. *And.* II. 1. 8.
Ludere. vox impudica. *Eun.* II. 3. 81. de piſcibus uſurpatur. *Adelph.* III. 3. 23.
Ludibrio habere, quid. *Hec.* I. 2. 74.
Ludum habere dicti Laniſtae. *Hec.* II. 1. 7.
Ludos reddere cui, quid. *And.* III. 1. 21.
Ludus, militare vocabulum. *Phorm.* II. 2. 33. quid proprie. *Hec.* II. 1. 6. *Phorm.* I. 2. 36.
Ludus & jocus, pro re levi. *Eun.* II. 3. 8.
Lugubria. veſtis lugubris. *Heaut.* II. 3. 45.
Lupo ovem committere. Proverb. *Eun.* V. 1. 16.
Lupum tenere auribus, quid. *Phorm.* III. 2. 21.

M.

Macedo foenerator nomen dedit SCto Macedoniano. *Phorm.* II. 1. 72.
Macellum, qualis locus. *Eun.* II. 2. 24.
Macerare, quid. *And.* IV. 2. 2.
Maceria, quid. *Adelph.* V. 7. 10. Add.
Magis comparativo inſervit. *And.* IV. 2. 15.
Magiſter. conſilii auctor. *And.* I. 2. 21. *Magiſter pecoris.* *Eun.* III. 1. 23. *Magiſtri* auctionum praeſides. *Hec.* II. 1. 7.
Magiſtratus de hominibus ſingulis. *Eun.* Prol. 22.
Magnificare, quid. *Hec.* II. 2. 18.
Mala res muliebris, quae. *Heaut.* II. 3. 48.
Malitia, quid. *Heaut.* IV. 5. 48.
Mancipiorum duplex genus. *And.* II. 6. 26. *Eun.* II. 2. 43.
Mane. formula. *And.* IV. 1. 34.
Manibus pedibuſque. *And.* I. 1. 134.
Manipulus quid & unde dictus. *Eun.* IV. 7. 6.
Manumittendi ritus. *Phorm.* V. 5. 2. & Add.
Maritus dominus dotis. *And* I. 5. 6.
Matrimonium. In eo contrahendo ſumma libertas. *And.* I. 5. 4. quid in eo ſpectarint veteres. *Phorm.* I. 2. 70.
Matronarum varia apud Graecos & Romanos ratio. *Heaut.* V. 4. 19.
Meditari, quid proprie. *And.* II. 4. 3.
Medium. *In medio eſſe*, eſt in celebritate verſari, praeſentem eſſe. *Adelph.* III. 4. 33. *De medio excedere*, e conſpectu diſcedere. *Hec.* IV. 3. 14
Memini, jungitur infinitivo praeſenti. *And.* II. 5. 18.
Memor & *gratus* junguntur. *Adelph.* II. 2. 43. & Add.
Mendicus, pro ſycophanta. *And.* IV. 5. 21.
Mens & *animus* an differant. *And.* I. 1. 137.
Menſa, unde facta. *Adelph.* IV. 2. 46.
Menſes, quomodo computati. *Adelph.* III. 4. 27.
Meretrices procaces in amatores. *Eun.* I. 1. 24.
Meridies prandio vel quieti dari ſolitus. *Adelph.* V. 3. 62. Add.
Merito te amo. formula gratias agendi. *Eun.* I. 2. 106.
Metus turbat mentem & membra. *And.* I. 5. 16. Add.
Meus. mihi favens. *And.* V. 6. 12.
Mihi. πυρίλλει. *And.* II. 3. 1. *Eun.* II. 2. 53.
Μίμησις. *Eun.* I. 2. 75. *Phorm.* IV. 3. 38.
Mina, quid. *Eun.* I. 2. 89.
Minuere. Mutare. *And.* II. 3. 18. *Hec.* IV. 1. 10.
Mirum ni. Comicum. *And.* III. 4. 19.
Μῖσος, pro odioſo. *And.* V. 4. 37.
Modus vitae. *And.* I. 1. 68.
Momentum, quid. *And.* I. 5. 31.
Moneo, comminandi vim habet. *And.* Prol. 22.
Monitor, quis & unde dictus. *Phorm.* II. 1. 4. & Add.
Monſtrum. de homine, quo ſenſu. *And.* I. 5. 15.
Montes auri, pro ſummis divitiis. *Phorm.* I. 2. 18. & Add.
Monumenta varia. *Eun.* Prol. 13. *Theſauri* in iis conditi cum cadaveribus. *ibid.* & Add.
Moriendi & *Mortis* mentio olim male ominata. *And.* IV. 5. 4. Add.
Morigera & *Morigerari*, quando mulier dicatur. *And.* I. 5. 59.
Μωρόσοφος. *Heaut.* II. 3. 82.
Mors an lugenda. *And.* I. 1. 82.
Movere, quid. *And.* V. 4. 18.
Mulieres temulentae. *And.* I. 4. 2. Romanorum abſtemiae. *ibid.* Mulieres in funus prodibant Athenis. *And.* I. 1. 90. Graecae non verſabantur in celebritate. *And.* I. 5. 15. Qua lege ſpectarint ludos. *Hec.* Alt. Prol. 27.
Multi, pro Malis. *Eun.* Prol. 2.
Munera mittendi ritus ad aulam Turcicam. *Phorm.* I. 1. 15.
Munera Quaeſtoria. *Hec.* Alt. Prol. 32. Add.
Muſſo & *Muſſite.* *Adelph.* II. 1. 53.
Mutuum repetere invidioſum. *Phorm.* I. 2. 6.
Mῦ, ſonus canum. inde *Muſire.* *And.* III. 2. 25.
Mycon, inſula in Cycladibus. *Hec.* III. 4. 19.

N.

Ngang (נגע) Tetigit, in re turpi, *Eun.* II. 3. 81.
Nam, particula tranſeundi. *And.* I. 1. 24. I. 5. 17.
Nanciſci, de bono & malo. *And.* V. 6. 3.
Natalis dies muneribus mittendis celebratus inter amicos. *Phorm.* I. 1. 14.
Negotium dare, quo ſenſu dicatur. *And.* Prol. 2.

Nemo,

Nemo, in fine ſententiae venuſte ponitur. *And.* II. 3. 22. Add.
Neque haud. And. I. 2. 34.
Nequitia. Heaut. III. 1. 72.
Nervus πολύσημον. Phorm. II. 2. 11. IV. 4. 15.
Nihil eſt, qualis formula. *Eun.* IV. 2. 10. *Heaut.* II. 3. 68. *Phorm.* V. 6. 21. *Nihil ad hanc rem.* ibid.
Nihil dicis, &, *οὐδὲν λέγεις*, vario ſenſu. *Eun.* II. 1. 15. & Add.
Niſi pro *Sed*, Comicum. *And.* IV. 1. 40.
Niſi ſi. Comicum. *And.* I. 5. 14.
Nobilis, vox media. *Eun.* V. 7. 20. *Hec.* V. 2. 31.
Noctem orare, quid. *Heaut.* II. 3. 125.
Noctesque & dies plus eſt, quam *interdiu & noctu. Eun.* V. 9. 49. Add.
Nodum in ſcirpo quaerere, quid. *And.* V. 4. 38.
Non de nihilo. Hec. V. 1. 1. Add.
Non ſcimus. Eun. I. 2. 31. Add.
Non, ſi. quid valeat. *And.* IV. 2. 12. *Eun.* I. 1. 4.
Νόσος & Νοσεῖν, de amore. *Eun.* II. 1. 19.
Noſter quis dicatur. *And.* V. 2. 5. *Noſter eſto. ibid. Phorm.* IV. 1. 21.
Notus, active pro eo qui novit. *Eun.* II. 2. 7.
Novum, pro eximio & miro. *Eun.* II. 2. 16. & II. 3. 25. pro inaudito & ſceleſto. *Adelph.* IV. 7. 4. *Phorm.* V. 7. 79.
Noxa & *Noxia* an, & quomodo differant. *Eun.* V. 2. 13.
Nubit ſe viro ſponſa. *And.* III. 3. 3. Add.
Numerandi ratio. Adelph. II. 2. 28.
Nummi novi non optimi. *Phorm.* I. 2. 2.
Nunc, emphaticum. *Eun.* I. 1. 25.
Nunquam fortiter negat. *And.* II. 3. 10. Eleganter additur certo tempori. *Adelph.* IV. 2. 31.
Nuptias facere. And. III. 2. 41. *Nuptias* ſecundas communicabant parentes cum liberis. *And.* I. 5. 4. *Nuptias* celebraturi ſacrificabant. *Phorm.* IV. 4. 22.
Nutrices plerumque ebriae & ſaturae. *Hec.* V. 2. 3.

O.

Ω In fine Comoediarum quid notet. *And.* V. 6. 17.
O factum bene! formula gaudentis & gratulantis. *And.* I. 1. 78.
Ob notat *Pro*, in emtione & contractu. *And.* III. 5. 4. Add. *Phorm.* IV. 3. 56.
Obgannire. quomodo dicatur. *Phorm.* V. 8. 41.
Obitus, pro conſuetudine. *Hec.* V. 4. 19.
Objurgare, quid. *And.* I. 1. 111.
Obnoxius quis dicatur. *Hec.* III. 1. 22.
Obnuncio, quid. *Adelph.* IV. 2. 8.
Obſervare, quid proprie notet. *And.* I. 1. 56. 142.
Obſonium, quid. *And.* II. 2. 23.
Obſtinate, quo ſenſu dicatur. *And.* I. 5. 8.
Obteſtatio valida per liberos. *And.* III. 3. 8. & Add.
Obtundo, quid proprie. *And.* II. 2. 11.
Occipere, turpi ſenſu. *And.* I. 1. 52.
Oculi dicti Perſarum Satrapae. *Eun.* III. 1. 11.
Oculos paſcere, unde dictum. *Phorm.* I. 2. 35.
Plus quam oculos amare. proverb. *Adelph.* IV. 5. 67. & Add.
Offendere, proprie quid. *Eun.* V. 9. 34.
Ω'λιγοτρόφοι *Adelph.* IV. 2. 24.
Olera in viliſſimis cibis. *And.* II. 2. 32.
Omina e variis rebus ſumta. *Phorm.* IV. 4. 25.
Omnia bona dicere & laudare fortunas, quid. *And.* I. 1. 69.
Omnia experiri. formula. *And.* II. 1. 11.
Operam abuti, quid proprie. *And.* Prol. 5.
Operam dare. formula. *Eun.* Prol. 44.
Oppido pro Valde, unde ortum. *Hec.* II. 1. 41.
Opus, de opere ruſtico. *Eun.* II. 1. 14.
Oratio & *Stilus* quomodo differant. *And.* Prol. 14.
Orator, quis. *Hec.* Alt. Prol. 1.
Orbas & *Viduas* tuebantur cognati. *And.* I. 1. 44. Lex Athenienſium de *Orbis. Phorm.* I. 2. 75.
Os durum. Eun. IV. 7. 36. & Add.
Os laedere alicui, quid. *Adelph.* V. 4. 10.
Oſcitare, quid. *And.* I. 2. 10.
Oſtendere ſe alicui, quid. *Hec.* IV. 4. 5.
Oſtii aperiendi ratio. *And.* IV. 1. 59.
Otium proprie de mulieribus. *Hec.* II. 1. 28.
Ο'ξύμωρον. *Eun.* IV. 4. 55.

P.

P*Ace tua.* formula. *Eun.* III. 2. 13.
Pacis vox ſolennis in Pontificum precibus. *Heaut.* V. 2. 45.
Paedagogus, de adoleſcente amicam ſectante. *Phorm.* I. 2. 94.
Paedagogi male habiti ab adoleſcentibus. *Phorm.* I. 2. 26.
Paedagogum ſuum Hannibal vocavit Fabium Maximum. *Phorm.* I. 2. 94.
Paix Gallis quid notet. *Heaut.* II. 3. 50.
Παίζειν, in re Venerea. *Eun.* II. 3. 81.
Παλλακὴ & Πάλλαξ voces origine Hebraeae. *Phorm.* I. 2. 18.
Palma pro praemio victoriae. *Phorm.* Prol. 17.
Pannis annisque obſitus. Eun. II. 2. 5.
Παρὰ προσδοκίαν dictum. *Eun.* II. 2. 4.
Παράλληλα ἰσοδυναμοῦντα. *And.* II. 2. 10.
Paraſitorum duplex genus. *Eun.* II. 2. 13. qui olim dicti. *ibid.* 33. ſibi libros tribuunt. *ibid.* 32. etiam in negotiis graviſſimis coenae mentionem injiciunt. *Eun.* III. 2. 6. Veſtitus eorum ater. *Phorm.* I. 2. 73.
Parentum pietas liberis eſt auxilio. *Adelph.* IV. 5. 71.

71. *Parentum* ſollicitudo de abſentibus liberis deſcripta. *Adelph.* I. 1. 10. ſeqq.
Partes, vox ſcenica. *Phorm.* Prol. 28.
Partim jungitur genitivo plurali. *Hec.* Alt. Prol. 7.
Partus decem menſium legitimus. *Adelph.* IV. 5. 57.
Paſcere, alere, educare, differunt. *Phorm.* II. 2. 21.
Paſcere oculos. *Phorm.* I. 2. 35.
Pater orans, maxima neceſſitas. *And.* I. 2. 19. *Hec.* I. 2. 41.
Pater, honorifica appellatio. *Heaut.* III. 1. 50.
Patre vivente filio non credebatur pecunia. *Phorm.* II. 1. 72.
Patronus capi proprie dicitur. *Eun.* V. 2. 48. Add.
Paupertas non excuſat turpitudinem. *And.* I. 5. 40. fuit olim multis militiae cauſa. *Heaut.* I. 1. 59.
Pax! qualis particula. *Heaut.* II. 3. 50.
Peccare. de amoribus. *And.* V. 3. 25.
Peccatum & *Flagitium* differunt. *Adelph.* I. 2. 21.
Pectus vinctum. *Eun.* II. 3. 22.
Pecunia Belgica minor convenit cum Graeca. *And.* II. 2 32.
Pellex habet relationem ad virum, eſtque originis Hebr. *Phorm.* I. 2. 18.
Penates Dii a peregre advenientibus ſalutati. *Phorm.* II. 1. 81.
Pendere ſoliti vapulantes ſervi. *Eun.* V. 4. 20.
Penus. *Eun.* II. 3. 18.
Per αὐξητικὸν eleganter Tmeſin patitur. *And.* III. 2. 6. Add. & *Hec.* I. 1. 5.
Percellere, ad terram dare. *Eun.* II. 3. 87.
Percontor, vox nautica. *Eun.* II. 3. 3.
Pergere iter. *Hec.* I. 2. 119. Add.
Periclis lex de nothis non ex duobus Athenienſibus natis. *And.* V. 3. 8.
Perinthia Comoedia, unde dicta. *And.* Prol. 9.
Pertendere, quid. *Eun.* I. 1. 6.
Peſſumdare quomodo dicatur. *And.* I. 3. 3. Add.
Phalerata dicta, quae. *Phorm.* III. 2. 15.
Φυλάττειν, quo ſenſu dicatur. *And.* I. 1. 142.
Pietas parentum liberis auxilio. *Adelph.* IV. 5. 17.
Piraeeus portus Athenarum. *Eun.* II. 2. 59.
Piſcatores & *Cetarii* qui differant. *Eun.* II. 2. 26.
Piſtrinum, ſervorum ſupplicium. *And.* I. 2. 28. & Add. I. 3. 9.
Placere Fabulae quando dicantur. And. Prol. 3. *Hec.* Alt. Prol. 31.
Plagipatidae. *Eun.* II. 2. 13.
Pleonaſmus. *And.* II. 2. 32. *Hec.* I. 1. 6. III. 1. 11.
Πλανή. *Phorm.* II. 1. 41.
Plumbeus. dictum in ſtultum. *Heaut.* V. 1. 4.
Poenitere dicitur eum, qui patum putat. *Eun.* V. 7. 12. & Add. *Heaut.* I. 1. 20.
Pompa, quo ſenſu dicatur. *Heaut.* IV. 4. 17.
Πόνος & *Πονεῖν*, quo ſenſu. *Hec.* III. 1. 6.
Popularis & *συμπατριώτης*, & tribulis. *Phorm.* I. 1. 1.
Περιύεσθαι. *Eun.* II. 2. 49.
Portitores a *portu* dicti. *Phorm.* I. 2. 100.
Poſtilla. *And.* V. 4. 33.
Poteris & *facies*, formula rogandi. *And.* IV. 2. 29.
Poteſtas, pro magiſtratu. *Eun.* Prol. 22. & Add.
Praecipere, medicorum eſt. *And.* III. 2. 4.
Praecipitem dare, quid. *And.* I. 3. 9.
Praedicere, in dicendo praemittere. *And.* I. 1. 19.
Praefectus pecoris. *Eun.* III. 1. 23. *conviviorum*. *Eun.* III. 4. 3. Add.
Praefinito loqui, quid. *Hec.* I. 2. 19.
Praeut, comparationi inſervit. *Eun.* II. 3. 9.
Prandium, unde dictum. *Adelph.* IV. 2. 49.
Precator, quis. *Heaut.* V. 2. 22.
Prehendi dicuntur ſervi currentes. *And.* II. 2. 16.
Pretium ludorum. *Hec.* Alt. Prol 41.
Primum dicitur etiam non ſequente altero negotio. *And.* V. 4. 21.
Principia, quis locus in caſtris. *Eun.* IV. 7. 11.
Pro. Ejus uſus in ſimilitudine. *And.* I. 1. 119. & in aeſtimatione. *And.* I. 5. 38.
Prodigus, quis. *Eun.* II. 2. 4.
Proficiſcor e domo in domum. *Eun.* II. 2. 49. De eo qui profecturus eſt. *ibid.* Add.
Profiteri nomen, quid. *Eun.* Prol. 3.
Prolixe, & *Prolixum*, quid. *Eun.* V. 9. 52.
Propitius, quis. *Adelph.* I. 1. 6.
Proprium, quid. *And.* IV. 3. 1.
Propter, *ἀμφίβολον*. *Eun.* II. 3. 76.
Προσβάλλειν ὀφθαλμόν. *Eun.* I. 2. 63.
Προστάσσειν medicorum eſt. *And.* III. 2. 4.
Proterreo, quid. *Heaut.* III. 1. 37.
Πρῶτον dicitur etiam non ſequente *δεύτερον*, vel ſimili. *And.* V. 4. 21.
Providere, duplici ſenſu. *And.* I. 3. 3.
Provinciae vocabulum *πολύσημον*. *Phorm.* I. 2. 22. *Provinciae* ſeptem foederatae Belgicae populi minus recte dicuntur. *ibid.*
Prudens, *ſciens*. formula. *Eun.* I. 1. 27.
Pudica mulier, quae. *And.* I. 5. 39.
Pudor liberis tribuitur. *And.* I. 5. 27. *Hec.* I. 2. 47.
Puellae Laconum nudae exercebantur cum adoleſcentibus. *Eun.* II. 3. 23.
Puella, de femina juvene, ſed jam nupta. *Hec.* II. 1. 34.
Pugiles, qui apud Romanos. *Hec.* Alt. Prol. 25.
Pugil. de virgine. *Eun.* II. 3. 23.
Pugna de loco. *Hec.* Alt. Prol. 33.
Pugno, quo ſenſu. *Adelph.* V. 3. 57.
Putare rem. Comicum. *And.* II. 6. 11.
Pytiſſo, quid. *Heaut.* III. 1. 48.

Quadru-

Digitized by Google

Q.

Quadrupes, quomodo de homine. *And.* V. 2. 24.
Quaeſtus, de Quaeſtu meretricio. *And.* I. 1. 52.
Quam, & *Tam* eleganter ſuperlativis adduntur. *Heaut.* V. 2. 44. *Adelph.* III. 4. 46.
Quantitas continua pro diſcreta. *Phorm.* V. 6. 13. Add.
Quaſi pro Circiter. *Heaut.* I. 1. 93. uſum habet in re obſcura. *Heaut.* II. 3. 77.
Qui pronomen elegantem uſum habens in cauſa reddenda. *And.* Prol. 6.
Quid. de re magna. *And.* II. 2. 1. Add.
Quid agis? formula reprehendendi. *And.* I. 1. 107.
Quid ago? formula dubitandi. *Heaut.* II. 3. 102. *Phorm.* II. 4. 7.
Quid ais? formula admirantis cum indignatione. *And.* II. 1. 1.
Quid iſtuc? formula concedendi. *And.* III. 3. 40.
Quid tum poſtea? formula contemtus. *Hec.* IV. 1. 36.
Quidam, de ignoto & obſcuro per contemtum dicitur. *And.* I. 1. 42. *Eun.* III. 2. 13. Habet uſum in re ſingulari notanda. *Heaut.* III. 2. 15. Add.
Quin tu hoc audi. formula. *And.* II. 2. 9.
Quis tu es? formula contemnendi. *And.* IV. 1. 11.
Quiſquis es. formula. *Adelph.* III. 2. 23. Add.
Quod Di prohibeant. formula bene ominantis. *And.* III. 3. 36.

R.

Ratio, vox *πολύσημος*, notans vel *λόγον*. *Eun.* I. 1. 18. vel conſilium & *μέθοδον* *Heaut.* V. 2. 11. *Adelph.* I. 2. 43. III. 3. 21. V. 3. 26. vel cauſam. *Eun.* III. 5. 27. vel *ψῆφος*, ſeu ſupputationem. *Eun.* V. 2. 30. *Heaut.* IV. 2. 7. *Adelph.* II. 1. 54. V. 4. 1. *Phorm.* I. 1. 2. II. 2. 30.
Receptare, & *Receptator*, quid. *Hec.* V. 1. 16.
Recte. *εὐφημία.* *Heaut.* III. 2. 7. *Recte natus*, quis dicatur. *Hec.* III. 3. 39.
Reddunt fructum praedia. *Phorm.* IV. 3. 75. & Add.
Redeunt bona ad legitimum heredem. *And.* IV. 5. 4.
Reduces, qui dicti. *Heaut.* II. 4. 18. Add.
Reges dicti opulenti & paraſitorum patroni. *Phorm.* I. 2. 20.
Regis & *Regnandi* vocabula odioſa in libera Rep. *Phorm.* II. 3. 58.
Rei apud Atticos interrogati, quid ſe dignos putarent pati? *And.* III. 5. 15.
Rejicere ſe in aliquem, quo ſenſu dicatur. *And.* I. 1. 109.
Relictis rebus omnibus, formula celeritatem negotii ſignificans. *And.* II. 5. 1.
Religio, quid. *And.* IV. 3. 15.
Reliqua dicta, quae ſolvenda ſuperſunt. Belg. *achterſtallige ſchulden.* *Phorm.* I. 1. 3. Ejuſmodi homines *Reliquari* dicuntur. *ibid.*
Ῥῆμα, pro negotio. *And.* IV. 4. 7.
Remittere quid ſit in venditore. *Hec.* IV. 4. 43.
Reprehendere, quid. *Adelph.* Prol. 14.
Repudium proprie remittitur ſponſae. *Phorm.* IV. 3. 72. & Add.
Requirere, quo ſenſu dicatur. *Phorm.* II. 1. 79. Add.
Res. turpi ſenſu. *Eun.* I. 2. 39. pro opibus. *Phorm.* I. 2. 19.
Res pl. num. quid. *Heaut.* II. 3. 123.
Res & *Verba* opponuntur. *Heaut.* IV. 1. 23. Add.
Res ita eſt. pro, ita neceſſe eſt. *Eun.* I. 2. 17.
Res redit ad reſtim. formula deſperationis. *Phorm.* IV. 4. 5. *Reſtim* relinquere alicui, quid. *ibid.*
Res uxoria, pro uxore. *And.* V. 1. 10.
Reſcribere argentum quid ſit. *Phorm.* V. 7. 29.
Reſipiſcere, quid. *And.* IV. 2. 15.
Reſpicere, quid. *And.* IV. 1. 18.
Reſpondere, & *Reſponſum*, quid. *And.* IV. 2. 15.
Reſtim ducere, quid. *Adelph.* IV. 7. 34.
Reſtituere in locum. *And.* IV. 1. 58.
Rex convivii. *Eun.* III. 4. 3. Add.
Rhodii, quales. *Eun.* III. 1. 30.
Rhodus. *Eun.* I. 2. 27.
Ridiculus, quis. *Eun.* II. 2. 13.
Rivalis, proprie quis. *Eun.* II. 2. 37.
Romani ἄστοργοι. *Heaut.* IV. 1. 22.
Romuli lex de educatione. *Heaut.* IV. 1. 21.
Ruſi ſervi frequentes in Comoedia. *Phorm.* I. 2. 1.
Rumpi curſu. *Hec.* III. 4. 21.

S.

Sacrilegus & *Sacrilega*, convicium Comicum. *Eun.* V. 3. 2. & 13. *Adelph.* II. 4. 1. *Eun.* V. 1. 13.
Saevire, pro, iraſci. *And.* V. 2. 27.
Saltus Ionicus. *Adelph.* IV. 7. 34.
Salva res eſt. proverbii ſpeciem habet, pro, omnia ſunt integra. *Eun.* II. 2. 37. *Adelph.* IV. 5. 9.
Salus Dea. *Adelph.* IV. 7. 43. Ejus & Aeſculapii numen junctim colebatur. *Hec.* III. 2. 3.
Samos inſula. *Eun.* I. 2. 27.
Sannio quis dictus. *Eun.* IV. 7. 10. Add.
Satias, ſatietas. *Eun.* III. 1. 14. V. 6. 3. *Hec.* IV. 2. 18. & Add.
Satin' id tibi placet? formula. *Eun.* V. 2. 12.
Satin' ſalve? formula. *Eun.* V. 6. 8.
Satin' recte? formula. *And.* IV. 5. 9.
Satrapae, Regis Perſarum *oculi* dicti. *Eun.* III. 1. 11. Qualis vox. *Heaut.* III. 1. 43.

Saxum volvere. proverb. *Eun.* V. 9. 55.
Scapulas perdere dicitur ſervus vapulans. *Phorm.* I. 2. 26.
Sceleroſus quis. *Eun.* IV. 3. 1. Add.
Scelus, pro infelicitate. *Eun.* II. 3. 33.
Scilicet infinitivo jungitur. *Heaut.* II. 3. 117. & Add.
Scio. formula. *And.* IV. 1. 34.
Scopulus, pro certo periculo. *Phorm.* IV. 4. 9.
Scribere, proprie de Poëtis. *And.* Prol. 1. etiam *ſculpere* dictum. *And.* I. 5. 48.
Scriptura, pro Fabula. *Hec.* Alt. Prol. 5.
Scrupulus, quid. *And.* V. 4. 37.
Scurra unde dictus. *Eun.* II. 2. 18.
Se & *Seſe* πλεονάζει. *And.* IV. 5. 2.
Sectari mulierem, qualis locutio. *Phorm.* I. 2. 36.
Sed poſt *etſi*. *Hec.* II. 2. 6.
Sedare, quid. *Hec.* Alt. Prol. 25.
Sed quid ego? formula. *And.* V. 3. 15.
Sedere dicitur, quod firmiter decretum eſt. *Eun.* II. 1. 18.
Sedet virgo, quae innupta manet, nec conditionem reperit. *Adelph.* IV. 5. 38.
Seditio, quid. *And.* V. 1. 11.
Segregare quem a ſe, non, ſe ab aliquo. *And.* I. 5. 56.
Seleucus rex Aſiae. *Eun.* III. 1. 7.
Senes avari. *Adelph.* V. 3. 48.
Sepeliri & *Uri* differunt ex Legibus XII. Tabb. *And.* I. 1. 101.
Sepulcrum, pro loco, ubi comburebatur cadaver. *ibid.*
Sermo itineri comparatur. *Eun.* I. 2. 44. accedit ad aures. *Hec.* III. 5. 32.
Semita & *via* differunt. *Phorm.* II. 2. 12.
Sensus homo quis. *Eun.* II. 2. 5.
Seria, quid. *Heaut.* III 1. 51.
Serva. formula ab augurio deſumta. *And.* II. 5. 5.
Servi in plateis retenti. *Adelph.* III. 2. 23. Literas docti. *Eun.* III. 2. 24. quando cruciati. *Hec.* V. 2. 7. ſervis prudentiſſimas ſententias tribuit Terentius. *And.* I. 1. 33. dicti ſunt vel a gente, vel aliunde. *And.* I. 1. 132. etiam munera conferebant in herilis filiae nuptiis, partu, natali die infantis. *Phorm.* I. 1. 6. ſeqq. *Servus currens* in Comoediis. *Eun.* Prol. 36.
Servitus juſta & clemens, quae. *And.* I. 1. 9.
Sex ſeptem, pro numero indefinito. *Eun.* II. 3. 40.
Si uſum habet in obteſtationibus. *And.* I. 5. 57.
Si vivo. formula. *And.* V. 2. 25. *Heaut.* V. 1. 45.
Si eſt, ut, valet ſimpliciter *ſi* cum Ind. modo. *Adelph.* III. 5. 4. vide & Kockerti Indicem, v. EST UT.
Si ſapis. formula ſuadendi. *Adelph.* IV. 5. 72.
Sibi παρέλκει. *And.* II. 3. 1.
Sic hoc. formula mediocriter laudantis. *Heaut.* III. 1. 49.
Sic ſatis. formula mediocriter laudantis. *Heaut.* III. 2. 12.
Sic ſum, h. e. Ita moratus ſum. *And.* V. 4. 16.
Simultas, quid. *Phorm.* II. 1. 2.
Sine, & *ſine modo*, formula comminantis. *Eun.* I. 2. 20.
Sinendi verbum, in precationibus proprium. *Hec.* Alt. Prol. 2.
Sinus muliebris. *Heaut.* III. 3. 2. *in ſinu geſtare* quem. *Adelph.* IV. 5. 75.
Sit ſuperſtes. formula. *And.* III. 2. 7.
Sive, pro, *vel ſi*. *And.* I. 2. 19. omittitur per ellipſin. *And.* I. 5. 58.
Sol aſſus & *unctus*, quis. *Adelph.* IV. 2. 46. & Add.
Solarium, quid. *Adelph.* IV. 2. 46.
Soldurii. *Adelph.* Prol. 7.
Solidum gaudium. *And.* IV. 1. 23. *corpus.* *Eun.* II. 3. 26.
Sollicitare, quid. *And.* IV. 2. 6.
Solonis leges telis aranearum ſimiles. *Adelph.* V. 3. 37.
Solvere de menſa, vel ex arca, quid. *Phorm.* V. 7. 29.
Sorbilia ova. *Adelph.* IV. 2. 52.
Sorbilum, quid. *ibid.*
Sordidatus & *ſordidus* qui differant. *Heaut.* II. 3. 56.
Sparſum os. *Heaut.* V. 5. 18.
Spectatores pecuniae. *Phorm.* I. 2. 2.
Spectatus homo. *And.* I. 1. 64.
Spes & *ſperare*, quo ſenſu dicatur. *And.* Prol. 25. notat rem ſperatam. *And.* II. 1. 19. Add.
Spes & *Timor* naturaliter junguntur. *And.* II. 1. 3.
Spolia dicta munera amatoribus expreſſa. *Hec.* I. 1. 8.
Sponſa a quibus ornata & deducta. *And.* II. 2. 27.
Sponſi pectebantur ante nuptias. *Heaut.* V. 1. 78.
Sponte & *Ultro* qui differant. *And.* I. 1. 73.
Spurii in propinquis non habiti. *And.* IV. 5. 4.
Stamen in tela. *Heaut.* II. 3. 52.
Stare dicitur, quodcunque firmiter decretum eſt. *Eun.* II. 1. 18.
Stare fabula dicitur, quae placet. *Hec.* Alt. Prol. 7.
Stilus & *oratio* quomodo differant. *And.* Prol. 12.
Stipes dictum in ſtultum. *Heaut.* V. 1. 4.
Stomachus iracundiae ſedes. *Eun.* II. 3. 31.
Studium κατ' ἐξοχὴν de arte Muſica. *Hec.* Alt. Prol. 10.
Stultus & *inſanus* ut differant. *Eun.* II. 2. 23.
Stuprator, vel ducere civem ſtupratam, vel mortem oppetere cogebatur. *Adelph.* IV. 7. 11.
Subagito, quid. *Heaut.* III. 3. 6.
Subducere rationes. *Adelph.* V. 4. 1.

Subli-

Sublimis dictus, qui ad ſupplicium rapiebatur. *And.* V. 2. 20.
Subſervire orationi alterius, quid. *And.* IV. 3. 20.
Subſtare, quid. *And.* V. 4. 11.
Subtemen, in tela. *Heaut.* II. 3. 52.
Succenſere qui proprie dicantur. *And.* II. 3. 2.
Succenturiatus, quis. *Phorm.* I. 4. 53.
Succi plenum corpus. *Eun.* II. 3. 26.
Sudare, pro, multum laborare. *Phorm.* IV. 3. 23.
Suffarcinatus quomodo dicatur. *And.* IV. 4. 30.
Sum ibi. formula. *Heut.* III. 1. 63.
Sunium. *Eun.* I. 2. 35.
Suus praeponitur τῷ *Quiſque.* *Phorm.* II. 4. 14. Add.
Sycophanta, quis. *And.* IV. 5. 20.
Symbola, quid. *And.* I. 1. 61.
Συμβολαὶ & *σύμβολα* differunt. *Phorm.* II. 2. 25.
Συμπόσιον. *Adelph.* I. 1. 8.
Synchyſis. *And.* III. 2. 9.
Συγκοπή. Poëtis familiaris. *Adelph.* IV. 2. 22.
Συναποθνήσκοντες. Fabula. *Adelph.* Prol. 7.
Σύνθεσις. *Adelph.* IV. 4. 24.

T.

T*Alentum*, quid. *And.* V. 4. 47. *Phorm.* IV. 3. 38.
Talis. in laude. *Eun.* II. 1. 81.
Tandem, indignantis in interrogatione. *And.* V. 2. 18.
Tangere. verbum impudicum. *Eun.* II. 3. 81.
Tangere quem. *Eun.* III. 1. 30. *Adelph.* II. 1. 24.
Tanto melior. formula laudandi. *Heaut.* III. 2. 38.
Tanto nequior. formula contemnendi. *Adelph.* IV. 1. 12.
Tardiuſculus ad ingenium refertur. *Heaut.* III. 2. 4.
Tecto latere abſcedere. *Heaut.* IV. 2. 5.
Tela, unde dicatur. *Heaut.* II. 3. 44. ejus ratio. *ibid.* 52.
Telegonus auſpiciorum inventor. *Phorm.* IV. 4. 25.
Telonarii Belg. *Tollenaren.* *Phorm.* I. 2. 100.
Tempus ſe fert, *ἄκυρον.* *And.* I. 2. 17.
Teneone te? qualis formula. *Heaut.* II. 4. 27.
Terminus, Deus. *Heaut.* III. 1. 93.
Terram intueri, quale ſignum. *Eun.* III. 5. 32. Add.
Θηρεῖν, quo ſenſu dicatur. *And.* I. 1. 142.
Theſaurus, L. Lavinii Comoedia. *Eun.* Prol. 10.
Theſauri cum cadaveribus conditi. *Eun.* Prol. 13.
Tibi. eleganter *πλεονάζει.* *And.* IV. 2. 1.
Tibi dico. formula. *And.* IV. 4. 23.
Tibicen vapulat pro coquo. proverb. *Heaut.* V. 2. 21. Add.
Titubare, quid. *Heaut.* II. 3. 120.
Tmeſis. *And.* III. 2. 6. *Adelph.* III. 2. 6. III. 3. 28. IV. 5. 28. *Hec.* I. 1. 1.
Tolerabilis homo. *Heaut.* I. 2. 31. & Add.
Tollere partum. *And.* I. 3. 14.
Tonſtrina, locus deſidum & otioſorum. *Phorm.* I. 2. 39.
Traduci dicitur pompa. *Heaut.* IV. 4. 18.
Tragicae ſententiae in Comoediis. *Eun.* III. 5. 42. & Add.
Trama in tela. *Heaut.* II. 3. 52.
Τράχηλος ἐπικεκλασμένος, quid. *Heaut.* II. 3. 131.
Θρῆνος, quid. *And.* I. 1. 102.
Τρέφειν & *ἐκτιθέναι* oppoſita. *Hec.* IV. 4. 48.
Tribulis, quis. *Adelph.* III. 3. 85.
Tribus Atticae. ibid.
Triſtis & *ſeverus* an differant. *And.* V. 2. 16.
Trudis fallacia fallaciam. *And.* IV. 4. 40.
Tu, vel potius *Tou*, noctuarum ſonus. *Phorm.* III. 2. 11.
Tumultus in nuptiis. *And.* II. 2. 28.
Turcicorum praeſidum munera. *Phorm.* I. 1. 15.
Turpiter ſe dare. *Eun.* II. 1. 24.
Tuus, tibi favens. *And.* V. 6. 12.

V.

V*Acuus*, pro otioſo. *And.* IV. 2. 23. & Add.
Vadum tentare, quid. *And.* V. 2. 4. Omnis res eſt jam in vado. proverb. *ibid.*
Valere jubere, quid. *And.* V. 2. 53.
Ubi. relative. *Eun.* III. 5. 36.
Vecordia, quid. *And.* IV. 1. 2. & Add.
Veneficus & *Venefica*, convicium ſervile. *Eun.* IV. 3. 6. V. 1. 9.
Venia, quid proprie. *And.* V. 3. 30.
Venter, pro guloſo. *Phorm.* V. 7. 95.
Ventulum dormientibus heris faciebant ſervi flabello. *Eun.* III. 5. 49.
Venuſtus, quis. *And.* I. 1. 93.
Verbena Apollini ſacra. *And.* IV. 3. 11.
Verbum, pro jurgio. *And.* I. 2. 7.
Verba commutare, quo ſenſu dicatur. *ibid.*
Verba inverſa, quae. *Heaut.* II. 3. 131.
Verbi alterius elegans ellipſis, in re diverſa. *And.* III. 5. 18. Add.
Vero uſum habet in affirmatione. *And.* II. 1. 37.
Verus vates. *And.* II. 5. 12.
Veſtis varia Eunuchorum, qualis. *Eun.* IV. 4. 16.
Veterator, vox mediae ſignificationis. *And.* II. 6. 26.
Vetus, per convicium dicitur. *And.* Prol. 7.
Vi, *clam*, *precario*, inhoneſti tituli nomina. *Eun.* II. 3. 27.
Via & *ſemita* differunt. *Phorm.* II. 2. 12.
Via erranti monſtranda. *Adelph.* IV. 2. 31.
Viam adſectare, quid. *Heaut.* II. 3. 60.
Vicinia prima amoris illecebra, exemplo Glycerii & Pamphili. *And.* I. 1. 43. Chaereae & Pamphilae. *Eun.* II. 3. 67. Pamphili & Bacchidis. *Hec.* IV. 4. 98. Antiphonis & Phanii. *Phorm.* I. 2. 45.

Viciſſim, quid. *Heaut.* II. 3. 69.
Vide! in admiratione. *And.* V. 1. 6.
Vide, quid agas. qualis formula. *Eun.* II. 1. 18.
Videre, providere. *And.* II. 2. 36.
Viduae contumeliis expoſitae. *Heaut.* V. 1. 80.
Viduas & orbas tuebantur cognati. *And.* I. 1. 44.
Vincibilis cauſa, quae. *Phorm.* I. 4. 49.
Vinctum pectus. *Eun.* II. 3. 22.
Vir es. formula laudandi. *Eun.* I. 2. 74. *Adelph.* IV. 2. 25.
Vir fortis. *And.* II. 6. 14.
Virgo gracilis laudata. *Eun.* II. 3. 22.
Viri ob pudorem non admiſſi ad parturientem. *And.* IV. 4. 32.
Vita. ſalus. *Heaut.* II. 3. 74. *Adelph.* III. 2. 42.
Vitium & calamitas. *Hec.* Prol. 2.
Vivere cum aliquo, *ἐν αἰσχροῖς.* *Eun.* III. 1. 20.
Vivus videnſque. formula. *Eun.* I. 1. 28.
Ulcus tangere, quid. *Phorm.* IV. 4. 10.
Ultro & *ſponte*, qui differant. *And.* I. 1. 73.
Una eſſe, quomodo dicatur. *And.* I. 1. 54.
Unciarum ratio late valet. *Phorm.* I. 1. 9.
Unde petitur, pro Reo. *Eun.* Prol. 11.
Unus παρέλκει. *And.* I. 1. 91. *Eun.* II. 1. 23.
Vocare & *invitare*, qui differant. *And.* II. 6. 22.
Vocator ſervus, qui. *ibid.*
Volens verus, quis. *And.* V. 1. 20.
Vultus & *facies* differunt. *Eun.* II. 3. 5. Add.
Voluptas de *συνουσιασμῷ.* *Hec.* I. 1. 12.
Vorſuram ſolvere, quid. *Phorm.* V. 2. 15.
Vox clara & *alta* differunt. *And.* IV. 4. 15.
Uro, mordeo, pungo. *Eun.* II. 2. 43.
Uri & *ſepeliri* differunt ex Legg. XII. Tabb. *And.* I. 1. 101.
Uſque, emphaticum, de tempore & loco. *Eun.* III. 2. 18.

Y.

Ὑγίαινε, quo ſenſu dictum. *And.* IV. 2. 13.
Ὑπαλλαγή. *Hec.* III. 1. 27.
Ὑστερολογία. *Heaut.* II. 3. 102.

INDEX

INDEX
IN DONATUM,

Ipſa plerumque Interpretis hujus verba exhibens.

A.

Abducimur, unde volumus: *ducimur*, quo volumus. *Eun.* II. 3. 85.

Ab eo, amat Terentius, pro *Ejus* ponere. *Eun.* III. 5. 9.

Abſolvi etiam creditor dicitur: nam veluti ligati ſunt, quibus debetur aliquid. *Adelph.* II. 4. 13.

Abſurdum. vide *Ineptum.*

Abutor. Utimur fructibus rei, quae ab amantibus ſalvo uſu nobis ſubminiſtratur: *Abutimur*, quando deperdimus & rem, & fructum. *And.* Prol. 5.

Accuſativus caſus plerumque numerum & continuationem rei ſignificat. *Hec.* III. 4. 7.

Actum agere, ſeu rem actam apud judices repetere, Jure Civili vetitum. *And.* III. 1. 7.

Actum agere. proverbium, id eſt, *nihil agere.* quod enim in jure ſemel judicatum fuerit, reſcindi & iterum agi non poteſt. *Adelph.* II. 2. 24.

Actum eſt dicitur in re, de qua jam lata ſit ſententia. *Adelph.* III. 2. 27.

Ad, auctiva particula eſt. *And.* IV. 2. 11.

Adeſſo. Hunc auctorem ſequitur Donatus. *Eun.* IV. 4. 22.

Adhuc. quomodo veteres hac particula uſi. *And.* III. 2. 1.

Aditus arduus difficiliſque eſt; *acceſſus* contra. *And.* III. 3. 2.

Adjutores in re bona; in mala *Impulſores* dicuntur. *Adelph.* V 9. 10.

Adoleſcentes mortem parentum optantes inducuntur a Comicis. *Adelph.* IV. 1. 5.

Adoriri, eſt ex inſidiis repente invadere. *And.* III. 1. 21. *Adelph.* III. 3. 50.

Adſum. Adeſſe advocatus dicitor reo. *And.* Prol. 24.

Adventus proprie exſpectatorum, neceſſariorumque dicitur. *Eun.* II. 2. 28.

Adverſitores ſervi, qui dominis adverſum eunt. *Adelph.* I. 1. 2.

Adverti dicitur animus. *And.* Prol. 8.

Aeger animus, *aegrotum* corpus. *And.* I. 2. 22.

Aeque quidquam nunc quidem, hoc eſt, *Nihil.* *And.* II. 6. 3.

Aetas integra eſt, quae in flore conſiſtit, cui neque addendum jam ſit, neque quidquam adhuc ſit imminutum. *And.* I. 1. 45.

Aethiopiſſa honeſtius dicitur puella *ex Aethiopia.* *Eun.* I. 2. 85. & 88. III. 2. 21.

Agere. Inter *Agere* & *Agitare* hoc intereſt: quod *agere* eſt aliquid vel neceſſarium facere: *agitare*, voluptatium. *Hec.* I. 2. 18.

Agere ſe tardi & triſtes dicuntur. *And.* IV. 2. 25.

Agit, qui juſtam rem dicit: *orat*, qui animo demiſſo precatur, ut quaſi beneficium praeſtetur ſibi. *Hec.* IV. 4. 64.

Aggredi & *Adoriri* differunt. *Adelph.* III. 3. 50.

Aggredi, proprie accedere ad dimicandum eſt. *Phorm.* V. 7. 75.

Ain', percunctativum verbum eſt, pro, *Aiſne?* *And.* V. 3. 4.

Ajunt, de re dicimus, quam volumus eſſe falſam. *And.* II. 1. 21.

Alacris, quaſi *ἄδακρυς*. *Eun.* II. 3. 22.

Alacritas eſt mutatio quaedam vultus geſtientis in ſpem aliquam. *ibid.*

Alias. Inter *alias* & *alia*, hoc intereſt: quod *alias* alio tempore ſignificat: *alia* aliter, aut per alia. *Hec.* I. 2. 5.

Alias res agis. formula. *Eun.* II. 3. 56.

Aliquot, hoc eſt, nec multi, nec pauci. *And.* III. 3. 2.

Alter, de tertio. *And.* I. 1. 50.

Amator fingere poteſt: *Amans* vere amat. *And.* I. 1. 49.

Amator ad tempus, *Amicus* perpetuo amat. *Eun.*

Eun. I. 2. 68.

Ambitio dicitur magnarum rerum deſiderium & appetitus. *And.* II. 2. 36.

Ambivius, peritiſſimus Actor. *Hec.* Alt. Prol. *init.* aeſtimationem pretii facit, quantum Aediles darent Terentio pro Hecyra. *ibid.* Alt. Prol. 49.

Amicus animi eſt: *Amator* corporis. *And.* IV. 3. 3.

Amoliri dicuntur ea, quae cum magna difficultate & molimine ſummoventur & tolluntur e medio. *And.* IV. 2. 24.

Amor, morbus. *Eun.* II. 1. 19.

Amovetur proprie ſaxum, improprie homo. *Adelph.* IV. 2. 14.

Ἀμφιβολία. *And.* I. 5. 27. & alibi.

Ampliatio quaeſtionis, argumento eſt, nihil conſtitiſſe. *Eun.* IV. 4. 46.

Amplius, quando pronunciatum a judicibus. *Eun.* II. 3. 39.

Ἀνακόλουθον. *And.* Prol. 11. I. 1. 67. I. 5. 10. III. 3. 38.

Ἀναστροφή. *And.* I. 1. 144. *Eun.* I. 2. 59.

Andria & *Perinthia* qua in re conveniant. *And.* Prol. 10.

Angiportum eſt anguſta & curva via, quaſi *anguiportus*. *Adelph.* IV. 2. 39.

Animo male fieri dicitur, quum ictu alicujus moeroris perculſus animus non ſuſtinet corpus: ſequiturque ruina membrorum. *Adelph.* IV. 5. 21.

Animus inducitur adverſum objectas difficultates. *Eun.* III. 2. 37.

Ἀντίπτωσις veterum. *Eun.* II. 2. 43.

Ἀποκοπή. *Phorm.* IV. 3. 5.

Apollodorus citatus. *Phorm.* III. 3. 30. IV. 1. 9. & 21. IV. 3. 63.

Ἀποσιώπησις. *And.* I. 1. 137. Ea fit tribus modis. *And.* IV. 4. 51. irato familiaris. *And.* V. 3. 1. *Eun.* I. 2. 20. *Adelph.* I. 2. 55. II. 2. 19.

Ἀποστροφή. *Eun.* IV. 7. 20.

Apparari cum dativo caſu ſemper cladem & perniciem ſignificat. *And.* IV. 1. 32. IV. 2. 7.

Appellere proprie dicitur, cum ex pelago aut freto quis ad littus acceſſerit. *And.* Prol. 1.

Arceſſi uxor dicitur ad maritum; *abduci* a marito ad divortium. *Hec.* V. 1. 21.

Ἀρχαϊσμός. *And.* II. 2. 28.

Argumentorum duo genera, ἔντεχνον καὶ ἄτεχνον. *Adelph.* III. 4. 32.

Ars dicta ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. *And.* I. 1. 4.

Aſper, Terentii interpres. *Adelph.* III. 2. 25. ab eo diſſentit Donatus. *Adelph.* IV. 2. 20. *Phorm.* I. 2. 24.

Aſſentatio. per eam non modo errantes decipiuntur, ac praecipites eunt: verum etiam ſapientes interdum, ſanique evertuntur. *Eun.* III. 1. 56.

Aſſertores dicuntur vindices alienae libertatis. *Adelph.* II. 1. 40.

Aſſis Libra erat, ejuſque partes unciae. Rurſus unciae unius duodecima pars, *Libella* dicebatur. *Phorm.* I. 1. 9.

Ἄστυ, de Athenis. *Eun.* V. 6. 17.

Ἀσύνδετον καὶ ἔλλειψις, figurae Terentianae. *And.* I. 5. 50.

Ἄτεχνος πίστις, de jurejurando. *Hec.* IV. 4. 75.

Athenis dominari velle, grave crimen. *Adelph.* II. 1. 21.

Attendi dicitur animus. *And.* Prol. 8.

Attica eloquentia, vera & germana, quia excultior. *Eun.* V. 9. 63.

Atticum jus de orbis ducendis. *Phorm.* I. 2. 75.

Aufero. *Auferimus* ea, quae cum faſtidio cernimus: *Ferimus* ea, quae cum honore tractamus. *And.* I. 1. 1.

Αὐθάδεια. *Adelph.* I. 2. 19.

Ἀξιοπιστεία. *Adelph.* II. 2. 42.

B.

Bellaria unde dicta. *Adelph.* IV. 2. 51.

Bonae proprium & perpetuum ἐπίθετον felicitatum. *Eun.* II. 3. 32.

Bonus & *Liberalis* differunt. *Adelph.* III. 4. 18.

C.

Caecilius magnae auctoritatis Poëta. *Hec.* Alt. Prol. init.

Calamitatem ruſtici proprie grandinem dicunt, quod comminuat *calamum*, h. e. culmum ac ſegetem. *Eun.* I. 1. 34. *Hec.* Prol. 2.

Callidus dictus eſt etiam, qui exercet dolos. Et *callidus*, qui callum ſibi uſu artis induxerit. *Adelph.* III. 3. 63.

Canis. Hoc verbo impudentibus inimicis convicium fieri ſolet. *Eun.* IV. 7. 33.

Capitis imminutio. *Adelph.* II. 1. 7.

Captus eſt. Tenetur & irretitur. ex tranſlatione ferarum atque venatus. *And.* I. 1. 55.

Captus ſervorum varie capitur. *Adelph.* III. 4. 34.

Carnifex, aut excarnificans dominum, aut ipſe dignus carnifice, ut caro fiat, id eſt, lanietur. *And.* I. 2. 12.

Caſtor. per Caſtorem & Pollucem ornativa ſunt jurandi, apta feminis. *And.* III. 2. 6.

Caſus plerumque imitatur induſtriam. *And.* V. 4. 14.

Catonis Origines citati. *Phorm.* IV. 3. 6.

Catus, callidus, doctus, ardens, παρὰ τὸ καίειν. unde, *Cato* dictus: ingeniorum etenim igneus vigor eſſe videtur. *And.* V. 2. 14.

Cella, & *Cellarium*, a reponendis celandiſque rebus eſcu-

Digitized by Google

eſculentis & poculentis dicitur. *Adelph.* IV. 2. 13.

Certamen eſt res ipſa, de qua certatur; *Concertatio* ipſe actus contentioque certantium. *Adelph.* II. 2. 4.

Ceſſat deſidioſus: *Requieſcit* defeſſus. *Eun.* III. 1. 15.

Cetarii, unde dicti. *Eun.* II. 2. 26.

Cibus eſt, qui etiam delicatis praebetur: *Victus* in parvis aridiſque alimoniis eſt conſtitutus. *And.* I. 1. 48.

Cicatrices ſemper glorioſae, non tamen apud meretrices. *Eun.* III. 2. 29.

Circumſpicimus praeſentia; *proſpicimus* futura. *Adelph.* IV. 5. 55.

Clemens, qui colit mentem. *Adelph.* I. 1. 17.

Clemens vita, quae clementes facit. *ibid.* & V. 4. 10.

Clemens animo; *placidus* vultu. *ibid.*

Coelibem Romani quaſi *coelitem* dicunt. *Adelph.* I. 1. 18.

Cognoſcere, eſt diligenter & attente conſiderare. *Hec.* I. 2. 87.

Colaphus, contumelioſa caedes. *Adelph.* II. 1. 46.

Comiter veteres dixerunt παρὰ τὸ κόσμος. *Phorm.* III. 3. 4.

Commeatus ex commoratione temporalis abſceſſus. *Hec.* I. 2. 100.

Commendamus nos cognitis: *committimus* ignotis. *Eun.* V. 2. 47.

Commerere & *peccare* differunt. *And.* I. 1. 112.

Committimus, quae cum magno periculo volumus eſſe ſervata. *And.* III. 5. 3.

Commutare verba, eſt pro bonis dictis mala ingerere: hoc eſt, iracundia in maledicta compelli. *And.* II. 4. 7.

Comoedia Apollini dicata, Libero patri Tragoedia. *And.* IV. 3. 11.

Comprehendere, ſignificat ſtrictim aliquem in facinore deprehenſum. *Eun.* V. 6. 23.

Conciliatio nominatur omnis conventio. *Eun.* IV. 4. 2.

Conclamatum eſt, qualis formula. *Eun.* II. 3. 56.

Conditio eſt pactio, certam legem in ſe continens. *And.* I. 1. 52.

Confectus. proprie hoc verbum convenit gladiatoribus iis, qui graviſſimis vulneribus occubuerunt. *Eun.* V. 4. 4.

Confeſſio peccati ſine recuſatione poenarum plena ſatisfactio eſt. *And.* III. 5. 15.

Confidens, vel cum improbitate audax, vel conſtans & gravis. *And.* V. 3. 5.

Confidentia interdum in bona ſignificatione, interdum in mala ponitur. *ibid.*

Confieri, id eſt perfici; unde *confectum negotium* dicitur, vel *confecta res*, quae ad plenum perficitur. *And.* I. 1. 140.

Confitetur, qui de ſe tantum, & qui invitus; *indicat* is, qui de ſe volens aliquid, & de aliis etiam prodit. *Adelph.* Prol. 4.

Conflictatur, id eſt, atteritur. *Conflictatio* eſt tactus corporum invicem, & colliſio. *And.* I. 1. 66.

Conor. Levius eſt *conari*, quam facere. *And.* I. 5. 35.

Conſilium animi eſt: *factum*, corporis: *ſucceſſus*, fortunae. *Eun.* V. 9. 15. Plus valet ad laudem, quam *natura*. *Adelph.* I. 2. 46. *Conſilia* & *Conſultores* a *conſulendo* dicuntur. *ibid.* 47.

Conſiſtere, eſt audacter & conſtanter ſtare. *Adelph.* II. 1. 2.

Conſobrini, ex fratre & ſorore nati. *Hec.* III. 5. 9.

Conſpicor, commune verbum eſt. *Eun.* V. 9. 32.

Conſtituere & *Convenire* de hujuſmodi rebus dicitur, de cujuſmodi rebus apud extraneos meretrices agunt. *Hec.* I. 2. 120.

Contaminare, eſt manibus luto plenis aliquid attingere & polluere. *And.* Prol. 16. *Contaminare fabulas*, ex multis unam facere. *ibid.*

Convertere ſe, dicitur, quem pompa praecedit: ut imperator proprie *convertit* exercitum. *Adelph.* II. 4. 22.

Creditores dicuntur ipſi, qui dant: *fides*, eſt eorum, quibus datur. *Phorm.* I. 2. 10.

Credo. Quod *credimus*, pleruinque falſum: quod *intelligimus*, certum eſt. *And.* Prol. 4.

Cupedinarii unde dicti. *Eun.* II. 2. 25.

Cura mentis eſt: *curatio* medicinae; *curatura* diligentiae. *Eun.* II. 3. 24. conſ. *And.* I. 1. 3.

Curioſitas ſignum eſt loquacitatis. *Hec.* I. 2. 34.

Cyprus Veneri ſacrata. *Adelph.* II. 2. 22. In ea erat mercatus puellarum. *ibid.*

D.

D*Are* eſt, quod repetas: *dedere* eſt ad perpetuum. *Damus* & amicis: *dedimus* tantum hoſtibus. *And.* I. 2. 28.

Dari dicitur Fabula, quum agitur: *Stare*, quum placet. *Hec.* Prol. 1.

Datur ei in manum, qui furtim accipit, ſine arbitro, aut interprete; ut praevaricator, aut judex corruptus. *Phorm.* IV. 3. 28.

De, valde ſignificat. *Adelph.* IV. 6. 1.

Decernere, eſt de magnis rebus certam proferre ſententiam. unde etiam *Senatus decretum*. *And.* I. 3. 14. & I. 5. 3.

Decet vobis, Graece ὑμῖν πρέπει. *Adelph.* III. 4. 45. Antiqui, ſi addebant ſtatim verbum, *nos decet facere*, *nos decet dicere*: ſi non addebant, *nobis decet*, dicebant. *Adelph.* V. 8. 5.

Declinari dicuntur verba per modos. *And.* I. 5. 32.

Decrepiti, unde dicti. *Eun.* II. 1. 25.

Dedecoratur, quod honeſtum eſt: *turpatur*, quod honeſtum eſt corporale. *Hec.* II. 1. 13.

Dejerat, ſi correpte, *Dei jurat*: ſi producte, *valde jurat*. *Hec.* V. 2. 5.

Δεινότης. *And.* V. 4. 7. *Hec.* II. 1. 13.

Delibutus, unctus dicitur. *Phorm.* V. 6. 16.
Deliratio ſenectuti convenit; *timor* conſcientiae. *Phorm.* V. 8. 8.
Demenſum. ſervi quaternos modios accipiebant frumenti in menſem; & id *demenſum* dicebatur. *Phorm.* I. 1. 9.
Denique, in fine ponitur. *Phorm.* I. 2. 71.
Deſertores dicuntur milites, qui defenſores patriae deberent eſſe. *Adelph.* III. 4. 12.
Deſignare, eſt rem novam facere, in utramque partem, & bonam, & malam. *Deſignata*, prave & recte facta. *Deſignatio*, contractio aut conductio populi in unum. *Deſignatores* dicti, qui ludis funebribus praeſunt. *Adelph.* I. 2. 7.
Deſpondeo. Ex veteri more, quo ſpondebat etiam petitoris pater. *And.* I. 1. 75. *ſpondet* puellae pater: *deſpondet* adoleſcentis. *ibid.* & *Adelph.* IV. 7. 16.
Dextra, fidei & foederis membrum. *And.* I. 5. 54.
Διαλογισμὸς. *Eun.* I. 1. 1.
Diana, Menandro & Virgilio *Lucina* dicta. *And.* III. 1. 15.
Dic, verbum eſt inſtantis audire, & curioſius interrogantis. *Hec.* III. 2. 21.
Dicaces dicuntur, qui jocoſis ſalibus maledicunt. *Eun.* Prol. 6.
Dico. plus eſt *Dico*, quam *do*. *Dicatur* perpetuo: *datur* ad tempus. *Phorm.* I. 2. 12. *Dicere* pro velle, vel ſignificare. *Eun.* IV. 5. 10. *Dicere diem*, eſt conſtituere & dicare. *And.* I. 1. 75.
Digamma pro vocali uſurpatum. *And.* I. 2. 2. & III. 4. *init.*
Διπλότης. *Adelph.* I. 2. 62.
Diſcidit labrum, quid. *Adelph.* IV. 2. 20.
Diſpicere, eſt diſquirere conſilium: *deſpicere*, deorſum adſpicere. *And.* III. 5. 16.
Diſputare, immorari, calumniari, argumentari. *And.* Prol. 15.
Diverticulum eſt, ubi iter de via flectitur. Et proprie *diverticula* dicuntur in via domicilia, ad quae de itinere divertendum ſit. *Eun.* IV. 2. 7.
Docet Poëta, *diſcit* ſcenicus. *Hec.* Alt. Prol. 48.
Δόγμα Ἐπικούρειον, de otio Deorum, ac perenni voluptate. *And.* V. 5. 3.
Dolor & *gaudium* praeſentium rerum ſunt. *And.* V. 4. 34.
Dolus a laedendo dictus, id eſt, *a dolando*, id eſt, minuendo. *Eun.* III. 3. 9. *Δόλος*, laeſio. *ibid.* *Doli mali* mentio in XII. Tabb. *ibid.* *Dolo bono* medentes fallunt aegros. *ibid.*
Dominari velle, grave crimen Athenis. *Adelph.* II. 1. 21.
Domos vel *portus*, vel *inſulas* dixerunt veteres. *Adelph.* IV. 2. 39.
Donum praemium eſt: & *Munus* praemium, ſed *donum*, praemium Diis datur: *munus*, praemium hominibus. *Eun.* V. 9. 27.
Ducere eſt exſpectatione longi temporis malum prolatare. *And.* I. 2. 9.
Ducere eſt digitis computare: *ſeducere* eſt quem apud alium & palam deducere: *ſubducere*, apud ſe ipſum, & ſecreto. *Adelph.* V. 4. 1.
Ducimus volentes: *abducimus* invitos. *Adelph.* III. 3. 4.
Ducitur quis ad ſupplicium: *deducitur* ad laetitiam. *Eun.* II. 2. 35.
Duro & *duriter* differunt. *And.* I. 1. 47.

E.

ECce dicitur, quum repente triſte aliquid rebus intervenit laetis; aut certe, quum aliud agitur, aliud emergit novum. *Adelph.* IV. 7. 4.
Edicimus, jubemus, vel jure dicimus. *Edicta* enim Imperatoris ſunt. *Eun.* III. 5. 30.
Edico. Inter *Edico* & *Interdico*, hoc intereſt: *Edicimus*, quod jubemus fieri: *Interdicimus*, quod vetamus fieri. *Edicimus* etiam uni generi hominum: *Interdicimus* diverſis. Itaque *Praetoris Edicta* & *Interdicta* dicuntur. *Hec.* IV. 1. 48.
Efferri proprie dicuntur cadavera mortuorum. *And.* I. 1. 90.
Efficere eſt perficere faciendo. *And.* III. 4. 16.
Efficimus, quod cum magno conatu & molimine facimus, vixque per nos finem accipit. *Hec.* I. 2. 48.
Ego. ſemper gravis inceptio orationis, quae exordium ſumit a pronomine *Ego*. *And.* III. 4. 3.
Egregium dicitur, quod e grege eligitur. *And.* I. 1. 31.
Εἰρωνεία amarior eſt in vitioſos homines, quam veritas. *Eun.* V. 9. 60.
Ἔκβασις. *Phorm.* V. 8. 27. & 29.
Elegans, qui *eligere* ſciat, vel qui ipſe ſit *eligendus*. *Eun.* III. 1. 18.
Elephanti vel Indici, vel Mauri. *Eun.* III. 1. 23.
Eludere proprie gladiatorum eſt, cum vicerint. Et *Eludere* eſt finem ludo imponere. *Eun.* I. 1. 10.
Emunctus homo, pro eleganti & faceto. *Phorm.* IV. 4. 1.
Enim, inceptiva particula apud veteres fuit. *Adelph.* II. 1. 14.
Ἐπάγγελμα. *Hec.* II. 1. 11.
Ἐπαγωγή. *Adelph.* I. 2. 34.
Ἐπιφορά. *Eun.* I. 2. 114.
Ἐπανόρθωσις. *And.* I. 2. 19.
Ἐπίθεσις cum *μεταπλασμῷ*. *Eun.* II. 3. 92.
Ἐπεξήγησις cum *ἐξεργασίᾳ*. *Adelph.* I. 1. 7.

Ephebia prima aetas adoleſcentiae eſt, adoleſcentia extrema pueritiae. *And.* I. 1. 24.
Ἐπίθετα de tribus cauſis nominibus adduntur. *Eun.* II. 3. 32.
Ἐπιπλοκή. *Eun.* I. 2. 47.
Ἐπιτροπή. *Adelph.* I. 2. 54.
Ἐπιτροχασμός. *Eun.* IV. 7. 34.
Ergo, ſemper addimus, ut hortemur tarde quid facientes. *Adelph.* IV. 2, 33.
Erumpere gaudium dicitur, qui emittit. Et gaudium ipſum dicitur *erumpere*, h. e. exire. *Eun.* III. 5. 2.
Evadere eſt per obſtantia pervenire. *Phorm.* I. 2. 61.
Eunuchi a Perſis inſtituti ex captivis. Hi Babylonios auctores ſecuti. *Eun.* I. 2. 87.
Evomere quid in alterum, quo ſenſu dicatur. *Adelph.* III. 4. 65.
Εὐφημισμός in ἱερουργίᾳ. *And.* I. 2. 33.
Exanimatus, eſt perturbatus, & mortuus. *And.* I. 4. 7. Inter *Exanimatum* & *Exanimum* hoc intereſt, *Exanimatus* eſt conterritus, conturbatus: *Exanimus* vero eſt occiſus. *Hec.* III. 3. 4.
Exempla dicuntur graves poenae, quae poſſunt caeteris documento eſſe. *Eun.* V. 5. 4. & V. 7. 21.
Eximia pecora dicuntur, quae a grege excepta ſunt, ad uſus dominorum ſuorum, ut uberius paſcantur. ſed proprie *eximii* ſunt porci majores, qui ad ſacrificandum excepti liberius paſcuntur. Etenim boves, qui ad hoc electi ſunt, *egregii* dicuntur; & oves *lectae*. *Hec.* I. 1. 9.
Exoriri dicitur, qui non exſpectatus invadit in aliquem. *Hec.* II. 1. 16.
Exeſſare piſcem, eſt purgare. *Adelph.* III. 3. 25.
Ἐξουθενισμός. *Adelph.* I. 2. 39.
Expedire dicitur, qui pedem retentum liberat. *Hec.* V. 1. 28.
Expoſtulatio eſt adverſus eum, quem incuſamus: nam *expoſtulare* eſt querelam apud eum ipſum deponere, de eo ipſo, qui fecit injuriam. *And.* IV. 1. 15. *Hec.* I. 2, 105.
Exprobratio eſt commemoratio beneficii, cum enumeratione factorum. *And.* I. 1. 17.
Exſpectamus tam bona, quam mala: *ſperamus* bona. *And.* II. 6. 4.
Exſpectare, impatienter cupere. *Adelph.* III. 2. 23.
Exſpectati parentes, quorum mors in dies ſingulos exſpectanda & optanda ſit. *Adelph.* I. 2. 29. *Exſpectamus* ante diem: *ſperamus* ad diem. *ibid.* *Exſpectati* appellantur odio digni parentes. *Hec.* IV. 2. 19.
Exſpuere eſt cum faſtidio aliquid rejicere & expellere. Et *Exſpuere* eſt extra pus mittere. *Eun.* III. 1. 16.
Extrema linea amare, quomodo dicatur. *Eun.* IV. 2. 12.
Extrudere proprie dicitur, qui manibus expellit. *Hec.* I. 2. 98.

F.

F*Abu iſtaec in me cudetur.* quale proverbium. *Eun.* II. 3. 89.
Fabula. Fabulam ſe dicit audire, qui rei principium rationemque ignorat. *And.* IV. 4. 8.
Facere quis & *homicidium* dicitur. *And.* I. 1. 112.
Facetus eſt, qui facit verbis, quod vult. *Eun.* III. 1. 37.
Facies modo non pars corporis, ſed tota ſpecies, quae apparet & cernitur. *Eun.* II. 3. 5.
Facile, pro certo. *And.* IV. 3. 5.
Facilitas. Inter *facilitatem* & *clementiam* hoc intereſt: *facilis* enim, cujus ira cito ſolvitur: *clemens*, qui non iraſcitur. *Adelph.* V. 4. 7.
Facimus mediocria, *incipimus* ingentia. *Eun.* V. 5. 25.
Facit fabulam proprie, qui argumentum componit, ſed & qui transfert. *And.* Prol. 9.
Facta, *transfacta omnia*, proverbiale eſt, in id negotii, de quo nihil ſuperſit ad agendum. *And.* I. 5. 13.
Falſum, *vanum*, *fictum*, differunt. *Eun.* I. 2. 24.
Famelicus a *fame* & *edendo* dictus eſt, quaſi *famedicus*. *Eun.* II. 2. 29.
Farteres, qui dicti. *Eun.* II. 2. 26.
Fatuus a *fando* dicitur. unde & Dii *Fatui*, & Nymphae *Fatuae*. *Eun.* V. 9. 49.
Ferre, eſt cum certo tempore; *perferre* finem exſpectat effectus. *And.* I. 1. 35.
Feſtivitas in dictis; *facilitas* in animo & factis. *Eun.* V. 9. 18.
Fidejuſſor, auctor credendi. *Eun.* I. 2. 59.
Fides, eſt commendatorum fida executio, vel obſervantia. *And.* I. 1. 7. *Fides* eſt eorum, quibus datur; *Creditores* dicuntur ipſi, qui dant. *Phorm.* I. 2. 10.
Fidus honeſtius dicitur, quam *fidelis*. *And.* III. 1. 2. *Fidus* eſt amicus; *Fidelis* eſt ſervus. *Phorm.* I. 2. 26.
Figmenta Poëtarum cladem adferunt moribus hominum, & civitatibus. *Eun.* III. 5. 40.
Flagitium unde dictum. *Eun.* II. 3. 90.
Forma immobilis eſt & naturalis: *vultus* movetur & fingitur. *And.* I. 1. 92. & 93.
Formum veteres ignem & calorem quendam, quaſi fervorem dixerunt. unde *forma* proprie *exſtingui* dicitur. *Phorm.* I. 2. 57.
Fors Fortuna eſt, cujus diem feſtum colunt, qui ſine arte aliqua vivunt. Hujus aedes trans Tiberim eſt. *Phorm.* V. 6. 1.
Forum pro tribus intelligitur; loco, tempore, & perſona. *Phorm.* I. 2. 29.
Frequens dicitur miles ad ſigna. *And.* I. 1. 80.
Frustur, alatur: quia *frumen* dicitur ſumma gula,

la, per quam cibum lingua demittit in ventrem. *Adelph.* V. 8. 27. *Frui* eſt veſci, a *frumine*, quae eſt ſumma pars gulae. *Eun.* IV. 7. 46.
Funus eſt pompa exſequiarum; dictum a *funalibus*. *And.* I. 1. 81. 88. & 100. *Funus* apud Terentium nullum, niſi vel meretricis moleſtae, aut alterius uxoris, aut ſeuis: ut non ſit cauſa lugendi. *Hec.* I. 2. 96.
Furciferi dicebantur, qui ob leve delictum cogebantur a dominis, ignominiae magis, quam ſupplicii cauſa circa vicinos furcam in collo ferre, ſubligatis ad eam manibus, & praedicare peccatum ſuum, ſimulque ſubmonere caeteros, ne quid ſimile admittant. *And.* III. 5. 12.
Furtum omne quod fraude fit. *Eun.* IV. 7. 39.
Futile dicitur vas, quod non deponunt miniſtri ſacrorum, quod eſt acuto fundo, & patulo ore, eoque inſtabile eſt. *And.* III. 5. 3. *Phorm.* V. 1. 19.

G.

Gallina canens, ſuperiorem eſſe marito uxorem notat. *Phorm.* IV. 4. 28.
Ganeum unde dictum. *Adelph.* III. 3. 5.
Gemens ob continuam tuſſim. *Eun.* II. 3. 44.
Geſtire, eſt motu corporis monſtrare quid ſentias, vel ſenſum corporis geſtu indicare. Tranſlatione a brutis. *Eun.* III. 5. 7.
Γνωρίσματα καὶ σπάργανα. *Eun.* IV. 6. 15.
Gratiam inire, eſt dare beneficium, ac per hoc alicujus *inire gratiam*, id eſt, amicitiam. *Eun.* III. 5. 9.
Gravis, honore dignus & charus intelligitur. *Gravis* etiam moleſtus. *Gravis* etiam languidus. *Hec.* V. 1. 32.
Grex vel bonorum, vel malorum eſt, & levium. *Adelph.* III. 3. 8.

H.

Habet, qui percuſſus eſt: & proprie de gladiatoribus dicitur. *And.* I. 1. 56. *Habet.* ſic dicitur de eo, qui letaliter vulneratus eſt. *ibid.*
Haerere quis alicubi dicitur, tranſlatione ab avibus. Nam *haeret* avis, non animo, nec voluntate, ſed viſco decipientis aucupis. *Adelph.* III. 3. 49.
Hariolus dictus quaſi *fariolus*, a fatis & a fando. *Phorm.* IV. 4. 28.
Haruſpex ab *haruga* nominatur. nam *haruga* dicitur hoſtia. *Phorm.* IV. 4. 29.
Hecyra ante *Phormionem* acta. *Phorm.* Prol. 33.
Hellanicus Eunuchorum originem ad Babylonios refert. *Eun.* I. 2. 87.
Hem, interjectio eſt iraſcentis. *And.* I. 1. 23. Interjectio eſt, novas res & inopinatas audientis. *Adelph.* IV. 4. 12.
Herculis & *Omphalae* hiſtoria. *Eun.* V. 8. 3.
Heus! heus! vox eſt de longinquo revocantis. *Adelph.* II. 4. 17. *Eun.* II. 3. 45.
Hoc agere dicimus eum, qui inſtat negotio ſuo. *Adelph.* II. 2. 18.
Hoccine agis? formula. *And.* I. 2. 15.
Hodie non ſemper tempus, ſed iracundam eloquentiam ac ſtomachum ſignificat. *Adelph.* II. 2. 7.
Homerus laudatus. *And.* II. 3. 26. *alibi.*
Horror e nimio calore. *Eun.* I. 2. 4.
Hujus non faciam, δεικτικῶς pronunciatum. *Adelph.* II. 1. 9.
Humeri demiſſi, liquide & molliter deducti, neque exſtantes, alae in modum. *Eun.* II. 3. 22.
Hymenaeus, vox πολύσημος. *Adelph.* V. 7. 6.

I.

Ἰδιωτισμός. *Adelph.* I. 1. 7.
Ignavus eſt, qui vim non poteſt ferre; qui non eſt perſeverans. *And.* I. 5. 42.
Ignis nimius, effectum frigoris reddit: & ex *frigore* nimio effectus ignis exiſtit. *Eun.* I. 2. 4. *Ignis*, de meretrice. *ibid.* 5.
Illiberaliter, injuſte, inclementer, non bene; quia *liberalis* bonus dicitur. *Adelph.* IV. 5. 30.
Illico & *jam*, & locum, & tempus ſignificat. *Adelph.* II. 1. 2.
Illum, *ellum*, & *ollum* veteres dixerunt. *Adelph.* II. 3. 7.
Immemor beneficium eſt, cujus nemo meminerit. *And.* I. 1. 17.
Impeditus eſt proprie, qui ita pedes habet illigatos, ut progredi non poſſit. *And.* III. 5. 11.
Imperare plus eſt, quam *jubere*. *Eun.* II. 3. 97.
Imperatoris officium eſt, ne ſe in periculum projiciat. *Eun.* IV. 7. 13.
Importunitas neque loci, neque temporis habet commoditatem. *And.* I. 4. 4.
Impotens vel nimis potens, vel debilis & devictus. *And.* V. 3. 8.
Impurus pro improbo. *Adelph.* II. 1. 29. III. 3. 6.
In praepoſitio, nunc auget, nunc minuit dictionem. *Eun.* II. 3. 44.
Incipere magnorum facinorum eſt & audaciae. *Eun.* V. 8. 1.
Indicat is, qui de ſe volens aliquid, & de aliis etiam prodit: ſed *confitetur*, qui de ſe tantum, & qui invitus. *Adelph.* Prol. 4.
Induciae ſunt pax in paucos dies, vel quod in
diem

Digitized by Google

diem dentur, vel quod in dies otium praebeant. *Eun.* I. 1. 15.
Inductio ab Oratoribus dicitur, quum per interrogationem pervenimus ad id, quod volumus, concludendum. *Adelph.* I. 2. 34.
Ineptum eſt ſtultum: *abſurdum*, quod & ſtultum eſt, & in ipſa ſtultitia diverſum, & quaſi repugnans ſibi. *Adelph.* III. 3. 22.
Ineſcantur proprie aves. *Adelph.* II. 2. 12.
Infinitus modus plus ſonat, quam finitus. *Eun.* III. 1. 2. & 20.
Initia ab *ineundo* dicta. *And.* V. 1. 5.
Initiantur pueri Eduliae & Poticae, & Cubae, Divis edendi & potandi, & cubandi; ubi primum a lacte & a cunis tranſierunt. *Phorm.* I. 1. 15.
Injuria eſt, quae fit innoxio: *jus* vindicta illa, quae redditur reo. *Adelph.* II. 1. 9.
Inſania ex injuria orta. *Adelph.* II. 1. 42.
Inſidiari malum eſt, ſed *contra inſidiari*, juſtum. *Hec.* I. 1. 13.
Inſolens vel inſolitus & inſuetus, vel arrogans, qui praeter legem agit humanam & naturalem. *And.* V. 4. 4.
Integra aetas eſt, quae in flore conſiſtit, cui neque addendum jam ſit, neque quidquam adhuc ſit imminutum. *And.* I. 1. 45.
Integrari, ad integrum redire, repeti, inſtaurari. *And.* IV. 2. 5.
Intelligo. Quod *credimus*, plerumque falſum: quod *intelligimus*, certum eſt. *And.* Prol. 4.
Inter, adauctiva particula. *And.* IV. 1. 39.
Interrogatio cum obliquo caſu contumelioſa eſt. *Eun.* II. 2. 6.
Invenire ſapientis eſt: *incipere* audacis: *perficere* conſtantis. *Eun.* V. 9. 5. *Invenire*, acquirere. *Eun.* II. 1. 4.
Invenuſtus eſt ſine Venere, id eſt, ſine gratia. *And.* I. 5. 10.
Ira de cauſa eſt: *iracundia* de vitio multum iraſcentis. *Adelph.* IV. 7. 37. V. 3. 8. *Ira* ab eo, quod eſt *ire*, dicitur, quod a ſe eat, qui iraſcitur, & furit. *ibid.*
Iracundia deſcendit ex injuria: *dolor* ex miſeria. *And.* I. 5. 1.
Ire, proprie ad exſequias. *And.* I. 1. 90. *Ire*, & *abire*, & *venire* ſignificat. *Adelph.* III. 3. 7.
Irritatus, commotus, ira provocatus. ducitur autem verbum a canibus, qui reſtrictis dentibus hanc literam *R* imitantur. *And.* III. 4. 18. *Adelph.* II. 4. 16.
Irruere proprie dicuntur, qui cum furore praelium ineunt. *Eun.* IV. 7. 18. *Irruere* dicitur pugnaturus. *Adelph.* IV. 2. 11.
Iſte, ad reprehenſionem ſumitur perſonae. *And.* Prol. 15.
Iſtoc vilius. formula. *Adelph.* V. 9. 24.
Ita ajunt, trepida confeſſio, & quaſi inviti reſponſio. *And.* I. 2. 21.
Ita fugias, ne praeter caſam. quomodo dicatur. *Phorm.* V. 2. 3.
Jubeo, volo ſignificat: ab eo quod ſequitur, id quod praecedit. *Adelph.* III. 4. 14.
Juno a juvando dicta. *And.* III. 1. 15.
Jus, pro loco judicii. *Phorm.* V. 7. 43. Inter *jus* & *aequitatem* hoc intereſt: *Jus* eſt, quod omnia recta & inflexibilia exigit. *Aequitas* eſt, quae de jure multum remittit. *Adelph.* I. 1. 26.
Jusjurandum metuere ſervum, monſtri ſimile eſt. *And.* IV. 3. 15. ſanctum eſt aut metu religioſo, aut ſuppliciis ſacrilegorum. *Hec.* V. 2. 6.

K.

K*Ακόζηλον.* *Eun.* I. 2. 112.
Κυριολογία. *Phorm.* IV. 1. 13.

L.

L*Abaſcere* proprie dicitur arbor, quae multis ſuccisa ictibus ruinam minitatur. *Adelph.* II. 2. 31.
Labra ſunt ſuperiora: *Labia* inferiora. *Labra* aſinorum proprie dicuntur. *Eun.* II. 3. 44.
Lactare eſt inducere in aliquam voluptatem, a *lactando*, unde & *oblectare* dicitur. *And.* IV. 1. 24. & V. 4. 9.
Laetitia immoderata, maxime parentum, lacrimas habet. *Adelph.* III. 3. 55.
Lanii unde dicti. *Eun.* II. 2. 26.
L. Lavinius, adverſarius Terentii. *And.* Prol. 1.
Lautus, qui mundus & ſplendidus eſt. *Eun.* III. 1. 37.
Lege agito, dicebatur ei, cujus intentio contemtibilis adverſario videbatur. *Phorm.* V. 7. 91.
Leges auſpiciis ſervatis ferebantur. *And.* I. 2. 29.
Lepidus, qui politus eſt, ut λεπὶς, id eſt, lamina. *Eun.* III. 1. 37.
Lepus, pro infamia multa ponitur. *Eun.* III. 1. 36.
Liberalis cauſa dicitur, quae actionem in ſe continet libertatis. *Adelph.* II. 1. 40.
Liberalis & *Bonus* differunt. *Adelph.* III. 4. 18.
Liberatio nominatur perfecta ſecuritas. *And.* II. 2. 14.
Liberi liberalitate regendi ſunt, propter quod *liberi* dicuntur. *Adelph.* I. 1. 32.
Liberti ingrati in ſervitutem revocati. *And.* I. 1. 13.
Libido eſt quaelibet voluntas temere ſuſcepta.

Hec. II. 2. 3. *Phorm.* IV. 5. 4.
Licia quaſi *Ligia*, a *ligando* dicta. *And.* V. 4. 8.
Ligurire, ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ. *Eun.* II. 2. 4. *Ligurire* dicitur, qui eleganter & more ſenum, multo faſtidio ſuaviora quaeque deguſtat. *Eun.* V. 4. 14.
Limus, tranſverſus eſt: unde *limen* dicitur quoque. *Eun.* III. 5. 53.
Lineae quinque perfectae ad amorem. *Eun.* IV. 2. 12.
Liquet, eſt verbum juris, quo utebantur judices, quum *amplius* pronunciabant, obſcuritate commoti cauſae magis, quam negotii ſimplicitate. *Eun.* II. 3. 39.
Liquido, pure, & manifeſte. nam quae ſunt pura & defaecata, liquida ſunt. *And.* IV. 3. 14. *Eun.* II. 3. 39.
Locus, eſt diſtributio temporum, quae cuique in ſpectaculum venturo attribuuntur ab Aedilibus; unde *loco motus* dicitur, qui ſuas horas non obtinuerit inter praecedentes & conſecuturos. *Phorm.* Prol. 33.
Lora apud veteres *Laura* dicebantus, a *lauro* triumphorum, ſub qua mos erat, captivos vinciri, ducique per pompam. *Adelph.* II. 1. 28.
Lucina dicta ab eo, quod in lucem producat. *And.* III. 1. 15.
Ludibrio haberi. Honeſto verbo, & pudoris pleno; & nove, pro, *vitiari.* *Hec.* I. 2. 74.
Lupus in fabula. proverbium. *Adelph.* IV. 1. 21.
Luſus reſtium ductantium, unde natus. *Adelph.* IV. 7. 34.

M.

M Litera eſt nimium preſſae vocis, ac pene nullius. *Adelph.* II. 1. 53.
Macellum unde dictum. *Eun.* II. 2. 25.
Maceria, quid. *Adelph.* V. 7. 10.
Magis additum poſitivo amat Terentius, pro comparativo. *Eun.* II. 1. 21. III. 1. 24. V. 4. 13.
Magiſtri tributorum, id eſt, Publicani, operam in portu dabant, inferendarum rerum, & efferendarum, vectigal exigentes. *Phorm.* I. 2. 100.
Μωρολογία ſenilis. *Adelph.* I. 1. 43.
Mala imparatis mentibus majora ſunt. *Eun.* V. 6. 1.
Maledictum & *Crimen* differunt. *And.* Prol. 7.
Malignus eſt, qui difficultatem ſui oſtendit. *Hec.* I. 2. 84.
Mancipia dicuntur, quod manu capta ſunt: *ſervi*, qui ſervati ſunt, quum eos occidi oporteret, jure belli. *Adelph.* II. 1. 28.
Manipulus erat ſertum vel corona, ex herba, vel ſimili re confecta, quem pro ſigno ſequebantur milites. *Eun.* IV. 7. 6.
Manus. Confirmatae ſunt legitime nuptiae per *in manum* conventionem. *And.* I. 5. 62. Datur et *in manum*, qui furtim accipit ſine arbitro aut interprete; ut praevaricator, aut judex corruptus. *Phorm.* IV. 3. 28.
Me. aut adjectio eſt, & abundat; aut poſitum eſt pro Μὰ ſyllaba; ut Graeci, μὰ τὸν Ἀπόλλωνα dicunt. *Hec.* I. 2. 8.
Mea tu, blandimentum feminarum. *Adelph.* III. 1. 2.
Medicina aut in ratione, aut in conſuetudine, aut in exemplis. *And.* III. 2. 1.
Memor eſt, qui apud ſe meminit: *gratus*, qui meruit hoc nomine vocari, dum vicem reddit. *Adelph.* II. 2. 43.
Mereri bona dicimus: *Commereri* mala. *Hec.* III. 5. 37. *Mereri* & *Promereri*, eſt praeſtare beneficium. cui contrarium eſt, *commerere.* *Adelph.* II. 1. 47.
Μετάληψις. *And.* III. 2. 22.
Μεταφορά. *Eun.* II. 2. 5. *Adelph.* II. 2. 12.
Meticuloſorum magnae minae. *Eun.* IV. 7. 31.
Metuimus eos, qui nos amant: *Timemus* etiam inimicos. *Phorm.* I. 2. 68.
Miletos, colonia Athenienſium eſt in Ponto. *Adelph.* IV. 5. 21.
Μίμησις. *And.* I. 1. 83. *Eun.* I. 2. 75.
Miror, pro neſcio. *Eun.* II. 2. 59.
Miſer eſt, cui animae miſeria ineſt. *Eun.* III. 1. 22.
Monemus conſilio: *hortamur* impulſu. *Hec.* I. 1. 7.
Monſtrum eſt omne contra naturam. *Eun.* IV. 3. 14.
Morem gerere, proprie lenonis & meretricis eſt. *Adelph.* II. 2. 6.
Mores proprie ſenum dicuntur. unde *ſenectus moroſa*, & *moroſi homines*, qui ſui cujuſdam moris ſunt. *Hec.* IV. 2. 1.
Μωρολογίαι paraſitorum. *Eun.* II. 2. 5.
Mors in Comoedia non eſt tragica. *And.* I. 1. 78.
Mulcare, lacerare, mollire, mutilare, diſſolvere. *Adelph.* I. 2. 10.
Mulciber a mulctando dictus, quaſi *mulctiber.* *ibid.* proprie *mulciber* dictus eſt, quod omnia mulceat, id eſt, molliat ac vincat. *Hec.* I. 1. 8.
Mulieri peregrinae a patria nomen impoſitum, Attico more. *And.* I. 1. 58.
Muſſitare proprie eſt diſſimulandi cauſa tacere. *Adelph.* II. 1. 53.
Muſtellinus color quis. *Eun.* IV. 4. 22.
Mutus unde dictus. *And.* III. 2. 25.
Mutuum eſt, quidquid ad tempus habemus, nec poſtmodum noſtrum futurum eſt, ut uxor, domus,

domus, villa, ſervi, & caetera in hunc modum. *And.* V. 5. 3.

Μόρια pro multis. *Phorm.* IV. 3. 63.

N.

N*Anciſci* proprie dicitur, qui paratus ad tenendum, antequam poſſit reperire, quod teneat, ſtatim, quod occurrerit, prehendit. *Hec.* IV. 4. 59.

Nares a *naritate* dictae ſunt, quod nos odoratu doceant, praeſto & prope eſſe, quod adhuc oculi non vident. *Adelph.* III. 3. 43.

Naturae ignoſcitur; *voluntati* non item. *And.* V. 4. 16.

Nebulo a *nebula* dictus. *Eun.* II. 2. 38.

Negativae duae faciunt unam affirmativam. *And.* I. 2. 34. tres negativae pro una negativa accipiuntur. *ibid.*

Negotium pro moleſtia & cura. *And.* Prol. 2.

Neptunus medius inter Coelum & Inferos, utriuſque regni particeps, elementorum omnium potitor habetur. *Adelph.* V. 3. 4.

Nequitia proprie libidinoſa inertia dicta eſt; quod *nihil queat*, nullique rei apta ſit. *Adelph.* III. 3. 4.

Nigidius, Terentii interpres. *Phorm.* I. 4. 4.

Nolo & *Volo*, nimis imperioſa & ſuperba dictio eſt. *And.* II. 5. 7.

Nomina ſervorum Comicorum a variis rebus ſunt indita. *And.* I. 3. 21. *Nomina ad aliquid.* *And.* III. 1. 19. *Nomina propria* honorifica. *Eun.* III. 1. 5. maxime in illis qui in ſordidis profeſſionibus agunt vitam. *Adelph.* II. 2. 2. *Nomina artis* honorifica iis, qui in ſplendidis artibus ſunt conſtituti, ut Imperator, Orator, Philoſophus. *ibid.*

Noſco. *ſcimus* quod certum eſt: *noſcimus*, quae adhuc incerta deſideramus. *And.* I. 1. 26.

Noſter, blandientis dictum eſt. *Hec.* V. 2. 4.

Nubere eſt operiri tegique: unde & *nubes*, quod tegere ſolent coelum, dicuntur. *Hec.* IV. 4. 34.

Nugae dictae, quod nihil agant, vel, a non agendo. *Adelph.* III. 3. 4.

Nullus pro *non* *Eun.* II. 1. 10. *Hec.* I. 2. 4.

Nullus ſum. plus eſt, *nullum eſſe*, quam *periiſſe.* nam qui perit, vel corpus habet reliquum: qui vero *nullus eſt*, ita non eſt, ac ſi natus non ſit. *And.* III. 4. 20. *Hec.* IV. 4. 31.

Num quidnam, Comicum eſt, & Terentianum. *And.* I. 4. 8.

Num quid vis? qualis ſormula. *Eun.* II. 3. 49. & 71. *Adelph.* II. 2. 39.

Nunquam, plus habet negationis, quam *non.* *And.* II. 3. 10. & II. 4. 7.

Nuptiarum ſumma poteſtas in patre puellae eſt. *And.* IV. 4. 2.

O.

O Interjectio optantis adventum, aut repente perculſi. *And.* I. 5. 32.

Objici. Hoc verbo magnitudo doloris oſtenditur ex improviſo incommodo. *Adelph.* IV. 4. 1.

Obire mortem plene dicitur, quod poſtea *obire* tantum dixerunt. *And.* I. 3. 18.

Obſecro, vide *Oro.*

Obſtetrix dicitur, quae opem tulerit parturienti; unde & parturientes, *Fer opem!* clamant. *And.* I. 5. 64. III. 1. 15. Imitatur auctoritatem & jactantiam medicorum. *And.* III. 2. 5.

Obnunciat, qui malam rem nunciat: qui bonam *annunciat.* Nam proprie *obnunciare* dicuntur augures, qui aliquid mali ominis ſcaevumque viderint. Ergo, *Obnuncio* malum imminens, quaſi *omen nuncio.* *Adelph.* IV. 2. 8.

Obſequium quis primus dixerit. *And.* I. 1. 41.

Obſervatio in duabus rebus eſt, in obſequio & ſpeculando. *And.* I. 1. 142. *Obſervari* & honorari, & captari, & audiri ſignificat. *Adelph.* Prol. 2.

Obſtinate facere, eſt aliquid in alterius malum cum conatu facere perſeveranter, & in alterius perniciem nimis niti. *And.* I. 5. 8.

Obteſtatio dicitur, quando eum adjuramus, quem rogamus. *And.* I. 5. 56. *Obteſtatio* dicitur, cum per eas res adjuramus aliquem, de quibus agitur cauſa. *And.* III. 3. 9. *Obteſtatio*, eſt precatio cum mentione earum rerum, per quas petimus. *Hec.* III. 3. 27.

Obtundere eſt, ſaepe repetendo dicere. Tranſlatio a fabris, qui ſaepe repetunt tundendo aliquid malleo, & idem obtundunt & hebetant. *And.* II. 2. 11. *Adelph.* I. 2. 33.

Obturbare, interſtrepere vel evertere. *And.* V. 4. 23.

Occipere, de magno facinore. *Adelph.* III. 2. 29.

Oculi amoris indices, adjutoreſque flagitii. *Adelph.* III. 2. 20.

Offerri dicuntur tam bona, quam mala, ſi inſperata objiciantur adſpectibus. *Hec.* III. 3. 10.

Officium ab *efficiendo* dictum. *And.* I. 5. 1.

Omen eſt, quidquid ore dicitur. *And.* I. 2. 29. *Omina* antiqui auſpicato faciebant, quae rata eſſe vellent. *ibid.*

Ὁμοιοτέλευτα apta *μιμήσει* cum odio inductae, & pronunciatione depravatae. *Eun.* I. 2. 75.

Omphalae & *Herculis* hiſtoria. *Eun.* V. 8. 3.

Opera, de labore corporeo, & religione. *Adelph.* II. 3. 8.

Opitulor & *Opitulatio* dicta ab opem tollendo, hoc eſt, ferendo. *And.* I. 3. 5.

Oppido pro valde. tranſlatio a ruſticis. *Hec.* II. 1. 41.

Optare

Optare & *Optatio*, verba militaria. *Eun.* V. 9. 27. *Optare*, eſt unum de duobus eligere. *And.* IV. 5. 2.

Oratio, de paucis verbis. *And.* I. 5. 16. *Oratio* & *ſtilus* differunt. *And.* Prol. 12.

Orba proximo nubat : *orbam* proximus ducat, Atticum jus eſt. *Phorm.* I. 2. 75.

Ordo vel bonorum, vel malorum dicitur, & gravium : *Grex* vel bonorum, vel malorum eſt, & levium. *Adelph.* III. 3. 8.

Ornatus, *τῶν μέσων* eſt. *Eun.* II. 2. 6.

Oro. Oramus, quae bona ſunt : *ſupplicamus* in adverſis magis, vel cum lacrimis. *And.* II. 1. 12. *Orare*, eſt placidos petere : *obſecrare*, iratos rogare. unde plus facit *obſecrans*, quam *orans* : plus vero *orans*, quam *rogans*. *Adelph.* III. 4. 26.

Os durum, pro impudenti. *Eun.* IV. 7. 36.

Oſcitatio, eſt animi otium & ſecuritas, dictum ab *oro ciendo*, i. e. commovendo. *And.* I. 2. 10.

Oſculandi genera tria, *oſculum*, *baſium*, & *ſuavium*. *Eun.* III. 2. 3.

Otioſe, ſecure ſignificat. *Adelph.* II. 1. 2.

P.

P*Alaeſtra* etiam virginibus praebebatur ab antiquis Graecis, ad componenda corpora. *Eun.* II. 3. 22.

Παρὰ προσδοκίαν. *Eun.* I. 2. 18.

Paratus, ſubornatus, compoſitus dolo. *And.* V. 4. 6.

Παρέλκον. *And.* I. 1. 43.

Parens veri amoris nomen eſt. *Adelph.* III. 4. 10.

Παρένθεσις per *εὐφημισμόν*. *And.* III. 3. 36.

Παρόμοιον. *And.* I. 5. 7. III. 4. 13.

Παρονομασία. *And.* I. 5. 7.

Patior commune eſt. nam *patior te*, & *a te*, dicimus. *Hec.* I. 2. 108.

Patronus aut temporale nomen eſt defenſoris: aut certe appellatio eſt, per quam oſtenditur, quid illi cultus & obſequii debeatur. *Adelph.* III. 4. 10.

Pecunia in foro & de menſae ſcriptura magis, quam ex arca domoque, vel ciſta, numerabatur. *Adelph.* II. 4. 13.

Percellere, pervertere. *Eun.* II. 3. 87.

Percontatum a *conto* dicitur, quo nautae utuntur, ad exploranda loca navibus opportuna. Si vero *Percunctatum*, ab eo, quod a *cunctis* perquiratur, dicitur. *Hec.* I. 2. 2.

Perducuntur neceſſitate coacti. *And.* I. 1. 54.

Peregrina, pro meretrice. *And.* I. 1. 119. *Eun.* I. 2. 27.

Perpetuum proprie ad homines pertinet ; *ſempiternum* ad Deos. *And.* V. 5. 3.

Perſequitur, qui non deſinit ſequi. *And.* V. 4. 32.

Pervicax eſt perſeverans cum quadam vi. *Hec.* IV. 1. 17.

Petimus aliquid precario : *poſcimus* imperioſe : *poſtulamus* jure. *And.* II. 5. 11. *Heaut.* IV. 5. 27.

Phaſma, Menandri fabulam, dedit L. Lavinius. *Eun.* Prol. 9. Ejus argumentum. *ibid.*

Phormionis ἔτυμον. *Phorm.* Prol. 27.

Piraeeum, ut *Sunium*, eſt maritima, & acceſſu littoris pars clementior. adverſus praedonum incurſus illic excubabat juventus Attica. *Eun.* II. 2. 59.

Piſcatores, qui recentem piſcem praebent. *Eun.* II. 2. 26.

Plerique omnes pro una parte orationis dixere veteres. *And.* I. 1. 28.

Πλοκή. *Eun.* Prol. 6. 27. & 41.

Plure dixerunt veteres, pro *plus*. *Phorm.* IV. 3. 6.

Poëtae nomen honorificum. *And.* Prol. 1. *Poëtae ἀπὸ τοῦ ποιεῖν*, id eſt, a faciendo dicti. *ibid.* 3.

Pollicitatio, multarum rerum promiſſio. *And.* III. 2. 47.

Πολυσύνδετον. *Adelph.* III. 2. 3.

Popularis, *πολύτιμος*. *Phorm.* I. 1. 1.

Porro conjunctio eſt expletiva, alias adverbium temporis. *And.* I. 5. 43. futuri temporis adverbium, vel adhortantis. *And.* III. 4. 17. Modo adverbium eſt ordinis: alias temporis. *And.* IV. 3. 16.

Porto. Non ſolum corpore, ſed etiam animo *portamus*, tam bona, quam mala. *And.* II. 2. 1.

Poſtquam, non tantum praeterito, ſed & praeſenti tempori adjungitur. *Phorm.* Prol. 1.

Poſtulare, eſt querelam dicere de altero apud alterum. *And.* IV. 1. 15.

Potiri τῶν μέσων fuit. *Phorm.* III. 1. 5.

Praedicamus, ut res ſunt : *Laudamus* extollendo. vel, *praedicamus* voce : *laudamus* argumentis. *Eun.* III. 5. 17.

Pravum eſt, quod & ipſum laedit facientem : *Malum*, quod alios tantum. *Adelph.* III. 3. 36.

Precator nullus ex animo poſtulabat veniam ſervo. *Phorm.* I. 2. 93.

Probus, Terentii interpres. *Adelph.* III. 2. 25. *Phorm.* I. 3. 3. reprehenditur. *Phorm.* V. 8. 16.

Procare, eſt petere. *Hec.* I. 2. 84. unde & *Proci* dicti ſunt, qui filias alienas in matrimonium petierunt. *ibid.*

Proclive eſt porro inclinatum, vel pronum inclinatumque. *And.* I. 1. 51.

Prodambulare delicatorum eſt. *Adelph.* V. 1. 4.

Produci res venales dicuntur. *Eun.* I. 2. 54.

Proficiſci in rem aegram ac difficilem dicimus. *And.* III. 4. 21.

Prologi officium eſt, argumentum narrare. *And.* Prol. 6.

Promiſſio & *Pollicitatio* eandem vim habent ; ſed pollici-

pollicitatio majoris aſſeverationis eſt. *And.* II. 3. 27.

Proprium, perpetuum. *And.* IV. 3. 1. V. 5. 3.

Prorſum, prius verſum: *rurſum*, retro verſum. *Adelph.* I. 1. 46.

Prorſus, quaſi porro verſus. *And.* III. 2. 30.

Proſa oratio, quam non inflexit cantilena. *Eun.* II. 3. 14.

Protervus eſt, qui dum aliis obvius eſt, proterit. *Hec.* III. 5. 53.

Πρωτότοκος puerpera primum pariens. *And.* III. 2. 10.

Providemus nobis tam bonum, quam malum. *And.* I. 3. 3.

Proximi & *Propinqui* dicuntur, qui nobis chari eſſe debent. *And.* IV. 1. 12.

Prudentia naturalis eſt: *gnaritus* extrinſecus venit. *Imprudens* per ſe: *ignarus* per alios. *Eun.* I. 2. 56.

Publicani. vide *Magiſtri tributorum.*

Pudere ad dedecus: *pigere* ad dolorem refertur. *pudet*, quod turpe eſt: *piget*, quod dolet. *Adelph.* III. 3. 37.

Puerpera ſtatim a partu lavari ſolita. *And.* III. 2. 3. unde dicta. *ibid.* 10.

Pugil dictus eſt a pugna. *Hec.* Alt. Prol. 25.

Pugnus a *pugna* dictur; aut ab illo *pugna*. *Adelph.* II. 1. 17. *Hec.* Alt. Prol. 25.

Purgat, qui fatetur, & ſic defendit: *refellit*, qui negat. *Hec.* II. 2. 12.

Pus eſt omnis humor corpori oneroſus. *Eun.* III. 5. 26.

Putare eſt ejus, qui ſimplicitate pectoris aberravit. *And.* I. 5. 86. *Putare* purgare eſt. unde & arbores, & vites *putare* dicimus. *And.* II. 6. 11. *Putare* proprie eſt falſa & caſſa a veris & utilibus reſecare. unde arborum purgatores *putatores* dicuntur. *Adelph.* V. 3. 10. *Putamus* inſtantia: *reputamus* praeterita. *Eun.* IV. 2. 4.

Pytiſſare proprie eſt parce vinum guſtare, quaſi tentandi gratia. *Pytiſſando*, id eſt, expreſſis labris exſpuendo, dum ſaporem vini probat. *Heaut.* III. 1. 48.

Q.

Q*Uadrupes*, vel ligaturae genus, vel ſervus manibus & pedibus ligatus. *And.* V. 2. 24.

Quaerit, qui ad plenum & perpetuum reponit: *Quaeritat*, qui vix quotidie inquirendo victum invenit. *And.* I. 1. 48.

Quaeſtus a *quaerendo* dictus. *Eun.* II. 1. 4.

Quid agis? formula vel perturbati. *And.* I. 1. 107. vel convenit invectionis principio, vel objurgationis. *Adelph.* I. 1. 35.

Quid iſtuc? concedentis & veluti victi verbum. *And.* III. 3. 40.

Quieſcere ille dicitur, qui eſt inſolens & inquietus. *And.* Prol. 22.

Quin corripiendi vel imperandi vim habet. *Phorm.* III. 2. 1.

Quiritari, Quirites conclamare. *Adelph.* II. 1. 1.

Quis, & *Aliquis*, & *Quiſquam*, non obſervabant quo genere, aut quo numero declinarent. *Adelph.* IV. 4. 24.

Quis hic loquitur? principium Terentianum, in jungendis perſonis. *And.* I. 5. 32.

Quis tu es? ad dignitatem refertur. *Quis mihi es?* ad neceſſitudinem, id eſt, frater aut cognatus. *And.* IV. 1. 11.

Quiſquam etiam feminino genere uſurpatum veteribus. *Eun.* II. 3. 82.

Quod fauſtum felixque ſit. dicebant veteres aliquid aggreſſuri. *Phorm.* I. 2. 81.

R.

R*Aptio* ad perſonam refertur; *Rapina* ad rem: *Raptus* ad ſtuprum, ſi volumus proprie loqui. *Adelph.* III. 3. 2.

Recte. ſic dicimus, cum ſine injuria interrogantis aliquid reticemus. *Hec.* III. 2. 20. *Recte*, pro eo, quod eſt, *Nihil*. *Eun.* II. 3. 50.

Redeunt bona in familiam, ſi non eſt heres de proximo, aut ex teſtamento. *And.* IV. 5. 4. *Adelph.* II. 2. 28.

Refellit, qui negat: *purgat*, qui fatetur, & ſic defendit. *Hec.* II. 2. 12

Refutatio in rem eſt: *confutatio* in perſonam. *Phorm.* III. 1. 13.

Reginae, pro divitibus. *Eun.* I. 2. 88.

Remorari a *remora*, piſce minutiſſimo, qui naves retinet. *And.* IV. 3. 24. *Eun.* II. 3. 50.

Reputamus praeterita: *putamus* inſtantia. *Eun.* IV. 2. 4.

Requieſcit defeſſus: *ceſſat* deſidioſus. *Eun.* III. 1. 15.

Rerum natura in tria dividitur, Coelum, Terram, Maria. *Adelph.* V. 3. 4.

Res, & lis, & negotium meretricis, & patrimonium, & omnis pecunia nominatur. *Adelph.* II. 2. 12.

Res ſervit divitibus, quia abundant: *Rei ſerviunt* pauperes, quia ſe coartant ad anguſtias rei. *Hec.* II. 1. 27.

Reſciſcere eſt, cum, quod de induſtria celatur, vix argumentorum vi agnoſcitur. *Hec.* II. 1. 11. *Reſciſcunt*, ad quos pertinet: & *reſciſcunt*, qui neſciunt: *ſciunt*, qui negligunt. Et *reſciſcimus* ex alio: *ſcimus* etiam per noſtram opinationem. *Reſcire* eſt recognoſcere, & vix invenire, quod quis neſcierit. *Hec.* V. 4. 28.

Reſcribere dicebant pro *Renumerare*. *Phorm.* V. 7. 29.

Reſpicere, eſt proprie retro adſpicere, ſed & non obliviſci illius, quem praecedis felicitate. *And.* V. 6. 11.

Reſtituimur iis, quibus nos volumus: *Reddimur* iis, qui nos volunt. *Eun.* I. 2. 67. *Redditur* & *Reſtituitur* cupiens cupientibus, ut parenti filius. *Eun.* IV. 6. 8.

Retinet, qui adverſum aliquem tenet. *Adelph.* I. 1. 33.

Rhamnus, pagus Atticae eſt. *And.* V. 4. 27.

Ridet, qui ſimpliciter ridet: *deridet*, qui cum alterius irriſione & contemtu ridet. *Adelph.* V. 3. 66.

Rivales qui, & unde dicti. *Eun.* V. 9. 42.

Rurſum, retro verſum: ut *prorſum*, prius verſum. *Adelph.* I. 1. 46.

S.

SAcellum, ſacra cella. *Adelph.* IV. 2. 37.

Sal, neutraliter condimentum eſt, maſculine ſapientia. *Eun.* III. 1. 10.

Saltem, a captivis natum, qui nihil aliud praeter *ſalutem* a victore petunt. *Adelph.* II. 2. 41.

Sanguinolentus a matre infans. *And.* III. 2. 6.

Sanguis noſter, res & ſumtus dicitur. *Phorm.* I. 1. 12. & 13.

Sat habeo. ſic antiqui, pro *ſufficit*, dicebant. *And.* II. 1. 35.

Saxum volvere. proverb. *Eun.* V. 9. 55.

Sceleroſus eſt multorum: *ſceleſtus* vel unius. *ſceleroſus* proprie auctor eſt ſceleris: *ſceleratus*, in quo ſcelus ſit conſtitutum vel commiſſum. *Eun.* IV. 3. 1.

Scilicet ſemper cum *εἰρωνείᾳ* ponitur. *And.* I. 2. 14.

Scimus, quod certum eſt: *noſcimus*, quae adhuc incerta deſideramus. *And.* I. 1. 26. *Scimus*, quae ad nos deferuntur: *reſcimus* celata. *Hec.* I. 2. 114.

Scirpus paluſtris res, & leviſſima. ſine nodo, & levis junci ſpecies. *And.* V. 4. 38.

Scitus & *pulcher* differunt. *And.* III. 2. 6. *Hec.* V. 1. 12.

Scorti ὄνομα. *Eun.* III. 1. 34.

Scrupulus a *ſcrupo* lapide dictus, lapillus minimus. *And.* V. 4. 37. *Adelph.* II. 2. 21.

Secretum latens latici comparatur, intra vas clauſum exiſtenti, quod quum effunditur, *manat*. *Adelph.* II. 4. 19.

Sectae Philoſophorum a *ſectando* dictae. *Eun.* II. 2. 31.

Sectari proprie eſt, ut taurus buculam, ut aries ovem. *Phorm.* I. 2. 36.

Sedere proprie ignavae ceſſationis eſt. *Adelph.* IV. 5. 38.

Sedulo. ſecus a dolo, i. e. ſine dolo. *Adelph.* I. 1. 25. III. 3. 59.

Segregari proprie ab meretrice dicitur: ab uxore *disjungi*. *Hec.* V. 2. 30.

Sempiternum proprie de Diis dicitur. *And.* V. 5. 3. differt a *perpetuo*. *ibid.*

Senex. i. e. herus major. *Hec.* I. 2. 1.

Senex atque anus. inceptio fabulae. *Hec.* IV. 3. 15.

Sententiae graves ex perſona ſervorum quum dicuntur, ridiculae ſunt, & eo conſilio interponuntur. *Phorm.* I. 2. 88.

Sentire dicitur, qui vix colligit ſe, vixque animadvertit. *And.* V. 3. 11.

Sepulchri ἔτυμον varium. *And.* I. 1. 101.

Sequi matrem dicuntur pecora recens nata. *Hec.* IV. 4. 27.

Sermonem quaerere, quid. *Eun.* III. 3. 10.

Servi dicti, qui *ſervati* ſunt, quum eos occidi oporteret jure belli. *Adelph.* II. 1. 28. *Servi* ſaepe dominis ſapientiores in Palliata Comoedia, non in Togata. *Eun.* I. 1. 12. & 13. *Servorum nomina* a nationibus impoſita. *Adelph.* V. 9. 16. *Servus* magiſter ad nequitiam. *Adelph.* IV. 1. 13. *Servos garrulos* & ſententioſos amat Comoedia; triſtes & parce loquentes Tragoedia. *Phorm.* I. 1. 7.

Servitus juſta, in qua nihil iniquum jubetur: *clemens*, in qua etiam de juſto multum remittitur. *And.* I. 1. 9. *Servitus* pro dominatu. *ibid.*

Sexaginta anni ſunt aetas Comicorum ſenum. *Adelph.* V. 8. 15.

Signum eſt parva quaedam ſignificatio, indicans totius rei qualitatem. *And.* V. 3. 7.

Silicernium unde dictum. *Adelph.* IV. 2. 48.

Similia dicere de proximo amabant veteres. *And.* I. 3. 13.

Sincerum. purum, ſine fuco, & ſimplex; ut mel *ſine cera*. *Eun.* I. 2. 97.

Sis, ſi vis. additum imperativis ad contumeliam minuendam. *Eun.* IV. 7. 29.

Sobrini vel conſobrinorum filii, vel de ſororibus nati, quaſi ſororini. *And.* IV. 5. 6.

Sobrius eſt ſanae mentis, quaſi *ſebrius*, hoc eſt, ab ebrio ſeparatus. *And.* IV. 4. 39.

Sodes. ſi audes. *And.* I. 1. 58.

Solers, quaſi *ὅλος ἀρετή*, ſolus in arte. *Eun.* III. 2. 25.

Sollicitudo eſt, quae inhaeret mentibus: *Sollicitatio*, quae ab alio ſit. *And.* I. 5. 26. *Sollicitudo* rerum incertarum magis eſt. *ibid.* 34.

Sors eſt ſumma, cui extrinſecus acquiritur foenus. *Adelph.* II. 2. 35.

Spectare fabulam eſt probare. *And.* Prol. 27.

Spectator. probator, ut, *pecuniae ſpectatores* dicuntur. *Eun.* III. 5. 18.

Speramus ad diem: *exſpectamus* ante diem. *Adelph.* I. 2. 29.

Spes & *metus* duo carnifices futurarum rerum ſunt. *And.* V. 4. 34.

Spes & *exſpectatio* differunt. *Eun.* I. 2. 115.

Spoliare. mutilare. lacerare, qui differant. *Hec.* I. 1. 8.

Sponſa.

Sponſa. Quatuor ſunt, quae in ſponſis quaeruntur: *forma*, *probitas*, *dos*, *nobilitas*. *Phorm.* I. 2. 70.

Statim. perpetuo, aequaliter, & quaſi uno ſtatu. *Phorm.* V. 3. 7.

Statura corpori adſcribitur: *ſtatus* ad habitum refertur. *Eun.* III. 5. 50.

Stellio, quale animal. *Eun.* IV. 4. 22.

Stillare, eſt guttas emittere ex corpore: *Exſtillare*, ipſum corpus guttatim finire. *Phorm.* V. 7. 82.

Studium, eſt voluntas hominis attentior atque impenſior. *Hec.* II. 1. 5.

Suademus facilia: *perſuademus* difficilia. Et *ſuadere* facientis eſt: *perſuadere* perficientis. *Adelph.* III. 3. 6.

Sub. temperamentum eſt plenae pronunciationis. ut *ſubtriſtis*. *ſubridet*, non ad plenum triſtis, aut ridet. *And.* II. 6. 16.

Succenſere potioris eſt. *ſuccenſere*, in re gravi & juſta iraſci. *And.* II. 6. 17.

Succus, eſt humor in corpore, quo abundant bene valentes. *Eun.* II. 3. 26.

Sunium, promontorium eſt Athenienſium; & in eo forum rerum venalium, *ἐμπόριον*. *Eun.* I. 2. 35.

Superſtes, ſalvus. *ſuperſtites*, ſenes & anus. *And.* III. 2. 7.

Superſtitioſus a *ſuperſtes* dictus, qui Deos timet nimis, quod ſignum eſt deliramenti. *And.* III. 2. 7.

Sycophantae eſt perturbare rem bonam, & curare malam. *And.* V. 4. 18.

Συγκοπή. *Eun.* II. 3. 30.

Συγχώρησις. *Adelph.* II. 1. 34.

Σύλληψις, figura. *And.* Prol. 3. III. 2. 14. III. 5. 1. & 18.

T.

T*Aberna*, quaſi *trabena*, a validioribus dicta trabibus, quibus ſuperiora ſuſpenſa ſunt. *Adelph.* III. 3. 5.

Tacemus conſilia: *reticemus* dolores: *obticemus*, quorum nos pudet. *Eun.* V. 1. 4.

Tacere. ſecurum eſſe. *And.* II. 3. 25.

Taciturnitas obſervantiae genus, in ſilentio conſtituta, & in celando ſecreta. *And.* I. 1. 7.

Taciturnitas confeſſionis genus eſt, praeſertim contra adverſarii interrogationem. *Eun.* III. 2. 23.

Tangere & *attingere* differunt. *Adelph.* II. 1. 24.

Tanto nequior. formula. *Adelph.* IV. 1. 12.

Tardus. varie ſumitur. *Eun.* V. 9. 49.

Temnor, *παρὰ τὸ τέμνομαι*, caedor, & rejicior. *And.* III. 2. 12.

Tempus fert. ſubaudi, *ſe*. *And.* I. 2. 17.

Temulentus a *temetum* dicitur. unde *abſtemius*, ſobrius. dictum autem *temetum* ab eo, quia tentet mentem. *And.* I. 4. 2.

Terentius Epicurum ſecutus eſt. *And.* V. 5. 3. *ἁμάρτημα* Comicum admittit. *Eun.* II. 2. 26. erroris arguitur. *Eun.* IV. 4. 22. Homerum imitatur. *Adelph.* IV. 2. 38. & Caecilium. *Adelph.* IV. 7. 43. A Menandro quandoque recedit. *Adelph.* V. 8. 15. Caecilio comparatur. *Hec.* Alt. Prol. *init.* Defenditur a Donato. *Hec.* III. 4. 26. Multa feliciter auſus eſt, arte fretus. *Hec.* V. 2. 8. Deterior Menandro judicabatur, ob ſtilum. *Phorm.* Prol. 5. Erroris accuſatur. *Phorm.* Prol. 26. Diſcedit ab Apollodoro. *Phorm.* I. 2. 41.

Teſtimonium vel *manifeſtum* eſt, vel *coecum*. *And.* V. 4. 28.

Theſaurus. fabula L. Lavinii, damnatur ex uno loco. *Eun.* Prol. 9. ſeqq. ejus argumentum. *ibid.*

Tmeſis, figura. *And.* I. 1. 36.

Tranſdere veteres ſonantius, quod nos lenius dicimus *Tradere*. *Phorm.* Prol. 2.

Triſtis ad laudem interdum ſumitur, non ad amaritudinem. *And.* V. 2. 16.

Τρόφιμος, herilis filius. *And.* III. 4. 23. *Eun.* II. 2. 58.

Tuber eſt genus cibi, collectum ex tumentibus, & quaſi praegnantibus arenis. *Adelph.* II. 2. 37.

Tyranni Athenis ſemper oppreſſi. *Adelph.* II. 1. 21.

V.

V*Ae*, interjectio in his rebus, quas exſecramur. *And.* II. 1. 2.

Vale, & diſcedentibus, & mortuis dicitur. *And.* IV. 2. 13.

Valeant, renunciationis & imprecationis eſt verbum. *ibid.*

Varro laudatus. *Eun.* II. 2. 25.

Veneficus, quo ſenſu dicatur. *Eun.* IV. 3. 6.

Venire in mentem dicuntur & quorum recordamur, & quae conſideramus. *Phorm.* I. 3. 2.

Venter. de paraſito. *Phorm.* V. 7. 95.

Verbenae ſunt omnes herbae frondeſque feſtae ad aras coronandas. vel omnes herbae frondeſque ex aliquo loco puro decerptae. dictae autem quaſi *herbenae*. *And.* IV. 3. 11.

Verba commutare proprie eſt, quod *altercari* dicimus. *Phorm.* IV. 3. 33.

Verbum, pro ſententia. *Eun.* I. 2. 95. & 98. *Adelph.* V. 8. 29. *Verbum*, vera ſententia. nam *verba* eſſe a *veritate* dicta, teſtatur Varro. *Adelph.* V. 8. 29.

Vertumnus, qualis Deus. *Adelph.* II. 1. 37. IV. 7. 10. *Hec.* I. 2. 121.

Veterator, eſt vetus in aſtutia, & qui in omni re callidus eſt. *And.* II. 6. 26.

Veterno ſus quis. *Eun.* IV. 4. 21.

Vetus, plerumque ad laudem: interdum ad vituperationem. *And.* Prol. 7.

Vi, *clam*, *precario*, Tria ſunt, quibus non rite

res agitur. *Eun.* II. 3. 27.
Viceris, qualis formula. *And.* V. 3. 21.
Vicinitas meretricum prima amoris illecebra. *Eun.* II. 3. 67.
Videre, pro Vigilare. *Eun.* I. 1. 28. *Videre & pati* facit experientes & ſcientes rerum. *Adelph.* III. 1. 3.
Victus quis. *Eun.* IV. 4. 21.
Vincula irae extremum ſunt in Comoedia, ne quid fiat Tragicum. *And.* V. 2. 24
Violento civiliter reſiſti ſolet. *Eun.* IV. 6. 30.
Vir modo, non ad ſexum, nec ad aetatem dicitur, ſed ad laudem. *Eun.* II. 3. 15. *Vir* ad maritalem conditionem refertur quandoque, non ad ſexum. *Hec.* IV. 1. 8. *Vir*, ad vituperationem cum ironia: ad laudem ſine ironia. *And.* II. 6. 5.
Virtutis quatuor ſpecies generales. *And.* I. 1. 4. *Virtutes* pro flagitiis per εἰρωνείαν dicebant veteres. *Adelph.* II. 1. 22. *Virtutes* ſunt perfecti ſapientis, vel divi alicujus. *Adelph.* IV. 1. 20.
Viſa dicuntur omnes ſenſus, ab eo, quod eſt certiſſimum oculorum. *Eun.* III. 2. 1. *Viſa* vel corporis, vel animi ſunt: hoc eſt, rationis, vel ſenſus. *Phorm.* V. 1. 8.
Vitio creati Coſſ. dicuntur. *Hec.* Prol. 2.
Vituperare, eſt mala vitio dare, & etiam bona. *And.* Prol. 8. Vitium rei parare. *ibid.* 15.
Unus pro Quidam. *And.* I. 1. 91.
Vocalis geminata non facit unam ſyllabam. *And.* I. 2. 2.
Verſuram facere dicitur, qui aes alienum ex aere alieno ſolvit. dicitur etiam *verſuram facere*, cum minore foenore acceptam quis pecuniam majore occupat. *Phorm.* V. 2. 15.
Utimur fructibus rei, quae ab amantibus ſalvo uſu nobis ſubminiſtratur: *abutimur*, quando deperdimus & rem, & fructum. *And.* Prol. 5.
Vultus movetur & fingitur: *forma* immobilis eſt & naturalis. *And.* I. 1. 92. & 93.
Uxor dicitur, vel ab ungendis poſtibus, & figenda lana: id eſt, quod, quum puellae nuberent, maritorum poſtes ungebant, ibique lanam figebant. vel quod lotos maritos ipſae ungebant. *Hec.* I. 2. 60.

Y.

Ὑπέρβατον. *Eun.* IV. 7. 15.
Ὑπερβολὴ *expreſſiſſima.* *Eun.* II. 2. 54.
Ὑπόζευξις. *Phorm.* I. 3. 10.
Ὑποκόρισμα. *Adelph.* V. 2. 11.
Ὑποφορά. *And.* I. 5. 23. *Phorm.* I. 3. 7. V. 2. 16.
Ὑστερολογία. *And.* II. 1. 15.
Ὑφὲν. *And.* I. 2. 4. & 8.

Z.

Ζεῦγμα. *And.* III. 2. 14. *Phorm.* V. 5. 8.

Digitized by Google

INDEX
AUCTORUM VETERUM,
Qui in Commentario vel tentati, vel expliciti ſunt.

AElianus. *Hec.* III. 1. 6. Add.
Ausonius. *Heaut.* II. 3. 123.
Caesar. *Hec.* IV. 2. 20.
Cato. *Heaut.* V. 2. 10.
Charisius. *Hec.* II. 2. 6.
Cicero. *And.* I. 1. 69. Add. I. 2. 34. III. 3. 30. V. 4. 18. *Eun.* II. 1. 24. *Heaut.* I. 1. 35. III. 1. 49. *Adelph.* III. 2. 15. Add. III. 2. 30. *Hec.* III. 5. 4. Add. *Phorm.* II. 4. 14. Add.
Florus. *And.* I. 1. 137. Add.
Gellius. *And.* I. 1. 80. Add.
Horatius. *Heaut.* I. 1. 25.
Isidori Gloſſarium. *And.* II. 6. 26.
Justinus. *And.* II. 6. 11.
Juvenalis. *Eun.* V. 2. 22.
Livius. *Adelph.* II. 1. 29. Add.
Lucilius. *Adelph.* II. 2. 37. Add.
Martialis. *Eun.* III. 1. 36.
Menander. *And.* I. 2. 28.
Nepos. *Eun.* I. 2. 81.
Ovidius. *And.* I. 1. 49. III. 4. 7. *Phorm.* II. 2. 26. Add.
Pacuvius. *Heaut.* I. 1. 33. Add.
Persius. *Heaut.* I. 1. 25.
Petronius. *Heaut.* I. 1. 25.
Phaedrus. *Heaut.* III. 1. 72. *Adelph.* I. 2. 16.
Plautus. *And.* I. 4. 8. *Heaut.* II. 2. 3. III. 3. 44. IV. 5. 7. *Adelph.* III. 3. 4. *Hec.* III. 1. 31. *bis.* *Phorm.* I. 2. 26. I. 3. 4. III. 2. 15. V. 7. 47.
Sallustius. *And.* I. 3. 19. *Phorm.* II. 1. 4. Add.
Seneca. *And.* III. 2. 4.
Servius. *And.* I. 1. 55. Add. *Heaut.* I. 2. 18.
Suetonius. *Eun.* I. 1. 23. Add.
Varro. *Eun.* V. 4. 14.
Virgilius. *Adelph.* I. 2. 5.
Vulgatus Interpres. *Hec.* II. 2. 18.

TESTIMONIA
SCRIPTURAE SACRAE,
Quae paſſim in Commentario laudantur.

Genes. II. 24. *Hec.* III. 5. 31. IX. 25. *Adelph* I. 2. 60. XVIII. 1. *Adelph.* V. 3. 62. Add. XX. 6. *Eun.* II. 3. 81. XXIV. 31. *Eun.* I. 2. 7. Add. XXIV. 36. *Heaut.* I. 1. 98. XXIV. 64. 65. *Heaut.* II. 4. 23. XXVI. 8. *Eun.* II. 3. 81. XXXI. 40. *Heaut.* III. 1. 82. XXXIX. 14. *Hec.* I. 2. 74. XL. 14. *And.* V. 6. 11. L. 23. *Adelph.* III. 2. 35.
Exod. XXIII. 3. *Phorm.* II. 1. 46.
Levit. XIX. 15. *Phorm.* II. 1. 46. XXV. 49. *Phorm.* I. 1. 9. Add.
Num. XXXVI. 6. *Adelph.* IV. 5. 18.
Deut. VI. 7. *Adelph.* V. 3. 49. Add. XXXII. 23. *And.* IV. 1. 16.
Jos. IV. 13. *Heaut.* I. 1. 93. Add.
Jud. XIX. 25. *Hec.* I. 2. 74. & *Phorm.* II. 3. 66.
Ruth. I. 4. *Heaut.* I. 1. 93. Add. I. 16. 17. *Phorm.* III. 3. 23.
1. Sam. XXII. 2. *Heaut.* I. 1. 93. Add. XXV. 22. *Phorm.* III. 2. 6.
2. Sam. II. 14. *Hec.* II. 1. 6. IV. 10. *And.* II. 5. 20. XVI. 10. *Adelph.* IV. 5. 44. XVIII. 32.

Digitized by Google

Eun. IV. 3. 13. & *Heaut.* III. 1. 22.
2. Reg. I. 50. *Heaut.* V. 2. 22.
Job. XVI. 4. *And.* II. 1. 10. XVII. 1. *Adelph.* III. 2. 16. XL. 15. *Adelph.* III. 3. 23.
Psalm. I. 4. *Phorm.* V. 7. 79. XXXIV. 13. *Adelph.* V. 4. 13. LXXXVIII. 4. *Heaut.* IV. 8. 29. LXXXIX. 31. *And.* I. 1. 28. Add. CIII. 5. *Heaut.* III. 2. 10. CIV. 26. *Adelph.* III. 3. 23. CXXXIII. 1. *Adelph.* II. 3. 3.
Proverb. XXVI. 11. *Hec.* IV. 4. 69.
Jes. XXXI. 1. *And.* II. 2. 13. XL. 11. *Adelph.* IV. 5. 75. XL. 31. *Heaut.* III. 2. 10. LIII. 4. *Adelph.* II. 3. 10.
Zachar. II. 8. *Adelph.* IV. 5. 67.
Matth. I. 20. *And.* I. 3. 14. VI. 12. *Eun.* V. 2. 22. VIII. 17. *Adelph.* II. 3. 10. VIII. 24. *And.* II. 2. 23. X. 14. *Phorm.* IV. 1. 20. XIV. 17. *And.* II. 3. 23. XX. 75. *Phorm.* V. 8. 64. XXII. 3. *Heaut.* I. 1. 119. XXII. 13. *And.* V. 2. 24. Add. XXV. 1-8. *Adelph.* V. 7. 9. XXV. 27. *Phorm.* V. 7. 29. XXVI. 64. *Phorm.* II. 3. 49. XXVII. 4. *And.* 2. 6. 25. XXVII. 16. *Eun.* V. 7. 20.
Marc. I. 7. *Heaut.* I. 1. 72. VI. 36. *And.* II. 2. 23.
Luc. I. 12. *Heaut.* II. 4. 15. I. 35. *And.* I. 3. 14. I. 46. *Hec.* II. 2. 18. III. 8. *And.* III. 2. 12. III. 23. *Heaut.* I. 1. 93. IV. 29. *And.* II 3. 8. IV. 32. *Heaut.* Prol. 13. V. 19. *Eun.* III. 5. 40. VIII. 55. *And.* III. 2. 4. IX. 3. *And.* II. 2. 32. XI. 5. *Eun.* II. 2. 49. XI. 27. *And.* I. 1. 71. Add. XI. 46. *Eun.* IV. 6. 2. XII. 15. *Adelph.* I. 2. 26. XII. 42. *Phorm.* I. 1. 9. XIV. 17. *Heaut.* I. 1. 119. XV. 24. *Heaut.* III. 1. 22. XV. 30. *Phorm.* II. 3. 16. XVIII. 5. *And.* II. 2. 11. XXII. 70. *Phorm.* II. 3. 49. XXIII, 42. *And.* V. 6. 11. XXIII. 43. *Heaut.* I. 1. 110. XXIV. 19. *Heaut.* Prol. 13.
Joh. II. 4. *Adelph.* IV. 5. 44. III. 29. *Adelph.* III. 3. 35. IV. 6. *Heaut.* I. 1. 93. Add. VIII. 56. *Adelph.* III. 3. 30. XI. 7. *And.* IV. 2. 25. Add. XI. 28. *And.* I. 4. 1. Add. XIII. 27. *And.* III. 2. 41. XVI. 6. *And.* II. 2. 2. XVIII. 13. *And.* V. 4. 21. XVIII. 37. *Phorm.* II. 3. 49. XIX. 1. *Hec.* IV. 1. 48. XIX. 19 *Heaut.* I. 1. 92 XIX. 30. *Phorm.* II. 2. 29. XX. 10. *And.* I. 3. 21. Add. XXI. 25. *Heaut.* II. 3. 13. XXI. 60. *And.* II. 2. 23. Add.
Act. Apost. II. 27. *Adelph.* IV 2. 43. Add. IX. 5. *Phorm.* I. 2. 28. XIII. 18. *Adelph.* II. 2. 10. XVII. 23. *Hec.* III. 3. 26. XIX. 34. *And.* I. 2. 69. Add. XX. 9. *Heaut.* III. 1. 72. XXII. 25. *Adelph.* II. 1. 28. XXVIII. 4. *Eun.* II. 3. 34.
Rom. I. 31. *Heaut.* IV. 1. 22. II. 15. *And.* I. 5. 48.
1. Corinth. I. 17. *Hec.* V. 4. 2. VII. 1. *Eun.* II. 3. 81. VII. 5. *Adelph.* I. 2. 73.
2. Corinth. I. 22. *Heaut.* III. 3. 42. VI. 10. *Eun.* II. 2. 12. VI. 14. *Phorm.* IV. 3. 47. VIII. 9. *Eun.* II. 2. 12. XI. 33. *Heaut.* III. 1. 72.
Gal. II. 16. *And.* IV. 1. 40. IV. 15. *Adelph.* IV. 5. 67.
Ephes. I. 14. *Heaut.* III. 3. 42. III. 8. *Eun.* III. 2. 36.
Philipp. IV. 8. *Hec.* III. 3. 27. IV. 16. *Adelph.* V. 9. 24.
1. Thessal. IV. 4. *Eun.* V. 5. 15.
2. Thessal. II. 7. *Phorm.* V. 7. 74. Add.
1. Timoth. II. 11. *Heaut.* V. 3. 4.
2. Timoth. I. 4. *And.* II. 2. 2. IV. 7. *Adelph.* V. 4. 6.
Tit. I. 12. *Phorm.* V. 7. 95.
Philem. ỳ. 18. *Eun.* IV. 3. 19.
Hebr. V. 1. *Hec.* II. 2. 31.
1. Petr. III. 3. *Eun.* V. 4. 12. & *Heaut.* II. 3. 7. III. 10. *Adelph.* V. 4. 13.
2. Petr. II. 22. *Hec.* IV. 4. 69.
Apocal. I. 8. *And.* V. 6. 17. VIII. 10. *Hec.* V. 4. 3.

ADDENDA
AD COMMENTARIUM
TERENTII.

AND. PROLOGUS.

4.] SAlluſt. Jug. 7. *Ea res* longe aliter, *ac ratus erat*, evenit.

5. Cic. Fam. IX. 6. *Quae igitur ſtudia, magnorum hominum ſententia, vacationem habent etiam publici muneris, iis concedente republica cur non* abutamur?

7. MALEDICTIS.] Sic *Phorm.* Prol. 3. & 16. ſed contra 21.

Benedictis *ſi certaſſet, audiſſet bene.*

De conſtructione vocabuli vid. Cellar. Antib. 230. & Cur. Poſter. 235.

8. VITIO DENT.] *Adelph.* Prol. 3. III. 3. 64.

9. MENANDER.] Quinctil. Inſtit. Orat. X. 1.

10. QUI UTRAMVIS RECTE NORIT, AMBAS NOVERIT.] Sic Phorm. II. 1. 35.

15. ID ISTI.] Goveanus, ISTI ID, ex Libris antiquis, ob metrum.

16.] Adde Petron. cap. 108. & Burm. ad Phaed. III. 11. 5.

17.] Sed & Fr. Sanctius videtur legiſſe, Ne. Is enim hunc locum reſpiciens ſcribit Minerv. II. 9. init. *Rogabo ego illos, cur velint artes confundere, & facere,* ut ne intelligendo nihil intelligant? Simile ὀξύμωρον eſt in illo Horatii, Carm. I. 34. 2.

Inſanientis *dum* ſapientiae
Conſultus erro.

20. AEMULARI.] Proprie de rivalibus. Sic *Eun.* II. 1. 7. Sed h. l. eſt imitari. Horat. Carm. IV. 2. 1.

22.] Cic. Catil. II. 9. *Sed eos hoc* moneo, deſinant *furere.* Martial. Lib. IX. Epigr. 11.

Deponas animos truces, monemus.

24.] Utrumque, *adeſſe* & *cognoſcere* etiam conjunxit Cicero, Nat. Deor. I. 6. *Sed ut* adſint, cognoſcant, *animadvertant, quid exiſtimandum ſit.*

ACT. I. SCEN. I.

1. ABITE.] Pacuvius, Teucro:

Faceſſite hinc omnes, parumper tu mane.

2. PAUCIS TE VOLO.] Sic infra II. 2. 8. & III. 3. 4.

DICTUM PUTA.] Cic. Fam. XII. 29. *Quae verba deſideret, iis me omnibus* uſum putato.

8. A PARVULO.] Sic *Adelph.* I. 1. 23. infra III. 3. 7. *A parvis. Heaut.* I. 2. 9. *Jam inde uſque a pueritia. Heaut.* II. 1. 2. *A pueris. Adelph.* III. 4. 48. *A pueris parvolis. Adelph.* V. 9. 5. *Uſque a pueris.* Cic. Fam. I. 6. *A teneris unguiculis.* Horat. Carm. III. 6. *De tenero ungui.* Gr. Ἐκ νέων. ἐκ νηπίου. ἐκ παιδαρίου. ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων.

9.] Adde *Adelph.* V. 4. 7. *Hec.* III. 5. 22.

11.] Adde *Adelph.* I. 1. 32. Cic. Orat. I. 31.

12. PERSOLVI.] Cic. pro Mil. 22. *Eſſe tamen illis meritum praemium* perſolutum. Adde Kocketti Indicem.

13. HAUD MUTO FACTUM.] Sic *Adelph.* IV. 7. 19. & 20. Plaut. Rud. III. 6. Cic. Fam. XIII. 36. *Caeſar dixit, nihil eſſe, quod de Mega vereretur:* beneficium ſuum in eo manere. Et Fam. XV. 1. *Approbavi tuum conſilium;* neque nunc muto.

15.] Feſtus: ADVERSUM *aut contrarium ſignificat, aut idem quod* ERGA.

16.] Adde Theophr. Charact. cap. 24. Cic. Fam. I. 9. *Quid multa? Queſtus eſt graviter: ſua merita* commemoravit. Et Fam. III. 5. *Confirmata amicitia & perſpecta fide* commemoratio *officiorum ſupervacanea eſt.* Adde P. Victor. II. 7.

19.] Cic. Catil. IV. 3. *Illa* praedicam, *quae ſunt Conſulis.*

24.] Meminit Cicero, de Invent. I. 19. Gr. ἐξ ἐφήβων ἐγένετο.

25.] Ovid. Triſt. IV. 10. 27.

Interea tacito paſſu labentibus annis,
Liberior *fratri ſumta mihique* toga *eſt.*

27.] Suet. Claud. 2. *Diu, atque etiam poſt tutelam receptam*, alieni arbitrii, & ſub paedagogo fuit.

28.] Sic *Phorm.* I. 3. 20. Caeſar B. G. II. 30. Pleriſque omnibus *Gallis prae magnitudine corporum ſuorum brevitas noſtra contemtui eſt.* Adde Taubm. ad Plaut. Epid. II. 1. 1. Ita etiam Pſalm. LXXXIX. 31. כל רבים עמים *Omnes multos populos.* Expoſuerat Gellius, VIII. 12. ad quem locum conſule omnino Chriſt. Falſteri Vigiliam primam Noctium Ripenſium. Vid. & J. C. Scalig. Art. Poët. VII. ult.

29.] Suet. Nerone, cap. 4. *Non minus aurigandi*

gandi arte in adoleſcentia clarus. Fr. Fabricius laudat Iſocratem in Areop. de veteri inſtituto Athenienſium: Τοὺς δὲ βίον ἱκανὸν κεκτημένους περί τε ἱππικὴν, καὶ τὰ γυμνάσια, καὶ τὰ κυνηγέσια, καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἠνάγκασαν διατρίβειν. Quorum quartum, τὰ γυμνάσια, i. e. *palaeſtram*, omiſit Terentius. Julian. Epiſt. ad Ecdicium: Ἄλλος μὲν ἵππων, ἄλλος δὲ ὀρνέων, ἄλλος θηρίων ἐρᾷ. Ἐμοὶ δὲ βιβλίων κτήσεως, ἐκ παιδαρίου δεινὸς ἐντέτηκε πόθος.

Ibid. *J. Fr. Gronovius.*] Idem ad Cic. Fam. V. 8. legit: *Ad dicendum ipſi poteſtatem fieri non oportere.*

34.] Hippocratis dictum: Πᾶν τὸ πολὺ πολέμιον τῇ φύσει. Leo, Nov. I. *Ubique eſt pulcherrimum*, ut ne quid nimis.

40. *Cicero de Amic.* 24.] Ubi vide Graevium. Adde Juſtin. VIII. 6. & Voſſ. Inſtit. Orat. IV. 1. 8.

41. Obsequium.] Citat Quinctilianus, Inſtit. Orat. VIII. 5.

42. Abhinc triennium.] Τὸ Abhinc ſeu accuſativo ſeu ablativo junctum de tempore praeterito dicitur, non de futuro. Sic *Hec.* V. 3. 24. *Phorm.* V. 8. 28. Dehinc contra.

43. Hue viciniae.] Sic *Phorm.* I. 2. 45.

Ibid. *Eſt autem vicinitas.*] Ovid. Metam. IV. Fab. 4. de Pyramo & Thisbe:

Notitiam primoſque gradus vicinia *fecit.*

44.] Adde: Petitur autem ex hac narratione Simonis, de inopia Chryſidis, & cognatorum negligantia color quidam Apologeticus, ſaltem ad minuendam culpam, non ad plene excuſandam. Conf. infra I. 5. 40.

45. *Solent ita jungi.*] Sic *Hec.* I. 1. 18. *Phorm.* V. 8. 35. Tacit. Germ. 19. *Non* forma, *non* aetate, *non opibus maritum invenerit.*

Ibid. *Demum.*] Pacuvius, Niptiis:

Aetate integra, *feroci ingenio*, *facie procera virum.*

47.] Horat. Serm. I, 2. 6.

Frigus quo duramque famem *depellere poſſit.*

Contra Cicero Off. I. 30.

48.] Virgil. Aen. VIII. 409.

tolerare colo vitam, tenuique Minerva.

Ibid. Victum quaeritans.] De diſcrimine inter *victum* & *cultum* vide Gotl. Cortium ad Salluſt. Catil. 37. n. 6. & Jug. 89. fin.

50] Cic. Fam. III. 9. *Si quem tibi* item unum alterumve *diem abſtulerit.*

Ingenium.] Primo & proprio ſenſu ipſum animum & ejus indolem notat totam. Sic infra 66. & 86. Cic. Inv. I. 45. *Inverecundum animi* ingenium *poſſidet.* Liv. I. 59. *Unde novum in Bruti pectore* ingenium.

51. Ab labore.] Herodian. Lib. XIII. c. 3.

54.] Cic. Mil. 14. *Qua in turba C. Vibienus, Senator, vir optimus* cum hoc *quum* eſſet una, *ita eſt mulcatus, ut vitam amiſerit.* Aliter tamen Suetonius, Caeſ. 14. *Sedentem una.*

55. Egomet continuo mecum.] Vide Cerdam ad Virgil. Aen. I. 37. & Servium ad d. l. ubi pro illis, Quia *vehementer* affectus eſt ſine conſcio, videtur legendum, *vehementior.*

Ibid. Captus est! habet!] Vide Cl. Duker. ad Flor. III. 10. 26. & Senec. Agamemn. 895. 896. & Cl. Burm. ad Quinctil. Declam. VIII. 16.

61.] Συμβολὴν κατίβαλε.

62. Item alio die.] Cic. Fam. III. 9. *Item unum alterumve diem.*

63. Nihil quidquam.] Vide Schott. Nod. IV. 16.

64. Spectatum.] Lucil. apud Non. *Tuam probatam mihi* & ſpectatam *maxime adoleſcentiam.*

66.] Cic. Fam. VI. 13. *Diutius velle videtur eos habere ſollicitos, a quibus ſe putat diuturnioribus* moleſtiis *eſſe* conflictatum. Porro autem quantum uſus & conſuetudo malorum ad corrumpendos mores faciat, docet Seneca, Epiſt. VII. de Tranq. cap. 7. de Ira, III. 8.

69.] Act. Apoſt. XIX. 34. Φωνὴ ἐγένετο μία ἐκ πάντων. Cic. Fam. II. 35. Uno ore, *cui plurimae conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum.* Quam lectionem immerito ſollicitat Gruterus. Videtur praeceſſiſſe nomen Viri, vel Aedilis, qui portae ſtruendae praefuerit. Quod nomen, ut ſatis notum ſuo aevo, omiſit Cicero. Virg. Aen. V. 615.

Et tantum ſupereſſe maris! vox omnibus una. Cic. Fam. IX. 14. *Atque haec* una vox *omnium eſt.*

71. Qoi.] Pronomen hoc eleganter inſeritur poſt *mea, tua, ſua, noſtra, veſtra.* Salluſt. Catil. 33. Jug. 85. Cic. Fam. I. 9. Quod ad ipſam ſententiam, non aliter Ovidius, Metam. IV. 322.

qui te genuere beati:
Et frater felix, & fortunata profecto,
Si qua tibi ſoror eſt, &, quae dedit ubera nutrix.

Ita illa de Servatore, apud Luc. XI. 27. Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ, οὓς ἐθήλασας. Petron. cap. 94. *O felicem, inquit, matrem tuam, quae te talem peperit!* Virgil. Aen. I. 605.

quae te tam laeta tulerunt
Secula, vel qui te talem genuere parentes?

75.] Adi Georg. Fabricii Caſtigationes ad Heaut. IV. 5. 31.

Ibid. Hic nuptiis dictos ast dies.] Pacuvius: *Gnatam deſpondit:* nuptiis hanc dat diem.

77.] Suet. Caeſ. 35. *Quatuor, quibus in conſpectum venit, horis.* Caeſar B. C. I. 48.

79. Metui a Chryside.] Fr. Fabricius e VII. Mſſ. Priſciani, lib. VIII. Hei, metui a Chryside.

80. Aderat frequens.] Suet. Vitell. 15. *Apud*

pud frequentes milites. Gell. XVI. 4. in Lemmate: *Uti milites ſcripti intra praedictum diem in loco certo* frequentarent. In eod. cap. circa finem: *Miles quum die, qui praedictus eſt, aberat, neque excuſatus erat*, infrequens *dicebatur.* Ita enim pro, *infrequens dobatur* legit Lipſius, Antiq. Lect. V. 4. Et Feſtus: Infrequens *appellabatur miles, qui abeſt, abſuitve a ſignis.* Plaut. Truc. II. 1. 19.

Ubi nil det, pro infrequente *eum mittas* militia *domum.*

Horat. Carm. I. 24. 1.

Parcus Deorum cultor & infrequens.

85.] Cic. Fam. VI. 7. *Armati ſtilum perſequitur: victi & nondum reſtituti quid faciet?*

86.] Spartianus in Ant. Caracalla, cap. 4. *Tractaque ſunt eorum per plateam cadavera, ſine aliqua* humanitatis *reverentia.*

91. UNAM.] Ita fere Virgil. Aen. V. 644.

Hic una *e multis.*

93. UT NIHIL SUPRA.] Cic. Fam. XIV. 1. *Piſonis humanitas, virtus, amor in omnes nos tantus eſt*, ut nihil ſupra poſſit. Et Fam. XV. 1. *Ut nihil poſſit ultra cogitari.* Attic. XIV. 23. *Brutus miſit ad me orationem ſuam. Eſt ſcripta eloquentiſſime ſententiis, verbis*, ut nihil poſſit ultra.

96.] Lucil. *Primum* facie *quod* honeſta
Accedis.

Ibid. PEDISSEQUAS.] De unico S. hujus vocis vid. Fr. Fabric.

98.] Cl. Graevios ad Cic. pro Dejot. 6. Inter *percellere animum* & *percutere animum* ita diſtingnit, ut illud ſit, in ſtuporem rapere & conſternare, hoc vero, ſuſpicionem in animo movere. Adde Lambin. ad Lucret. I. 13. & ad Horat. Epod. XI. 2. Bentlej. ad eundem locum, Burmannum ad Petron. CXI. & Drakenborch. ad Sil. II. 213.

Hoc ILLUD EST.] Virg. Aen. III. 558.

nimirum haec illa Charybdis.

100.] Plaut. Aſin. I. 1. 69. itidem ſervus ad herum de moribus filii:

Demiror, quid ſit, & quo evadat, ſum in metu.

102. FLETOR] Lucil. apud Non. v. *Praeficae:*

mercede quae
Conductae flent alieno in funere praeficae,
Multo, & capillos ſcindunt, & clamant magis.

103. AD FLAMMAM ACCESSIT.] Vide Barth. ad Stat. Silv. II. 1. 24.

105. BENE DISSIMULATUM.] Suet. Tib. 42. *Secreti licentiam nactus, & quaſi civitatis oculis remotus, cuncta ſimul vitia*, male *diu* diſſimulata. Ovid. Heroid. XVI. 7.

Sed male diſſimulo. *quis enim celaverit ignem,*
Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo?

Qui locus e Terentio expreſſus eſt. Phaed. I. 10. 10.

Te credo ſurripuiſſe, quod pulchre negas.

106. MEDIAM MULIEREM COMPLECTITUR.] Virg. Aen. II. 218.

Bis medium amplexi.

107. CUR TE IS PERDITUM?] Vide, quae in hanc locutionem conlegit Gotl. Cortius, ad Salluſt. Catil. 36. n. 4.

109.] Lucret. I. 34. ad Venerem, de Mavôrte:

in gremium qui ſaepe tuum ſe
Rejicit, *aeterno devinctus vulnere amoris.*

Galba ad Cic. Fam. X. 30. *Repente equum immiſi ad eam legionem tironum, quae veniebat ex caſtris, ſcuto* rejecto. i. e. in humerum injecto, nimirum ob Antonianos inſequentes. Aſin. Pollio ad Cic. Fam. X. 32. *Manibus ad tergum* rejectis.

113. INJICERE.] Barth. ad Stat. Theb. VI. 203. PROJICERE legit.

116. DEDERIT MALUM?] Sic *Eun.* III. 3. 2. Ulpian. l. 15. §. 1. ff. de Aedil. Edicto: *Aut juſſu ejus furtum ſive* damnum *cui* datum *ſit.*

118. INDIGNUM FACINUS.] Citat Quinctilianus Inſtit. Orat. V. 12.

119.] Sic infra I. 5. 38. *Heaut.* I. 1. 46.

125. PROPE ADEST.] Franciſcus Douſa, Jani F. ad Lucil. Sat. I. 13. *Prope abeſt.* Cic. de Senect. 21. *Propius abſum.* Ampliſſ. Vir, Gisb. Cuperus legebat ex Mſſ. PROPE EST. Vide omnino Cl. Burm. ad Petron. cap. 127. Idem Vir Cl. ad Quinctil. Inſtit. Orat. XI. 1. inter *more* & *modo* ita diſtinguit, ut illud notet aliquo exemplo & conſuetudine facere, hoc vero, legitimo fine, quem non egredi deceat.

127. QUIS IGITUR RELICTUS EST.] Gudius ad Phaed. I. 31. teſtatur, in Codice Vaticano legi, RELICUUS, i. e. *Reliquus.*

137.] Virg. Aen. 6. 11.

magnam cui mentem animumque
Delius inſpirat vates.

Attius, Erigona: *Sapimus* animo, *fruimur* anima, *ſine animo anima eſt debilis.* Flor. IV. 11. 3. *Ut* mente, *ita* animo *quoque & cultu deſciverat.* Ubi vide omnino Cl. Dukerum. Niſi tamen eo loco legendum: Ut mente, ita *mimo*, i. e. ſimulatione & exteriore ornatu. Sic II. 14. 3.

ACT. I. SCENA II.

4. init. DE uſu particulae SI vide Barth. ad Stat. Theb. IV. 366.

Ibid. SEMPER LENITAS.] Schott. Obſ. I. 9. & II. 42. Giſan. Ind. Lucret. v. *Semper - florens.* Cic. Catil. II. 3. *Nae illi vehementer errant, ſi illam meam priſtinam* lenitatem *perpetuam ſperant futuram.*

5.] Nepos Dione cap. 8. *Quum quemadmodum*

ſedaret, *neſciret*, *&* quorſum evaderent, timeret.

10. Oscitantes.] Ennius, Annal. X.

Oſcitat *in campeis caput a cervice revolſum.* Alii, Inter oscitantes. Atque ita Mſſ. Pall. omnes. neque aliter videtur in omnibus Codd. ſuis legiſſe Faernus; laudatque Fr. Hare. ita & Edit. Anon.

11.] Τὸ ut requirit jambicus, quo omiſſo fit trochaicus octonarius catalecticus.

20.] Editio Anonyma: Da. Miror, hoc quid sit. Si. Si quaeris, dicam. Et ita Editio Tarviſ. Convenit cum illo, *Eun.* III. 3. 17. *Haec cur quaeritet?*

Ibid. Graviter ferunt.] Sic *Eun.* I. 2. 1. *Hec.* II. 2. 10. Polyb. III. 13. βαρέως ἔφερον.

23.] Euripides, Hecuba. 743.

> Οὔτοι πέφυκα μάντις, ὥστε μὴ κλύων
> Ἐξιστορῆσαι σῶν ὁδὸν βουλευμάτων.

Divinus haud ſum, nec queam viam tuarum noſſe cogitationum.

28.] E Lyſiae oratione pro Eratoſthenis caede laudat Fr. Fabricius: *Σοὶ ἐν, ἔφη, ἔξεστι δυοῖν ὁπότερον βούλει ἑλέσθαι, ἢ μαστιγωθεῖσαν εἰς μύλωνα ἐμπεσεῖν, καὶ μηδέποτε παύσασθαι κακοῖς τοιούτοις συνεχομένην, ἢ κατειποῦσαν ἅπαντα τ' ἀληθῆ μηδὲν παθεῖν κακόν.* Servi vero ipſi loco aſinorum in piſtrinum detruſi per jocum & contumeliam *Aſini*, molae *Praeſepia* vocabantur. Quin Plautus, qui fertur quaſdam Comoedias in piſtrino ſcripſiſſe, *Aſinus* dictus eſt. Roſin. Antiq. I. 19.

29.] Cic. Fam. VI. 6. *Levat enim dolorem communis quaſi* legis *&* *humanae* conditionis *recordatio.*

31. Nihil circuitione usus es.] H. e. anfractibus, verborum ambagibus, Gr. Ἐφόδοις, περιόδοις. *Heaut.* II. 3. 77.

34.] Edit. Anonyma: Neque haud tu dicas. Ita & Edit. Tarviſ. Sed Mediolanenſis an. 1476. Neque tu dicas. Mſ. Graev. Neque tu hoc dicas.

Ibid. *Cato apud Feſtum.*] Alii Ennio tribuunt in Erechtheo. Livius Andronicus, Odyſſea:

> *Partim errant*, neque *nunc Graeciam redire*
> nequinunt.

Plaut. Menaechm. II. 3. 20.

> Neque *id* haud *immerito tuo.*

Lucil. Sat. III.

> *Oſtrea nulla fuit*, non *purpura* nulla *Pelori.*

Liv. II. 29. Ne praedictum negetis, *Patres Conſcripti, adeſt ingens ſeditio.*

ACT. I. SCENA III.

1. Segnitiae, neque socordiae.] Vid. Gotl. Cort. ad Salluſt. Catil. 4. Edd. Tarviſ. & Mediol. Secordiae.

3. Pessumdabunt.] *Καταποντίσουσι. βυθίσουσι. καταβυθίσουσι.* Eſt enim *peſſumdare* proprie ſubmergere. ſed &, pedibus ſubigere. Inde tranſlate, opprimere, obruere calamitatibus. Pessum adverbium eſt, i. e. deorſum, verſus pedes.

9.] Goveanus omiſit τὸ Ms.

10. Ad haec mala.] Caecilius, Obolaſte:

> *Quaeſo ne ad malum hoc addas malum.*

12.] Terentius imitatus Ennium, Annal. 1.

> *Audere eſt operae pretium.*

Ita & Horat. Serm. I. 2. 37. & Liv. III. 26. Sed Phaedrus, II. 5. 6.

> *pretium eſt operae attendere.*

13.] Liv. III. 47. *Tanta vis* amentiae *verius*, *quam* amoris, *mentem turbaverat.*

14. Quidquid.] Sic infra III. 1. 6. & Cic. Att. X. 18. Quod quidem eſt natum, *perimbecillum eſt.*

20. Mihi quidem hercle non fit verisimile.] Theophraſt. Charact. cap. 1. *Παράδοξόν μοι τὸ πρᾶγμα. ἄλλῳ τινὶ λέγε.*

21 Ab ea egreditur.] Id eſt, a domo ejus. incola enim pro domo ponitur. *Eun.* III. 4. 7. III. 5. 64. IV. 3. 21. V. 8. 5. *Heaut.* I. 1. 122. III. 1. 90. III. 2. 50. III. 3. 52. IV. 6. 17. *Adelph.* V. 3. 2. V. 7. 12. *Hec.* V. 3. 9. *Phorm.* V. 1. 5. V. 3. 12. V. 5. 9. Sic Evang. Joh. XX. 10. *Ἀπῆλθον οὖν πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς οἱ μαθηταί.* Ita Galli, *chez moi. chez nous.*

ACT. I. SCENA IV.

Init.] Poſſit Archilis videri fuiſſe adſtetrix Glycerii; qualem deſcribit Hieronymus lib. II. Epiſt. ſelect. 9. *Aſſidere lectulo, obſtetrices adhibere languenti, portare matulam, calefacere lintea, plicare faſciolas.* Adde Cujac. ad l. 236. de Verb. Signif.

Ibid. Lesbiam adduci jubes.] Dicitur hoc *κατὰ τὸ σιωπώμενον.* Neque enim juſſum illud commemoratur. ſic Evang. Joh. XI. 28. *Ὁ Διδάσκαλος πάρεστι, καὶ φωνεῖ σε.*

4. Importunitatem.] Cic. Fam. XV. 4. Importunitate *Athenaidis exilio mulcatos.*

5. Compotrix.] Gr. *Συμπότρια. συμπότις.* Suet. Clar. Rhet. 5. Compotorum *tuorum Rhetorem.*

8. *Terentianum.*] Sic infra II. 1. 25. ſed Edd. Tarviſ. & Mediol. Sciam, quidnam.

ACT. I. SCENA V.

1. Humanum factum.] Sic, *optimum factum*: Salluſt. Catil. 32. & 55. & 57. Jugurth. 107. Plaut. Pſeud. I. 2. 52.

2.] Muretus tollit τὸ Fidem, ut ſit verſus dimeter jambicus. Edd. Tarviſ. & Mediol. Deum fidem atque hominum. Mſ. Graev. Proh Deum fidem, quid est. Sic *Phorm.* II. 3. 4. *Πρὸς Θεῶν!*

3.] Mſ.

Digitized by Google

3.] Mſ. Graev. Edd. Anon. & Tarviſ. cum Mediol. DECREVIT. quod probat Fr. Fabricius.

10.] Vid. Schott. Nod. I. 9.

11. *Socer Affinis.*] Plaut. Aul. III. 5. 62.

14.] Edit. Tarviſ. NISI ID EST.

15. OBTRUDI.] Sic *Hec.* III. 1. 16. De variato genere, quod monet Donatus, vide eundem infra ad V. 2. 4. Servium ad Virgil. Aeneid. IV. 355. & Acronem ad Horat. Epod. II. 28.

16. EXANIMAVIT.] Scilicet metus vehementior & mentem & membra turbat. *Eun.* V. 6. 7. *Adelph.* IV. 4. 3. Lucret. l. 92.

Muta metu *genibus terram ſubmiſſa petebat.*

Oppianus Halieut. I. 664.

Δείματι καὶ καμάτῳ θυμαλγέϊ γυῖα λέλυνται.

H. e. *Timore & dolorifico labore membra ſoluta ſunt.*

17.] Infra III. 5. 6. Aſinius Pollio ad Cic. Famil. X. 31. Nam *de legione trigeſima tradenda quantas habuerim conciones*, quid ego ſcribam?

23.] Fr. Hare expungit τὸ NUNC; nulla, niſi metri, ratione ductus.

25. ME.] Fr. Fabricius, MEME. ut ſit jambicus octonarius.

27.] Sic *Hec.* I. 2. 47. Cic. Fam. XVI. 9. *Sed quum* pudori *tuo maluiſti* obſequi, *quam valetudini, reliqua cura.*

31.] Lucret. III. 189.

Momine *uti* parvo *poſſint* impulſa *moveri.*

Virg. Aen. V. 701.

Nunc huc *ingentes*, nunc illuc *pectore curas*
Mutabat.

Cic. Fam. VI. 10. *Quae quoniam in temporum* inclinationibus *ſaepe* parvis *poſita ſunt, omnia* momenta *obſervabimus.*

33.] Mſ. Graev. DIEM QUIA OLIM IN HUNC SUNT CONSTITUTAE NUPTIAE.

36. PROPTER ME DECIPI.] *Phorm.* V. 7. 34. Qui vero ſpe & votis excidunt, *decipi* dicuntur. Cic. Fam. V. 16. *Hoc confirmare poſſum, ea miſceri, parari, impendere reip. quae qui reliquerit, nullo modo mihi quidem* deceptus *eſſe videatur.* Virg. Aen. IV. 17.

Poſtquam primus amor deceptam *morte fefellit.*

40.] Attius, Perſa:

Fatis ut quem cuique tribuit Fortuna ordinem,
Nunquam ulla humilitas ingenium infirmat bonum.

43. FERUM.] Attius, incerta Fabula:

Nullum eſt ingenium tantum, neque cor tam ferum,
Quod non labaſcat lingua, miteſcat *malo.*

48.] Graeco more: Ἐγγέγραπται ταῖς φρεσίν. Aeſchylus. Prometheo:

Σοὶ πρῶτον, Ἰοῖ, πολύδονον πλάνην φράσω,
Ἣν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν.

H. e. *Primum tibi, Io, multiplicem errorem eloquar,*
Illum memoris tu mentis inſcribe tabulis.

Ubi Scholiaſtes: Τοῦτο καὶ Πίνδαρός φησι, περὶ φρενὸς ἐμᾶς γέγραπται, τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν αἰνιττόμενος. H. e. *Hoc etiam Pindarus ait, in animo meo ſcriptum eſt, accuratam & perfectam comprehenſionem ſignificans.* Locus Pindari eſt in Olympiis, Oda X. Contrarium eſt, Εἰς τέφραν γράφειν. *In cinerem ſcribere.*

52.] Mſ. Graev. & Edd. Anon. Tarviſ. & Mediol. QUAM ILLI NUNC UTRAEQUE RES INUTILES. Cic. Fam. V. 15. *Ad amicoſne confugiam?* Quam multi ſunt? Et Fam. XIII. 67. *Non enim te fugit, qui plurimis in iſta provincia benigne feciſti*, quam multi *grati reperiantur.* Coelius ad Cic. Fam. VIII. 10. *Ego quidem praecipuum metum, quod ad te attinebat, habui, qui ſcirem*, quam paratus *ab exercitu eſſes.*

53. AD REM TUTANDAM.] Goveanus & Glareanus tollunt τὸ AD. quod & abeſt ab Edit. Mediol. ſed nil obſtat verſui, modo legatur, TUTANDAM AD REM.

54.] Gotl. Cortius ad Salluſt. Catil. XI. n. 1. Adde Jugurth. 10.

56.] Alia τοῦ *Sejungere* ratio eſt. Cic. Fam. X. 6. Sejunge te, *quaeſo, aliquando ab iis.*

61. PERMITTO.] Edd. Anon. & Tarviſ. COMMITTO.

Ibid. TUAE MANDO FIDEI.] Salluſt. Catil. 35. *Nunc Oreſtillam commendo, tuaeque fidei trado.*

62. IN MANUM DAT.] Graeci eadem paroemia utuntur. Sophocles Electra:

Οὐκ οἶσθ᾽ ὅτῳ μ᾽ ἔδωκας εἰς χεῖρας ποτέ;
Non meminiſti, cui me dederis quondam in manus?

64. SED CUR TU ABIS AB ILLA?] Τὸ ABIS verſus non patitur. Et eſt brevitas Comica, ſi abſit. Fr. Hare laudat Bergium, qui in edit. ſua, anni 1574. tres poſteriores verſus in duos tetrametros diſpeſcuerit.

66.] Similis locutio eſt 2. Sam. XII. 18.

ACT. II. SCENA I.

3.] OVid. Triſt. IV. 3. 12.

Cur labat ambiguo ſpes mihi mixta metu?

Dixit autem ATTENTUS pro *diſtentus.* Aliud eſt, *Attentiores ad rem. Adelph.* V. 3. 48. & V. 8. 31.

4.] Cic. Tuſc. Quaeſt. III. 28. ex Euripide: *Sed jam ſubactus miſeriis* obtorpui.

5.] Ariſtotelis illud laudatur: Ἐπειδὴ μὴ γίνεται τὰ πράγματα, ὡς βυλόμεθα, δεῖ βύλεσθαι, ὡς γίνεται.

7. AMOVEAS.] Eraſmus, Goveanus, & Georg. Fabricius, DIMOVEAS.

9.] Aeſchylus Prometheo:

Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα

Ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τοὺς κακῶς πράσσοντας.
Facile eſt ei, qui habet extra mala pedem,
Miſeros caſtigare, atque conſilium dare.

Euripides Alceſtide, 1078.

Ῥᾷον παραινεῖν, ἢ παθόντα καρτερεῖν.
Facilius eſt conſolari, quam aerumnas ſuſtinere.

13. Prodat.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. Protrahat.

14. Id aliquid nihil est.] Perſius, V. 1. 56.

mihi iſtuc tempori ſero 'ſt.

19. Advenio.] Mſ. Graev. & Edd. Anon. Tarviſ. & Mediol. Venio.

Ibid. Spem.] Ita vocat rem ſperandam. Plaut. Rud. I. 4. 3.

Perdidi ſpem, *qua me oblectabam.*

Sic Liv. XXXIV. 12. Juſtin. XXIX. 4.

20.] Muretus & Fr. Fabricius mallent, Neque pol Auxilii locum habeo, neque consilii copiam, cum ob metri rationem, tum ob ordinem verborum Charini. De τῷ Copia vid. Gotl. Cort. ad Salluſt. Catil. VIII. n. 5.

27. Principio.] Valet Graecorum *Μάλιστα μὲν*, unde Vigerus de Idiotiſmis, cap VII. ſect. VIII. Reg. 8. integram ſententiam, Principio, ut ne ducas, reddit, *Μάλιστα μὲν, ὁ γῆμαι.* quod vero ſequitur, Sed si id non potest, *Εἰ δὲ μή.* h. e. ſi minus.

36.] Mſ. Graev. cum Edit. Anon. Cujus, quando jambicus acatalecticus inter trochaicos catalecticos ponitur.

37. Scire.] Forte rectius, Sciri. Cic. Attic. VI. 3. *Si quid forte ſit, quod* opus ſit, ſciri.

ACT. II. SCENA II.

1.] Τὸ Quid de re magna eleganter uſurpatur. Sic *Eun.* II. 2. 1. *Heaut.* II. 3. 6. & 13. *Hec.* III. 1. 24. *Phorm.* V. 3. 7. Virg. Ecl. VIII. 107.

bonum ſit!
Neſcio quid *certe eſt.*

10.] Edd. Anon. Tarv. & Mediol. non agnoſcunt τὸ Certe. Sed vide *Phorm.* I. 3. 12.

12. Id paves.] Salluſt. Catil. 31. *Omnia* pavere. Claudianus, Rapt. III. 141.

Cuncta pavet, *ſperatque nihil.*

14. Quamprimum hoc me libera miserum metu.] Attius, Epigonis:

Eloquere propere, ac pavorem hunc meum expectora.

16. Prehendit.] Mſ. Graev. & Edit. Anon. cum Mediol. Apprehendit.

17.] Si cum Goveano legas, Se hodie, Initio verſus, praecedens erit trochaicus octonarius catalecticus.

20. Hujus Byrrhiam.] Ellipſis Attica, ſub. *Servum.* Sic Αἴας ὁ Τελάμωνος, ſub. υἱός. Virg. Aen. III. 319. *Hectoris Andromache.* ſub. uxor. Et Aen. VI. 36. *Deiphobe Glauci.* ſub. filia.

23.] De ſignificatu τοῦ Obsonium conſule etiam Fr. Nanſium ad Nonni Paraphraſin Joh. XXI. 60.

28.] Lucil. XXX. 5.

Quid dare, quid ſumti *facere. ac praebere poſſit.*

Attius, Aeneadis: *Nihil neque periculi eſt, neque* tumulti, *quod ſciam.*

32.] Laudat Athenaeus haec e Menandri Perinthia:

Τὸ παιδίον δ' εἰσῆλθεν ἰχθύας φέρον.
Intrat puer minutos piſciculos ferens.

P. Victorius, Var. Lect. V. 8.

Obolo in coenam.] Theophraſt. Charact. cap. 28. *Σημεῖον δὲ, τῇ γὰρ ἑαυτοῦ γυναικὶ τρεῖς χαλκοῦς εἰς ὄψον δίδωσι.* Suet. Aug. 76. *Secundarium panem, & piſciculos minutos, & caſeum bubulum, & ficos virides biferas maxime adpetebat.*

34. Ridiculum caput.] *Adelph.* II. 3. 8. V. 9. 9. *Phorm.* III. 3. 26. Virg. Aen. IV. 354.

capitiſque *injuria cari.*

Ovid. Metam. XII. 613.

caput *inſuperabile bello.*

Sic Gr. *Κεφαλὴ φίλη ἢ ἐχθρά.*

36. Nisi vides.] Cic. Catil. IV. 2. *Quare, Patres Conſcripti, incumbite ad ſalutem reipublicae, circumſpicite omnes procellas, quae impendent*, niſi providetis.

ACT. II. SCENA III.

4. Graecam locutionem imitatur.] Aelian. Var. Hiſt. II. 13. *Δεδιότες, ὅπως ποτὲ ἕξουσι πρὸς τὴν κατηγορίαν τοῦ ἀνδρός.* Ita & Salluſt. Jugurth. 54. *Hortatur*, ad cetera, *quae levia ſint, parem* animum *gerant.*

7. *Forſan e Mſ. ſuo.*] Ibi nunc video legi: Dictum aut factum.

10. Egone dicam?] Praeſtaret, Ego dicam? Eſt enim jambicus ſenarius integer. Eraſmus & Glareanus trochaicum octonarium catalecticum faciunt, duaſque ſyllabas deeſſe putant.

12.] Mſ. Graev. Ac concludar. fortaſſe pro, Hac concludar, quod eſt in Edd. Anon. Tarviſ. & Mediol. ſed & in Donati Editione veteri. Verus autem eſt Pamphilus. Vide infra III. 5. 15.

18.] Vid. J. Fr. Gronov. ad Sen. Nat. Quaeſt. II. 34.

21.] Vide Emmeneſſ. ad Virg. Ecl. VIII. 26. & Voſſ. Inſtit. Orat. IV. 12. 3.

22. Nemo.] Venuſte τὸ Nemo in fine ſententiae ponitur. Sic infra IV. 2. 14. *Eun.* IV. 4. 13. *Hec.* I. 2. 154.

ACT.

Digitized by Google

ACT. II. SCENA IV.

3. EX SOLO LOCO.] Vid. Giſan. Ind. Lucret. V. *Sola loca.*

5. QUI.] Mſ. Graev. QUA.

Ibid. *Ex tempore.*] Qui minus, quam Chremes diſſolutum filium Clitiphonem? *Heaut.* V. 4. 10. & 11.

7.] Gr. *Συναλλάσσειν, μεταβάλλειν λόγους.*

ACT. II. SCENA V.

1. RELICTIS REBUS.] Sic *Heaut.* IV. 7. 12. Edd. Tarviſ. & Mediol. RELICTIS REBUS OMNIBUS.

12.] Mſ. Graev. cum Edd. Anon. Tarviſ. & Mediol. AB UXORE. Lucilius: *Egoque ab Archilocho* excido. quod Nonius Marcellus interpretatur, *Diſſentio.*

14.] Mſ. Graev. & Edit. Anon. NULLAMNE IN RE ESSE HOMINI CUIQUAM FIDEM! Edit. Mediol. NULLAMNE IN RE CUIQUAM HOMINI FIDEM! Virg. Aen. IV. 373.

Nuſquam tuta fides.

Propert. II. Eleg. 34.

Expertus dico, nemo eſt in amore fidelis.

18.] QUO AEQUIOR SUM PAMPHILO.] H. e. Propter quod. Conſule de vi τοῦ Quo, Gotl. Cortium, ad Salluſt. Catil. 2. n. 3.

ACT. II. SCEN. VI.

9.] CIc. Fam. XVI. 16. Biennium aut triennium eſt, *quum virtuti nuncium remiſiſti.*

19.] Mſ. Graev. & Edd. Anon. Tarviſ. & Mediol. PERPARCE.

21.] Mſ. Graev. & Edd. Anon. Tarviſ. & Mediol. NON FILIO VIDETUR UXOREM DARE.

22.] Vid. Stuckius Antiq. Conv. Lib. II. cap. 2. & 3. Cl. Vir, Fr. Ad. Lampe in Evang. Joh. Tom. I. pag. 449. 450. Liv. I. 9. Juſtin. I. 6. 5. & XII. 13. 7.

Ibid. AEQUALIUM.] *Eun.* II. 3. 35. *Adelph.* III. 4. 20.

ACT. III. SCENA I.

2.] JUvenalis, Sat. VI. 143.

Cur deſiderio Bibulae Sertorius ardet?
Si verum excutias, facies, non uxor amatur.
Tres rugae ſubeant, & ſe cutis arida laxet,
Fiant obſcuri dentes, oculique minores;
Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi:
Jam gravis es nobis.

3.] Demoſthenem τὸν παρ' ὑμῶν ἔπαρχον dixiſſe pro ὑμέτερον, obſervat Fr. Fabricius. Plura exempla Latina conlegit Cl. Drakenborchius ad Sil. V. 271.

7. ACTUM 'ST.] Sic *Eun.* I. 1. 9. Gr. Πέπρακται, eodem ſenſu.

10. QUOD REMEDIUM.] Sic *Phorm.* I. 4. 8.

11. EX PEREGRINA?] Sic fere Proverb. V. 20.

12.] Mſ. Graev. & Edd. Mediol. cum Tarviſ. SENSISSE SE.

15.] Ovid. Faſt. II. 451.

Parce, precor, gravidis, facilis Lucina, puellis,
Maturumque utero molliter aufer onus.

21.] Suet. Domit. 4. Redderent*que eximias venationes, & ſcenicos* ludos. Juſtin. Praefat.

22.] Cic. Fam. VIII. 6. *His tempeſtatibus es prope ſolus* in portu.

ACT. III. SCENA II.

Init. ADde Bartholin. de Rit. Puerp. & Iſidori Gloſſ. v. *Maja.* Obſtetrices porro in veteribus Inſcriptionibus etiam MEDICAE dictae. Similis autem locutio eſt illa apud Salluſt. Jugurth. 49. *Quae ab imperatore decuerint, omnia ſuis proviſa.*

4. DARE BIBERE.] Cic. Tuſc. I. 26. *Nec Homerum audio, qui Ganymedem a Diis raptum ait propter formam, ut Jovi* bibere miniſtraret.

Ibid. IMPERAVI.] Cic. Divin. II. 64. Plin. Paneg. 22. *Aegri quoque neglecto* medentium imperio, *ad conſpectum tui, quaſi ad ſalutem ſanitatemque prorepere.*

6. PER ACASTOR SCITUS.] Tmeſis eſt, qualis illa *Adelph.* III. 3. 28. IV. 5. 28. *Hec.* I. 1. 1. Plaut. Caſ. II. 6. 18.

Per pol ſaepe peccas.

Videtur autem ECASTOR dictum pro MECASTOR, ut *Mehercules.*

7.] Sic *Heaut.* V. 4. 7.

13. FALLERE INCIPIAS.] Cic. Fam. VIII. 5. *Coepi velle, ea Trebatium exſpectare a te, quae ſperaſſes a me.* Petron cap. 6. *Curſim Aſcylton perſequi coepi.* Ubi vid. Erhard.

17. NUNC PEPERISSE.] Fortaſſe haud incommode τὸ NUNC additur ſuperiori commati, quod fecit Priſcianus, lib. XVIII.

22. QUIA TE NORAM.] Priſcianus Lib. XVII. QUIA TE NOVI.

25.] *Hec.* V. 4. 26. Lucil. Lib. XXIX.

Nec laudare hominem quenquam, nec Mu facere unquam.

31.] Hinc uſque ad verſum 36. in Mſ. Graev. & Edd. Mediol. & Tarviſ. Simo loquitur.

41. IDEM.] Haec vox abeſt a Mſ. Graev. & Edit. Medíolanenſi.

42. ADJUTUROS.] Mſ. Graev. ADJUTORES.

46. MULTO MAXIMUM.] Vide, quae de hac conſtructione congeſſit Gotl. Cortius ad Salluſt. Catil. 36.

52. IN IPSO TEMPORE.] Sic infra IV. 4. 19. Gr. Εὐκαίρως, κατὰ καιρόν.

Digitized by Google

ACT. III. SCENA III.

1. JUBEO CHREMETEM.] Sic *Adelph.* III. 4. 14.

2.] Cic. Fam. III. 10. *Ad me adire quoſdam memini, qui dicerent, nimis magnos ſumtus legatis decerni.* Mſ. Graev. ALIQUOT ME ADIERUNT. Editio Mediol. ALIQUOT AD ME ADIERUNT.

3. NUBERE TUO GNATO.] Locutio elliptica. ſubauditur enim τὸ *Vultum.* Nubebat enim ſponſa vel ſe, vel vultum ſuum, quum deduceretur domum. Atque ita *nubebat* vel velabat *ſe ſponſa.* Sic *Adelph.* IV. 5. 18.

8. PERQUE UNICAM GNATAM TUAM, ET GNATUM MEUM.] Valida obteſtatio eſt, quae fit per liberos. Horat. Epod. V. 5.

> Per liberos *te, ſi vocata partubus*
> *Lucina veris adfuit.*

Salluſt. Catil. 35. *Nunc Oreſtillam commendo, tuaeque fidei trado. Eam ab injuria defendas,* per liberos tuos *rogatus.*

13. ALIUM.] H. e. Aliter moratum, aliud ſentientem. Vide *Hec.* V. 1. 37. & adde Gotl. Cortium ad Salluſt. Catil. 37. o. 10.

14.] Probam eſſe lectionem, IN REM, patet ex *Hec.* I. 2. 27. Editiones Tarviſ. & Mediol. tamen IN RE.

16.] Sic Mels I. 8.

23.] Vide P. Victorium, Var. Lect. IV. 13.

24. UT ANTE EAMUS.] Praevertamus. quod Belgae dicunt, *in de voorbaat zyn.* Val. Flacc. Argonaut. I. 31.

> *Ergo* anteire *metus, juvenemque extinguere pergit*
> *Aeſonium.*

25. LIBIDO OCCLUSA 'ST CONTUMELIIS.] Prope accedit phraſis ſacra, Pſalm. LXXVII. 10.

26.] Turpilius, Demetrio: *Vide mirum ingenium, ac delenificum mulierum: commorat hominem lacrumis.*

27. REDUCANT.] Sic Virg. Aen. X. 670.

> *Quo feror? unde abii? quae me fuga, quemve* reducet?

30.] Ἐκνεῦσαι & *Enatare* idem quod *Emergere.* P. Victorius Var. Lect. III. 10. Caeterum ſimilis fere ſententia Coelii ad Cic. Fam. VIII. 13. *Porro quibus adhuc ille ſibi parum utilis fuit, & aetate jam ſunt decurſa, & conſuetudine atque auctoritate tua & pudore Tulliae, ſi qua reſtabunt, confide celeriter ſublatum iri.*

34. AT ISTUC PERICULUM IN FILIA FIERI, GRAVE EST.] Contrarium eſt, Ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον. *In Care periculum.* Cic. pro Flacco, cap. 27. Eraſm. Adag.

36. DISCESSIO.] Priſcianus Inſtit. Grammat. Lib. XVIII. *Diſcidium.*

37. COMMODITATES.] *Commodus*, cognataeque voces varie uſurpantur, notantes (1) Utilitatem, uti h. l. & *And.* IV. 3. 24. *Eun.* V. 6. 1. *Hec.* IV. 2. 9. *Phorm.* V. 3. 31. V. 6. 1. (2) Tempus. *And.* III. 1. 18. *Eun.* II. 3. 51. III. 2. 49. *Heaut.* I. 1. 109. IV. 3. 7. *Adelph.* I. 2. 38. *Phorm.* IV. 3. 9. (3) Mores. *Heaut.* III. 2. 10. & 48. *Adelph.* IV. 5. 76. *Hec.* I. 2. 20. & 33.

39. INVENIES.] Suet. Calig. 25. *Matrimonium ſibi* repertum *Romuli exemplo.*

42. MAXIMI FECI.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. MAXIMUM.

ACT. III. SCENA IV.

2.] MS. Graev. & Edit. Mediol. Cur uxor non arceſſitur. ſed Eraſmus & Georgius Fabricius recidunt τὸ UXOR, ut gloſſema, & turbans metrum.

6. QUID?] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. QUID EST?

ACT. III. SCENA V.

1.] MS. Graev. UBI EST ILLIC SCELUS?

2. INERS.] Lucil. Sat. IX.

> *Ut perhibetur* iners, *ars in quo non eſt ulla.*

3. FORTUNAS MEAS ME COMMISISSE.] Lucil. apud Non. v. *Credere:*

> *Vitam ac* fortunas *cui* crediderim *meas.*

Ibid. *Voſſii Etymolog.*] Et Phaed. IV. 17. 33. atque ibi Interpp.

4.] Naevius, Alceſtide:

> *Quin ut quiſque eſt meritus, praeſens* pretium pro factis ferat.

Plaut. Epid. V. 2. 38.

> *Dedin' tibi minas triginta* ob *filiam?*

Rud. III. 6. 23.

> *Quin arrhabonem a me accepiſti,* ob *mulierem.*

Suet. Caeſ. XI. *Qui preſcriptione* ob *relata civium Romanorum* capita, *pecunias ex aerario acceperant.* Fr. Hare vel EGO PRETIUM OB STULTITIAM FERO legendum. vel in ERGO pyrrichium ſtatuendum praecipit. Quorum neutrum ſe ſatis adprobat.

6. NAM.] Vide ſupra I. 5. 17.

12.] Mſ. Graev. & Ed. Tarviſ. Hoc TIBI EGO UT CREDAM, FURCIFER!

13.] Eraſmus τὸ HEM extra metrum eſſe additum autumat.

14.] Lucil. Lib. XXIII.

> *Quodque te* in tranquillum *ex ſaevis transfers tempeſtatibus.*

Idem alibi in Centonibus:

> *Quin potius vitam degis ſedatu' quietam,* in

Tran-

Digitized by Google

Tranquillum *e ſaevis te tempeſtatibu' tranſfers?*

16. Ad me ut redeam.] Perturbari, iracundi & inſani *exire a ſe* & *redire ad ſe* dicuntur. Vide Cl. Burm. ad Petron. cap. 90. & infra *Heaut.* V. 1 58.

18.] Salluſt. Fragm. Orat. Lepidi, init. *Si provideritis, in tutandis periculis magis, quam in ulciſcendo teneamini.* Cic. Fam. V. 19. *Si feceris id, quod oſtendis, magnam habebo gratiam: ſi non feceris, ignoſcam: & alterum timere, alterum mihi te negare non potuiſſe arbitrabor.* Virgil. Aen. II. 780.

Longa tibi exilia, & vaſtum maris aequor arandum.

Aen. III. 260.

nec jam amplius armis,
Sed votis precibuſque jubent expoſcere pacem.

Aen. IV. 52.

Dum pelago deſaevit hiems, & aquoſus Orion,
Quaſſataeque rates, & non tractabile coelum.

Ubi ad illa, *Quaſſataeque rates* ſubaudiendum, *reficiantur*, aut ſimile. Ovid. Triſt. II. 272.

Et latro, & cautus praecingitur enſe viator:
Ille ſed inſidias: hic ſibi portat opem.

Nepos, Hannib. 8. *Namque alii naufragio, alii a ſervis ipſius interfectum eum, ſcriptum reliquerunt.* Adde Graev. & Duker. ad Flor. III. 21. 26. & Interpp. ad Juſtin. III. 1. ext. & XI. 9. 14.

ACT. IV. SCENA I.

2.] Vecordia Budaeo ἀπόνοια eſt; ſed Iſ. Caſaubono ad Theophr. Charact. cap. Περὶ ἀπονοίας, valet ἄνοια. Homerus Odyſſ. B. 243.

Μέντορ ἀταρτηρὲ, φρένας ἠλεέ.
Mentor maleſice, vecors.

Livius Andronicus incerta Tragoedia apud Feſtum, ex emendatione Scaligeri: Vecorde *& maleſico vacerra.*

3.] Mſ. Graev. & Edd. Tarviſ. & Mediol. Gaudeat, & mox Comparet. pro quo tamen in Edit. Mediol. eſt Computet.

6. In denegando.] Theophraſt. Charact. cap. Περὶ περιεργίας: Ἐπαγγέλλεσθαι ἀναστὰς, ἃ μὴ δυνήσεται. Ubi vid. Iſ. Caſaub. Contrarium exemplum fuit Atticus, teſte Nepote in ejus vita, cap. 15.

9.] Mſ. Graev. Et tamen res eos premit denegare. Schottus, Nod. IV. 18. mavult Tandem pro Tamen.

16.] Lucianus Eunuch. init. de Philoſophis: Πόθεν, ὦ μακάριε, κατ' εἰρήνην ἐκεῖνοι, οἵ γε ξυμπεσόντες, ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν ἀλλήλων, κεκραγότες καὶ ὑπερδιατεινόμενοι; Gellius, VII. 11. *At poſtea, quum in eundem Antonium* probra *quaedam alia ludibrioſa & turpia* ingeſſiſſet. Horat. Serm. I. 5. 11.

Tum pueri nautis, pueris convicia *nautae*
Ingerere.

19.] Conſule Cl. Dukerum ad Flor. I. 1. 13. Attius, Atreo:

Th. *Fidem fregiſti.* At. *Neque dedi, neque do infideli quoiquam.*

23. Falsus es.] Vid. Gotl. Cortius ad Salluſt. Catil. 10. n. 5.

Ibid. Nonne.] Si legas, Non, verſus erit octonarius trochaicus catalecticus.

24.] Virgil. Aen. I. 352.

vana ſpe luſit amantem.

26. Confecit.] De variatione temporis & modi vide Munkerum. ad Hygin. Fab. CXLVIII.

27.] Mſ. Graev. Quid istuc tam mirum est? de te exemplum capit.

34.] Cicero, Fin. II. 20. *Sua voluntate, nulla vi coactus.*

36.] Caecilius, Plotio:

ita plorando, orando,
Inſtando, atque objurgando, me obtudit.

43.] At etiam uſum habet in bene precando. Plaut. Menaechm. V. 8. 32.

44. Conjectum in nuptias.] Cic. Fam. I. 9. Jecit *quidam caſus caput meum, quaſi certaminis cauſa in mediam contentionem diſſenſionemque civilem.*

49. Ad salutem converti.] Liv. II. 31. Id *male commiſſum ignavia hoſtium* in bonum vertit.

51. Ex unia.] Vide hanc vocem explicitam a Gotl. Cortio ad Salluſt. Catil. 6. n. 2.

53. Conari manibus, pedibus.] Sic ſupra I. 1. 134.

55.] Mſ. Graev. Eveniat.

58.] Suet. Oth. 2. *Priuſquam plane* reſtitutionem *ei impetraſſet.* Sed Mſ. Graev. & Edit. Mediol. Restitue, quam a me accepisti, locum.

ACT. IV. SCENA II.

3.] In Mſ. Graev. & Edd. Tarviſ. & Mediol. perſonae ita ordinantur: Pa. Mysis. My. Quid est? In iiſdem Libris verſu ſeq. ad Saxe legitur.

6. Sollicitarier.] Goveanus & Glareanus Sollicitari; ne acatalecticus inter catalecticos ponatur. Unde & F. Hare in dimetiendo hoc verſu ultimum er omittendum eſſe praecipit; ut in Adsimularier, ſupra III. 2. 20.

11. *Plaut. Ciſtell.*] Ex hoc loco refellitur Servius ad Virg. Aen. XII. 816. dicens, Adjuro ſemper cum negatione poni.

12. Non, si.] Conſule Theod. Rykium ad Tacit. Annal. XII. 37.

15. Non Apollinis.] Ovidius Art. Am. fin.

Sed neque Phoebei tripodes, neque corniger Ammon

Vera

Vera magis vobis, quam mea Muſa, refert.
Lucret. I. 736. & V. 111. 112.

18. IN PROCLIVI.] Giſanius Ind. Lucret. IN PROCLIVE tuetur.

19. QUIS VIDEOR?] Priſcianus Inſtit. Lib. XVII. QUIS TIBI VIDEOR? addens, τὸ QUIS notare, *Qualis*.

23. VACUUM.] Ovid. Triſt. I. Eleg. I. 93.

Si poteris vacuo *tradi; ſi cuncta videbis*
Mitia; ſi vires fregerit ira ſuas.

Idem Triſt. II. 557.

Atque utinam revoces animum paulisper ab ira,
Et vacuo *jubeas hinc tibi pauca legi!*

Phaed. Lib. V. Prol. 14.

Quartum libellum dum vacive *perleges.*

24. AMOLIMINI.] Petron. cap. 10. *Jam dudum enim cupiebam* amoliri *cuſtodem moleſtam.*

25. AGIS?] Evang. Joh. XI. 7. Ἄγωμεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν πάλιν.

ACT. IV. SCENA III.

1.] LUcilius apud Nonium Marcellum, v. *Proprium:*

Caetera contemnit, & in uſura omnia ponit.
Non magna: proprium *vero nil neminem habere.*

3. AMICUM, AMATOREM.] Lucil. XXIX. 40.

Fautorem me tibi, amicum, amatorem *putes.*

Apud Non. v. *Fautorem.*

Ibid. VIRUM IN QUOVIS LOCO PARATUM.] Cic. Fam. V. 17. Nullo loco *deero, neque ad conſolandum, neque ad levandum fortunam tuam.*

5. FACILE.] Vim hujus vocis exſecutus eſt Gotl. Cortius ad Salluſt. Catil. 37. n. 3.

8. EXPROMTA.] Cic. pro Mil. 13. *Tamen, quoniam in meo inimico crudelitatem* exprompſiſti *tuam, laudare non poſſum.* Caecilius, Triumpho:

Nunc meae malitiae *aſtutia opus eſt ſuccenturia.*

11. VERBENAS EX ARA.] Non adſentior doctiſſimae Daceriae, de Ara veſtibuli proximae domus intelligentis. Adde Suet. Calig. 27. & Veſpaſ. 7. Liv. I. 25.

13.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. JUSJURANDO.

14. UT LIQUIDO POSSIM.] Briſſon. de Formulis Lib. V. pag. 480. Turneb. Adverſ. XVI. 10.

15. INCESSIT.] Liv. IV. 50. *Cura* inceſſerat *Patres.*

ACT. IV. SCENA IV.

7. QUID ALIUD DICAM, NESCIO.] Theophraſt. Charact. cap. 5. garrulis tribuit: Καὶ ὡς ἄξιοι γεγόνασιν οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ. Et mox: ὡς χαλεπόν ἐστι τὸ ζῆν. Adde Cic. Fam. V. 17. de Divin. II. 27. Suet. Aug. 25. *Si tumultus in graviore annona metueretur.* Galb. 7. Tacit. Annal. IV. 6.

19. IN QUIBUS SIC ILLUDATIS?] Erudite de hac locutione diſſerit Gotl. Cortius ad Salluſt. Catil. 2. n. 9. Adde XI. n. 4. & Burm. ad Quinctil. Declam. XV. 6.

Ibid. VENI IN TEMPORE.] Flor. III. 3. 13. In tempore *aggreſſus eſt.*

51.] Turpilius, Leucadia:

Ne me attingas, *atque aufer manum.*
Eja, quam ferocula eſt!

ACT. IV. SCENA V.

2. SESE.] Sic *Eun.* II. 2. 17. Cic. Catil. I. 2. & pro Archia, cap. 5. ubi vide Paſſeratium. Salluſt. Catil. 7. Seſe *quiſque hoſtem ferire, murum adſcendere, conſpici, dum tale facinus faceret, properabat.*

4. REDIERUNT.] Vide Cic. I. de Orat. cap. 39. & Cl. Dukerum, ad Flor. II. 20. 1.

8. ITANE CHRYSIS?] Ne videatur δυσφημεῖν, τὸ MORTUA, vel ſimile quid, omittit, ex ſolemni more veterum. Ita, *ſi quid me fuerit; ſi quid mihi humanitus acciderit*, Plautus & Cicero dixerunt. Similis Εὐφημίας ſpecies ſunt, *vixit, fuit, obiit*. Et ita Gr. πλείονες & μακαρῖται, ἀντὶ τῷ Τεθνηκότες.

13. EXTULISSEM PEDEM.] Ennius Iphigenia:

Utinam ne unquam Medea de corde cupido
Colchis pedem extuliſſes!

Suet. Tib. 38. Pedem *porta non* extulit.

14.] Mſ. Graev. & Edit. Tarviſ. SEMPER EJUS DICTA ESSE HAEC, ATQUE HABITA EST SOROR.

18. EI.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. EJUS.

20. HEREDITATES.] Mſ. Graev. & Edd. Tarviſ. & Mediol. HEREDITATEM.

ACT. V. SCENA I.

1. SATIS JAM, SATIS.] Cic. pro Mil. 26. Satis *judicatum eſt a Pompejo*, ſatis.

4. ORO.] An ita dixit, ABS TE ORO, uti ABS TE POSTULO? Virg. Aen. XI. 358.

Ipſum obteſtemur, veniamque oremus ab ipſo.

5. RE COMPERTA.] Id Plauto Stich. II. 1. 7. eſt, *Honeſtare dicta factis.*

6. VIDE.] *Adelph.* V. 1. 5. *Phorm.* II. 3. 10. Cic. Fam. VII. 5. & 19. Salluſt. Jugurth. 85. *Nunc* videte, *quam iniqui ſint.*

8.] De voce REMITTAS vide Gotl. Cortium ad Salluſt. Fragm. Lib. III. pag. 976.

9.] Mſ. Graev. AT ROGITAS? Ed. Mediol. AT ROGAS?

13. DUM RES TETULIT.] Supra I. 2. 17. Cic. pro Mur. 11. *Quod natura* fert. Salluſt. Catil. 21. *Alia omnia, quae bellum atque libido victorum* fert. Vide Servium ad Virg. Aen. I. 467.

14. HINC CIVEM.] Vide *Eun.* V. 5. 10.

20. VERO

20. VERO VOLTO.] Juvenal. Sat. XIII. 134.
Ploratur lacrumis *amiſſa pecunia* veris.
Adde Cl. Burm. ad Val. Flacc. Argon. I. 39.

ACT. V. SCENA II.

3.] CIc. Fam. X. 16. *Nihil poſt hominum memoriam glorioſius, nihil gratius, ne tempore quidem ipſo opportunius accidere vidi.* Mſ. Graev. & Edit. Tarviſ. ADVENTUM AD TEMPUS.

7.] Mſ. Graev. ID ENIMVERO HINC NON ABEST.

8. RESPONDES.] Mſ. Graev. RESPONDE. Edit. Mediolanenſis, RESPONDE MIHI.

14.] Mſ. Graev. & Edd. Tarviſ. & Mediol. QUIS SENEX.

15.] Attius, Telepho:

quem ego ubi adſpexi, virum
Memorabilem intui viderer.

16.] Lucil apud Non. v. *Triſtis:*

Adde eodem triſtes ac ſeveros *Philoſophos.*

Cic. de Orat. Lib. II. cap. 71. *Vultus quidem quo* ſeverior *eſt, &* triſtior, *ut in te, Craſſe, hoc illa, quae dicuntur, ſalſiora videri ſolent.* Phaed. IV. 6. 4.

Severitatem frontis *dum placo tuae.*

Petron. cap. 85. *Severa triſtitia.*

23. EGO JAM TE COMMOTUM REDDAM.] Exiſtimat Eruditiſſ. Wielingius, ex *Eun.* V. 3. 10. haec utique dicta eſſe Dromoni; additque; *Qui potuit moveri conſtrictus quadrupes?* Sed quid ſi interdiu molam verſans, noctu quadrupes conſtrictus & adſervatus ſit? Poſſit & τὸ COMMOTUM ad *Animum* referri, uti ipſe Davus de *Animo otioſo* mentionem fecerat. Ita infra V. 4. 34. & *Phorm.* I. 4. 6.

Ibid. TAMEN ETSI.] De hac particula, ſequente TAMEN, conſule Cl. Dukerum ad Flor. Prooem. pag. 6. & Gotl. Cortium ad Salluſt. Catil. 21. n. 1. Lucil. Sat. Lib. IV.

Quo me habeam pacto, tamen etſi *haud quaeris, decebo.*

Catull. Carm. LXIX.

Quae tamen etſi *uno non eſt contenta Catullo.*

24. QUADRUPEDEM CONSTRINGITO.] Suet. Calig. 27. *Beſtiarum more* quadrupedes *cavea coërcuit.* Sic Evang. Matth. XXII. 13. *Δήσαντες αὐτοῦ πόδας καὶ χεῖρας.*

25. TIBI.] Mſ. Graev. & Edd. Tarviſ. & Mediol. TIBI, DAVA.

27. NE SAEVI.] Virg. Aeneid. VI. 544.

ne ſaevi, *magna Sacerdos.*

ACT. V. SCENA III.

7.] OVid. Triſt. II. 30.

Non adeo noſtro ſugit ab ore pudor.

8. IMPOTENTI ANIMO.] Curt. VIII. 1. 49.

10. CUM SUMMO PROBRO.] Eutrop. II. 14.

15. SED QUID EGO?] Ennius Fragm. Lib. VI.

Sed quid ego *heic animo lamentor?*

Editio Tarviſiana: SED QUID AGO?

Ibid.] Mſ. Graev. ME AUTEM CUR EXCRUCIO?

16. MEAM SENECTUTEM.] H. e. Me ſenem. Pacuvius, Duloreſte:

Primum hoc abs te oro, ne te nimis inexorabilem
Faxis, neu turpaſſis vanitudine aetatem tuam.

Cic. pro Dejot. cap. 1. Adoleſcentiaeque *ſuae terrorem intulerit, cujus* ſenectutem *tueri ac tegere debebat.*

18. HABEAT.] Ita proprie de matrimonio. *Adelph.* I. 1. 19. Nepos Cim. 1. Habebat *in matrimonio ſororem.* Evang. Joh III. 29. Ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστιν. Minore autem, quam Simo Terentianus, ſtomacho, Cic. de Senect. cap. 16. *Sibi igitur* habeant *arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibe clavam, ſibi pilam, ſibi nationes, & curſus: nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquant & teſſeras.*

20. DOMUS.] Hujus primo loco meminit, quia ejus vel praecipua in matrimonio habebatur ratio; unde τὸ *domum ducere* natum. Homer. Odyſſ. Z. 180. Heſiod. Ἐργ. 602. Sed & Ἄοικος dictus coelebs. Horat. Carm. II. 14. 21.

Linquenda tellus, & domus, *& placens*
Uxor.

LIBERI.] De uno puero. Vide *Hec.* II. 1. 15.

INVENTI.] Tacit. Germ. 19. *Non forma, non aetate, non opibus maritum* invenerit.

21. VICERIS.] Suet. Caeſ. 1. Vincerent, *ac ſibi haberent.* Caeſar B. G. V. 30.

23. TAMEN.] Vide Schefferum ad Phaed. III. 7. 17.

27. UT POTERO.] Cic. Att. V. 15. *Sed* feram, ut potero.

30. *Facultas veniendi in patriam.*] Cic. Fam. VI. 12. *Diploma ſtatim non eſt datum, quod mirifica eſt improbitas in quibuſdam, qui tuliſſent acerbius*, veniam tibi dari, *quem illi appellant tubam belli civilis.*

32. PAULLUM SUPPLICII.] Plin. Lib. IX. Epiſt. 21. Seneca de Clem. I. 15.

ACT. V. SCENA IV.

2.] CIc. Fam. X. 4. *In quo tuendo habeo cauſas plurimas, vel paternae neceſſitudinis, vel meae a pueritia obſervantiae, vel tui erga me mutui amoris.*

4. INSOLENS.] Salluſt. Catil. 4. Inſolens *malarum artium.* ubi vid. Gotl. Cortius.

6. QUA DE RE?] Vide ſupra, I. 2. 13.

8. IN FRAUDEM ILLICIS?] Cic. pro Dejot. cap. 11. *Tuis promiſſis* in fraudem compulſum *eſſe confeſſus eſt?*

9.] Cic. Catil. II. 4. *Non modo impellendo, verum etiam adjuvando pollicebatur.* Idem Catil. IV. 8. *Auditum eſt, lenonem quendam Lentuli conturſare circum tabernas, pretio ſperare ſollicitari poſſe animos egentium atque imperitorum.* Salluſt. Catil. 38. *Largiendo atque pollicitando.*

16. Sic.] Id eſt, ea indole & conditione. Vid. Scheff. & Burm. ad Petron. cap. 38.

17.] Heſiodus Ἐργ. 719.

Εἰ δὲ κακὸν τ' εἴποις, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις.

30. Arrige aures.] Gr. ὀπέγειρε τὰ ὦτα.

Ibid. *Contra Horat.*] Carm. II. 13. 35.

Demittit *atras bellua centiceps*
Aures.

33. Postilla.] Vide Schottum, Obſ. I. 9.

42.] Non audiendus T. Faber, legens, Heus Crito; quod is nimium quaereret nomen Glycerii verum; re enim vera Chremes id quaerebat. Quare Pamphilus indignatus modo ei dixerat, *Nodum in ſcirpo quaeri.* Neque adeo opus, cum Cl. Hare Quaerit legere.

43. Millies audivi.] *Eun.* III. 1. 32. *Phorm.* III. 2. 2.

53. At matura.] Hanc lectionem contra T. Fabrum, legentem, At mature, vindicat Fr. Hare.

ACT. V. SCENA V.

4. Propriae.] *Phorm.* V. 5. 2.

5. Parta.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarv. & Med. Parata.

Ibid. Aegritudo.] H. e. dolor animi. *Eun.* III. 5. 4. *Heaut.* III. 1. 14. & 100. *Hec.* I. 2. 113. II. 1. 26. II. 2. 14. III. 2. 6. *Phorm.* V. 1. 24. Cic. Tuſc. III. 10. *Ut* aegrotatio *in corpore, ſic* aegritudo *in animo nomen habet, non ſejunctum a dolore.* Animus tamen aegrotus dicitur ſupra I. 2. 22. & III. 3. 27. Coelius ad Cic. Fam. VIII. 7 *De belli Parthici periculo cruciabor, ne hunc riſum meum metus aliquis perturbet.*

ACT. V. SCENA VI.

1.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. Quisnam homo 'st.

12. Tuos.] Cic. Fam. II. 13. *Jam me Pompeji totum eſſe ſcis.* Idem pro Mil. 1. *Reliqua vero multitudo, quae quidem civium eſt, tota noſtra eſt.*

14.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediolan. Intus apud Glycerium nunc est.

Ibid. fin. *Editionibus caret.*] Niſi quod τὸ Intus non *in locum*, ſed *in loco* notat. Lucil. apud Chariſ. Lib. 1.

Nam velut intro *aliud longe eſſe, atque* intus *videmus,*
Sic & apud te *longe alid eſt, neque idem valet* ad te.

Intro *nos vocat* ad ſeſe, *tenet* intus apud ſe.

17. Mſ. Graev. Ω. Plaudite. Calliopius recensui. Ed. Mediol. C. Plaudite. Calliopius racensui. Ed. Tarviſ. Vos valete et plaudite. Calliopius recensui.

E U N U C H U S.

PROLOGUS.

2. A*D eum locum.*] Adde Gotl. Cortium ad Salluſt. Catil. 8. n. 1.

3. Nomen profitetur.] Vid. Suet. Ner. 21. Gell. V. 9.

5. Existimabit.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. existimavit. ſed Edit. Tarviſ. existimat.

Existimet.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. addunt, Sciat, Praesumat. Giſanius in Ind. Lucret. v. *Fac*, defendit τὸ Sciat.

6. Quia laesit prior.] Quinctil. Inſtit. VI. 3. *Occaſioni vero & in rebus eſt tanta vis, ut saepe adjuti ea non indocti modo, ſed etiam ruſtici ſalſe dicant in eum, quiſquis aliquid* dixerit prior. Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. Quale sit prius.

7. Qui bene vertendo.] Suet. Ner. 39. *Quod Nauplii mala* bene cantaret, *ſua bona* male diſponeret. Cic. de Senect. cap. 17. Cl. Vir, Fr. Hare, *bene* & curate *vertendi* laudem ita tribui autumat, ut tamen *male ſcriberet* L. Lavinius, quoties a Graeco diſcedens quidquam de ſuo adderet. Legit enim, et easdem scribendo male. ſed vide Comment. noſtrum.

10.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. A thesauro.

11. Unde petitur.] Cic. pro Mur. 12. *Quid huic tam loquaciter litigioſe reſponderet ille*, unde petebatur, *non habebat.* Liv. I. 33. *Unde res repetuntur.*

13. Patrium monumentum.] Huc reſpexit Plautus, Pſeud. I. 4. 19. ubi Pſeudolus de hero ſuo, quem argento emuncturus erat:

Ex hoc ſepulcro vetere viginti minas
Effodiam ego hodie, quas dem herili filio.

15. Defunctus jam sum.] Coelius ad Cic. Fam. VIII. 1. *Hoc mendacio, ſi qua pericula tibi impenderent, ut* defungeremur.

17.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. Mediol. & Donati

Digitized by Google

Donati vetuſtiſſima Du Boiſiana: CONDONABUNTUR. Sed vide omnino conjecturam Theod. Pulmanni ad *Phorm.* V. 7. 4. in OBSERV. AD DONATUM.

19. INSTITUIT.] H. e. Incepit. Sic *Phorm.* IV. 2. 14. Vide omnino Cl. Burmannum, ad Quinctil. Inſtit. Orat. I. 5.

22. MAGISTRATUS.] Adde Gronov. ad Liv. XXXIV. 61. Graev. ad Juſtin. II. 10. 13. Cic. de Invent. II. 30. Ampl. Bynkershoek Obſerv. I. 18.

34.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. SCIBIS IS.

ACT. I. SCENA I.

2. ITA ME COMPAREM.] Infra II. 2. 9.

3.] Cic. Fam. XII. 15. *Injurias perpeti, & cum contumelia etiam noſtra omnia prius experiri malui.*

4. EXCLUSIT.] Suet. Oth. 3. *Ipſum etiam* excluſiſſe *quondam pro foribus ſtantem.*

Ibid. NON SI.] Virg. Aen. V. 17.

non ſi *mihi Jupiter auctor*
Spondeat, hoc ſperem Italiam contingere coeca.

6. INCIPIES.] Vide Servium ad Virg. Aen. I. 37.

Ibid. PERTENDES.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. PERFICIES. Ovid. Arte Am. I. 389.

Aut non tentaris, aut perfice.

9. FERRE NON POSSE.] Cic. Fam. XIV. 4. *Conficior lacrumis, ſic ut* ferre non poſſim.

Ibid. ACTUM EST! ILICET!] Mſ. Graev. ACTUM ILICO EST.

13. CONSILIO REGERE NON POTES.] Liv. III. 11. *Quippe quae non* conſilio regendae, *ſed permiſſa temeritati audaciaeque eſſet.*

14. IN AMORE INSUNT.] Sic *Adelph.* V. 3. 35. Quinctil. Inſtit. Orat. II. 17. ubi conſule Cl. Burm.

15. INDUCIAS.] Poſſint videri dictae ab *inducendo*, quia ceſſatio quaedam ab armis inducitur. Gr. Ε'κεχειρία quaſi ἰχεχειρία, παρὰ τὸ ἴχειν τὰς χεῖρας. Alias origines & definitiones M. Varronis, Aurelii Opilii & ipſius Gellii, vide apud Gell. I. 25.

22. FALSA LACRIMULA.] *Lacrimas ad oſtentationem doloris paratas* dixit Petronius, cap. 17. *Quam* veras lacrumas *profudit*? Quinctil. Declam. CCCXLII.

23. OCULOS TERENDO.] Suetonius de Clar. Rhet. cap 5. *Par oculorum in amicitia Marci Antonii Triumviri* extriſſe *ſe, ajebat.* ubi vulgo, extitiſſe.

24.] Mſ. Graev. & Edit. Med. ACCUSABIT.

27.] Cic. Fam. VI. 6. *Ut in Fabulis Amphiaraus, ſic ego* prudens & ſciens *ad peſtem ante oculos poſitam ſum profectus.*

32.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Med. PRAETER QUAS IPSE.

ACT. I. SCENA II.

4.] LUcil. Lib. XXVI. apud Non. v. *Exigere. Veſtimentis* frigus atque horrorem *exacturum putet.*

5. ACCEDE AD IGNEM HUNC.] Citat Quinctilianus, Inſtit. Orat. III. 3.

7. QUID HIC STABAS?] Formula invitandi in aedes. ſic Geneſ. XXIV. 31.

11. UTINAM.] Sic Juno ad Jovem, apud Virg. Aen. X. 613.

Si mihi, quae quondam fuerat, quamque eſſe decebat,
Vis in amore foret, non hoc mihi namque negares.

15.] Mſ. Graev. CRUCIARE. Idem cum Edd. Tarviſ. & Mediol. ANIME MI, PHAEDRIA.

21. POTIN' EST HIC TACERE?] Sic *Phorm.* I. 2. 9.

24. PALAM EST.] Suet. Ner. 7. *Ut de Claudio* palam factum *eſt.* Liv. I. 41.

27.] Lucil. Satyra incerta:

Rhodes Carpathium in pelagus ſe inclinat apertum.

Ibid.

Carpathium mare tranſvectus coenabis Rhodi.

28. POTEST TACERI HOC.] Quinctil. Declam. III. 10. *Hoc exemplum in neutram partem* poteſt taceri.

31. CERTUM NON SCIMUS.] Sic Infra III. 3. 67. *Hec.* III. 2. 25. & IV. 1. 5. Sed Cicero in Oratore, cap. 47. Non ſcire *quidem barbarum jam videtur*, neſcire *dulcius.*

33. NEQUE PER AETATEM.] Cic. Fam. XIII. 29. *Ut primum* per aetatem *judicium facere potueris.*

35.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. E SAMO.

42. NEQUE TU UNO ERAS CONTENTA.] Catull. Carm. LXIX.

Quae tamen etſi uno non *eſt* contenta *Catullo.*

44. SINE ME PERVENIRE.] Sic *Heaut.* II. 3. 33. *Phorm.* IV. 3. 35.

46. *Veteribus.*] Adde: Et vel mercenariam militiam praeſtantes primum excipere hoſtilem impetum, quaſi vita vilis eſſet. Unde Ε'ν Καρὶ κίνδυνον proverbio dictum, q. d. *Fac periculum in Care; ne, ſi male ceſſerit, magni referat.* Videtur igitur Thraſo in Cariam profectus eſſe ad ſupplementa militiae conſcribenda.

51. AVIDIOR AD REM.] Sic *Adelph.* V. 3. 48. *Attentiores ad rem.* Et V. 8. 31. *Attenti ad rem.* De vi vocis AVIDUS vide ad *Heaut.* III. 2. 15.

56. IMPRUDENS.] Inſcius. Sil. Ital. VI. 166.

Imprudens *tantae peſtis gradiebar.*

Digitized by Google

Adi Ampl. Virum, Corn. van Bynkershoek, Obſerv. Lib. II. cap. 10.

65.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. curio.

74. Tandem perdoluit.] Ita pronunciavit, uti Davus illa, *And.* III. 4. 7. Tandem *cognoſti, qui ſiem.* Et Annius apud Liv. VIII. 4. *Sin autem* tandem *deſiderium libertatis remordet animos.*

84. In te claudier.] Cic. Fam. VI. 10. *Omnia Ciceronis patere Trebiano.* Adde Gotl. Cortium ad Salluſt. Fragm. Lib. III. pag. 976. Mſ. Graev. & Edit. Mediol. Interclaudier.

85. Ex Aethiopia.] Theophraſt. Charact. cap. 21. Καὶ ἐπιμεληθῆναι δὲ ὅπως αὐτῷ ὁ ἀκόλουθος Αἰθίοψ ἔσται. Ubi vide Iſ. Caſaub.

108.] Edd. Tarviſ. & Mediol. morigerandum est Thaidi.

112.] Q. d. Ὁ νοῦς σου παρὼν ἀποδημείτω. Vel, *Corpore quidem praeſens, animo abſens ſis.* Ovid. Triſt. III. 3. 17.

Te loquor abſentem: te vox mea nominat unam:
Nulla venit ſine te nox mihi, nulla dies.

113. Me desideres.] Auſonius Symmacho: *Tum vero ego beatus, quod affectavi, adſequar,* me ut requiras, me deſideres, de me cogites.

117.] Ad illud Parum fidem accedit locutio Salluſtii, Catil. 7. Magiſque *in decoris armis & militaribus equis, quam in ſcortis atque conviviis* lubidinem *habebant.* I. e. majorem lubidinem. Et cap. 58. *Commeatus abunde.* i. e. abundans. adverbia pro adjectivis. Vide ad utrumque locum Gotl. Cortium.

119. Quae mihi sum conscia.] In bonam partem, contra Horat. Epiſt. I. 1. 61.

hic murus aheneus eſto,
Nil conſcire ſibi, *nulla palleſcere culpa.*

124. Adolescentem.] Intelligit Chremetem, qui in elencho perſonarum Editionis Cl. Hare per errorem *ſenex* dicitur.

ACT. II. SCENA I.

8. Munus nostrum ornato verbis.] Quinctilianus Declam. XIII. 13. Juſtin. XV. 1.

11. Censeo.] Vide Briſſon. Form. Lib. V. p. 162.

13.] Mſ. Graev. cum Ed. Tarviſ. adigent. Et mox, ingratus. ſed Giſanius in Ind. Lucret. ingratis defendit. Suet. Calig. 50. *Incitabatur* inſomnia *maxime.* Adde Gotl. Cortium ad Salluſt. Catil. 27.

14.] Vide Eccleſ. V. 11.

15. Nihil dicis.] Alio ſenſu Graecis dictum, Οὐδὲν λέγεις, quoties obturbabant narrare quid parantem. Theophr. Charact. cap. Περὶ λαλιᾶς.

16. Ejiciunda.] Lucil. apud Non. Marcellum 1.

Ejicere *iſtum abs te quam primum & perdere* amorem.

Me indulgeo.] Sic *Heaut.* V. 2. 35. Lucil. Lib. XXVIII.

Tu, qui iram indulges *nimis, manus abſtinere a muliere melius eſt.*

25. Decrepito.] Cic. pro Coel. 16. *Triſtis ac* decrepitus *ſenex.* Seneca Epiſt. 12. *Quis eſt, inquam, iſte* decrepitus, *& merito ad oſtium admotus?* Feſto *decrepitus* eſt deſperatus, crepera jam vita, ut *crepuſculum* extremum tempus diei. Gr. γέρων τυμβογέρων. Vid. Taubm. ad Plaut. Epid. V. 2. 1. & Kirchman. de Funerib. Rom. I. 12.

ACT. II. SCENA II.

1. Homini homo quid praestat.] Lucil. apud Non. v. *Praeſtare:*

Si facies praeſtat facie, ſi corpore corpus.

Adde Gotl. Cortium ad Salluſt. Catil. 1.

2. Quid intersat.] Lucil. Lib. IX.

Nunc haec quid valeant, quidve *huic* interſiet *illud,*
Cognoſces.

Tacit. Germ. 21. *Monſtrator hoſpitii & comes proximam domum non invitati adeunt, nec* intereſt. *pari humanitate accipiuntur.*

3. Adveniens.] Ἐλθὼν, praeſens pro praeterito. Infra II. 3. 31. *Adelph.* I. 2. 12. *Phorm.* V. 1. 32. Vide Ger. Jo. Voſſium de Analogia, IV. 14.

Mei loci.] Cic. pro Archia 3. Manut. ad Cic. Fam. XIII. 33.

Hinc.] Sic infra, V. 5. 10.

4. *Mediocris laus.*] Vide tamen Manut. ad Cic. pro Dejot. 6. *Id vos & a viro optimo, & ab homine minime ſtulto cogitatum eſſe fingitis.* Adde Gotl. Cortium ad Salluſt. Catil. 3. n. 1.

Patria qui abligurierat bona.] Horat. Serm. I. 2. 62.

Rem patris oblimare.

Ibid. verſu 7.

Hunc ſi perconteris, avi cur atque parentis
Praeclaram ingrata ſtringat malus ingluvie rem.

5.] Attius, Telepho:

Nam etſi opertus ſqualitate eſt, luctuque horrificabili.

9. Itane parasti te.] Supra I. 1. 2. Cic. Tuſc. V. 18. *Proinde* ita parent ſe *in vita, ut vinci neſciant.*

Ibid. Spes nulla reliqua in te.] *Phorm.* I. 2. 89.

11. Color, nitor.] Hunc locum in animo habuit Petronius, ſcribens cap. 2. *Ne carmen quidem ſani* coloris enituit: *ſed omnia quaſi eodem cibo paſta, non potuerunt uſque ad ſenectutem caneſcere.*

12.] Curt. IV. 1. *Hae manus ſuffecere deſiderio meo:* nihil habenti nihil defuit.

13. Ridicolus.] Juvenal. III. 152.

Nil habet infelix paupertas durius in ſe,
Quam quod ridiculos *homines facit.*

Vide omnino Cl. Burm. ad Petron. cap. 44.

14. Tota erras via.] Lucret. Lib. II. init.

Avius a vera longe ratione vagaris.

Sic, *Toto coelo errare.*

17.] Vide Tertull. Apolog. cap. 39. Cic. pro Arch. 5. *Hic, qui nec utitur quidem illis, in quibus eſt ſcriptus, quod ſemper* ſe Heracleenſem eſſe voluit, *rejiciatur?* Aelianus, Var. Hiſt. II. 12. de Themiſtocle: καὶ ἑαυτὸν ἔσπευδεν εἶναι πρῶτον. *Et ſtuduit ſe primum eſſe.*

19. Ingenia admiror.] Adde Iſ. Caſaubonum ad Theophr. Charact. cap. Περὶ ἀρεσκείας.

21.] Cic. Fam. III. 8. *Dicebant, ego negabam.*

22. Omnia assentari.] Theophraſtus, Charact. cap. 3. Καὶ τὸ κεφάλαιον, τὸν κόλακά ἐστι θεάσασθαι πάντα καὶ λέγοντα, καὶ πράττοντα οἷς χαριεῖσθαι ὑπολαμβάνει.

23.] Cic. Tuſc. III. 5.

24.] Theophr. Charact. cap. 6. Καὶ ἐφοδεύειν τὰ μαγειρεῖα, τὰ ἰχθυοπωλεῖα, τὰ ταριχοπωλεῖα.

26. Aucupes.] Locum Ciceronis explicat Iſ. Caſaubonus ad Theophr. Charact. cap. Περὶ ἀπονοίας.

29. Tanto honore.] Adde omnino Gotl. Cortium ad Salluſt. Catil. 19. n. 3. Paſſerat. ad Cic. pro Arch. cap. 5. ubi legitur, *in nomen.* Et Kockerti Indicem. Schott. Nod. I. 6.

30. Tam facile.] Phaed. III. 7. 13. & IV. 21. 3.

Coepit me obsecrare] Cic. pro Dejot. cap. 14. *Nec accidere, ut quiſquam te* timere incipiat *eorum, qui ſemel a te ſint liberati.* Vide ad *And.* III. 2. 12.

31. Sectari.] Suet. de Clar. Rhet. cap. 4. *Objicientibus ſibi, quod in Republica adminiſtranda potiſſimum Conſularis Iſaurici* ſectam ſequeretur, *Malle reſpondit Iſaurici eſſe diſcipulus, quam Epidii calumniatoris.*

34. Otium.] Juvenal. Sat. V. 2. Giſan. in Ind. Lucret. v. *Suum*, legit, os suum. conf. Lang. ad Cic. Off. I. 31.

35.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. Rogare.

36.] Exiſtimat Muretus, τὸ Thaidis ex margine irrepſiſſe. Franciſcus Hare in Notis legit, Thaidis ante ostium, ſed in Addendis, Ante ostium mulieris.

39. Plurima salute impertit.] Lucil. apud Non. v. *Impertit:*

Seſpitat, impertit ſalutem plurimam *& pleniſſimam.*

Idem ibidem:

ſalutem *fictis verſibus Lucilius*,
Quibus poteſt, impertit, *totumque hoc ſtudioſe & ſedulo.*

40. Summum.] Eſt ellipſis Attica. Schott. Obſerv. I. 14.

47. Sursum, deorsum.] *Hec.* III. 1. 35.

49.] Prospectus dicitur etiam de eo, qui incipit proficiſci. Vide Gotl. Cortium ad Salluſt. Jug. 102. & Ind. Kockerti.

57. Mira vero.] Servius ad Virg. Aen. I. 669. *figuram Graecam* vocat.

ACT. II. SCENA III.

3. Quam insistam viam?] Pacuvius, Atalanta: *Dubito*, quam inſiſtam viam.

5. Faciem.] *Vultus* contra eſt habitus oris adventitius. Non. Marcell. & Iſidor. Orig. XI. 1. Salluſt. Catil. 15. *Prorſus in* facie *vultuque vecordia inerat.* Ubi vide Gotl. Cortium.

6. Formarum.] *Formas & Figuras* pro puellis dixerunt. Vide Cl. Burm. ad Quinctil. Declam. XV. 1.

8.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. Occeperit amare.

Ibid. Ludum jocumque.] Lucil. Sat. III.

Verum hic ludus ibi ſuſque omnia deque fuerunt,
Suſque & deque fuere, inquam, omnia, ludu' jocuſque.

Adde P. Victorium Var. Lect. Lib. VI. cap. 13.

10.] Mſ. Graev. Ut illum Di Deaeque senem omnes perdant.

11. Restiterim.] Sic Phaed. III. 7. 4.

12. Alacris.] Attius, Alcmaeone:

Ut me depoſitum ac moerentem jam repente nuncio
Reddidiſti alacrem, *ac me excitaſti ex luctu in laetitudinem.*

13.] Virg. Aen. X. 670.

Quo feror? unde abii? quae me fuga, quemve reducet?

14. Oblitus sum mei.] *Phorm.* V. 8. 4.

16. Inveni modo, quod ames.] Neutro genere dixit, uti Ovid. Arte Am. I. 35.

Principio quod amare velis, reperire labora.

17. Utilitatem.] Cic. Fam. XVI. 3. Att. VIII. 5.

18. Cellulam.] Cic. Philipp. II. 27. Suet. Calig. 57. Vitell. 16.

Penum omnem congerebam.] Auguſtin. Confeſſ. Lib. I. cap. 9. *Furta etiam faciebam de cellario parentum, & de menſa, vel gula imperitante, vel ut haberem, quod darem pueris, ludum ſuum mihi, quo pariter utique delectabantur, tamen vendentibus.*

20.] Cic. 2. Verr. 12. *Magnum onus, ſed dignum in quo omnes* nervos *aetatis induſtriaeque meae* contenderem.

22. Vincto pectore.] Petron. cap. 126. *Jam mentum, jam cervix, jam manus, jam pedum candor intra auri* gracile vinculum *poſitus parium marmor extinxerat.* Vide porro quae e Galeno notavit ad h. l. Coel. Rhodiginus, Lect. Antiq. IV. 4. Lucil. Sat. VIII.

> *Quod* gracila *eſt, pede quod pernix, quod pectore pure,*
>
> *Quod puero ſimilis.*

Apud Non. Marcellum, v. *Gracila.* Adde P. Victor, Var. Lect. II. 6. & Ampliſſ. Giſb. Cuper. Obſ. I. 5.

23. Habitior.] Gell. IV. 20. *Cenſores, P. Scipio Naſica & M. Popilius, quum equitum cenſum agerent, equum nimis ſtrigoſum &* male habitum, *ſed equitem ejus uberrimum &* habitiſſimum *viderunt.* Adde Boecl. Chreſtom.

26. Succi plenum.] Vid. Giſan. Ind. Lucret. v. *Lignea,* Lucil. Sat. Lib. IV.

> *Quod ſi nulla poteſt mulier tam corpore duro*
> *Eſſe, tamen tenere maneat ſuccuſſa lacerte,*
> *Et manus uberior lactanti in ſumine ſidat.*

Ubi vide Douzam.

31. Adveniens modo.] Vide ſupra II. 2. 3.

35. Aequalem.] Vide *And.* II. 6. 22.

40. Sex septem.] Flor. IV. 9. 3. *Modo trecentarum quinquaginta navium dominus, cum* ſex ſeptemve *fugiebat.*

42. Monstri simile.] *Phorm.* V. 7. 61. Adde Giſan. Ind. Lucret.

44. Incurvus.] Lucil. apud Non. v. *Ramices:*

> *Quod deformis ſenex, ac paedidus, ac pedagroſus,*
> *Quod mancus, miſer, exilis, cum ramice magno.*

Naevius, Alceſtide:

> *Corpore pectoreque undique obeſo,*
> *Mente exſenſa, tardique genula,*
> *Senio oppreſſum.*

Virg. Aen. V. 431.

> *tarda trementi*
> *Genua labant.*

Homer. Il. Δ. 313.

> Ὦ γέρον, εἴθ' ὡς θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισιν,
> Ὥς τοι γούναθ' ἕποιτο, βίη δέ τοι ἔμπεδος εἴη.
> *O ſenex, utinam, ſicut animus eſt in pectoribus tuis,*
> *Sic te genua ſequerentur, roburque tibi firmum eſſet.*

49. Abiit hora.] Sic *Heaut.* II. 1. 11.

51. Commodum.] *Phorm.* IV. 3. 9.

55.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. Ipsa est scilicet.

62. Rivalis.] Vide ſupra II. 2. 37.

69. Nihil ad nostram hanc.] Sic infra IV. 4. 14. Gr. οὐδὲν πρὸς τὴν ἡμετέραν.

75.] Lucil. Sat. VIII.

> *Cum poclo bibo eodem, amplector, labra labellis*
> *Fingens compono, hoc eſt, tum* ψωλοκοποῦμαι.

77. fin. *reperi.*] Adde: Sic Salluſt. Catil. 40. *Requirere coepit, quem exitum* tantis malis *ſperarent? Poſtquam illos videt queri de avaritia magiſtratuum, accuſare Senatum, quod in eo auxilii nihil eſſet, miſeriis ſuis remedium mortem exſpectare: At ego, inquit, vobis, ſi modo viri eſſe vultis, rationem oſtendam, qua* tanta iſta mala *effugiatis.*

79. Audio.] Sic *Phorm.* V. 7. 54.

86. Garris.] Vide ad *Phorm.* III. 2. 2.

88.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. Callidum. Et mox, flagitium, facinus.

89. Istaec faba.] Vide Taubm. ad Plaut. Capt. II. 1. 7.

93. Referam gratiam.] Phaed. III. 2. 1.

ACT. III. SCENA I.

2. Non tam ipso quidem dono, quam abs te datum esse.] Ovid. Heroid. XVII. 70.

> *te potius, quam tua dona ſequar.*
> *Utque ea non ſperne; ſic acceptiſſima ſemper*
> *Munera ſunt, auctor quae pretioſa facit.*

9.] Salluſt. Jug. 85. *Neque* gloriam *meam laborem illorum faciam.* de uſu vocis gloria vid. Cl. Burm. ad Val. Flacc. Argon. I. 77.

10. Salsum.] Afranius in Compitalibus: *Quidquid loquitur,* ſal merum *eſt.* Ad Terentianam phraſin accedit praeceptum Servatoris, Evang. Marc. IX. 50. Ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας: ad Afranianam, Pauli Apoſt. ad Coloſſ. IV. 6. Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος.

11.] Mſ. Graev. cum Edit. Mediol. Qui in te est.

Ibid. in fine, *& Scholia.*] Ita fere Numer. X. 31.

13.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. Satietas. Pomp. Mela, III. 5. *Ubi eos vivendi* ſatietas *magis, quam taedium* cepit, *hilares redimiti ſemet ipſi in pelagus ex certa rupe praecipites dant.* Attius, Aſtyanacte:

> *Quorum crudelitatem nunquam ulla explet* ſatias *ſanguinis.*

Lucil. Lib. XXIX.

> *Quid mihi proderit, quem* ſatias *jam omnium rerum tenet?*

Infra V. 6. 3. *Hec.* IV. 2. 18.

15. Requiescere.] Virg. Ecl. VII. 10.

> requieſce *ſub umbra.*

16. Quasi.] Vide *Heaut.* II. 3. 77.

17. Abducebat.] Sic *Heaut.* I. 2. 9. Sed Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. adhibebat.

21. Mordere clanculum.] Vid. Laurent. ad Phaed. IV. 7. 1. Ibid. Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. Ego flocci pendere.

23.] Ovid. Triſt. IV. 6. 7.

> *Quaeque ſui monitis obtemperat* Inda *magiſtri*
> Bellua, *ſervitium tempore victa ſubit.*

25. Im-

25. Imperium in belluas.] Vide Barthium ad Stat. Theb. VI. 315. *Superjumentarium* vocat Suetonius, Claud. 2.

27. Jugularas.] Horar. Serm. I. 7. 35.

per magnos, Brute, Deos te
Oro, qui reges conſueris tollere, cur non
Hunc Regem jugulas?

32. Plus millies.] *Phorm.* III. 2. 2. Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ, & Mediol. Plus millies jam audivi. Iidem Libri mox: ad id ludere.

36.] Vid. Gronov. ad Juſtin. III. 3. 7.

39. Fertur.] Celebratur. Quinctil. Inſtit. Orator. X. 1. *Nobis pueris inſignes orationes* ferebantur. Ubi vid. Cl. Burm.

40.] Mſ. Graev. hunc verſum Thraſoni tribuit, legitque adolescentulo. Ita & Edd. Tarviſ. & Mediol. Et in Edit. Mediol. eſt, Impudenti. Mſ. Graev. mox, Emori.

45.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. Suspicatur.

55. Quod eam mordeat.] Liv. VIII. 4. *Sin autem tandem libertatis deſiderium* remordet *animos.*

63.] Cic. Fam. IV. 13. *Sed* haec tu melius, *vel optime omnium.*

ACT. III. SCENA II.

3. Suavium.] Gifanius Ind. Lucret. v. *Suavis*, tuetur Savium. atque ita eſt in Mſ. Graev.

10.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. Bene pol fecisti.

18.] Nepos Hannib. 2. *Ut* uſque *a rubro mari arma conatus ſit inferre Italiae.*

21. Honestus.] Vide ad *And.* I. 1. 96.

22. Numquid habes, quod contemnas?] Vide Iſ. Caſaubonum ad Theophraſti Charact. cap. Περὶ Αὐθαδείας.

23. In literis.] Conſule Iſ. Voſſium, ad Melam, I. 12. pr. & Ger. Jo. Voſſium de Nat. Art. I. 4. 22. Graecis vero aliud ſunt γράμματα, aliud ἀριθμητικά.

24. Liberum.] Cic. de Oratore cap. 1. *Sic ſentio, neminem eſſe in Oratorum numero habendum, qui non ſit omnibus iis artibus, quae ſunt* libero homine *dignae, expolitus.*

25. Solertem dabo.] *Ad quos, Ad ea*, vel ſimile. Et paſſim ante relativum omittitur pronomen demonſtrativum. Vid. Salluſt. Catil. 13. n. 2. & ibi Gotl. Cort.

29. Cicatrices.] Liv. II. 23. *Ipſe teſtes honeſtarum aliquot locis pugnarum* cicatrices *adverſo pectore* oſtentabat. Salluſt. Jug. 85. *Non poſſum fidei cauſa imagines, neque triumphos, aut conſulatus majorum meorum* oſtentare: *at, ſi res poſtulet, haſtas, vexillum, phaleras, alia dona militaria, praeterea* cicatrices *adverſo corpore.*

36.] Naevius, incerta Fabula:

Peſſimorum peſſime, *audax, ganeo, lurco, aleo.*

Cic. Fam. XIV. 3. *Ego autem hoc* miſerior *ſum, quam tu, quae es* miſerrima.

38.] Lucil. Lib. XXVII.

Mordicus petere aurum ex flamma expedias, &
e coeno cibum.

Suet. Vitell. 13. *Ne in ſacrificio quidem unquam, aut itinere ullo temperavit, quin inter altaria ibidem ſtatim viſcus & farra pene rapta e foco manderet.* Adi Kirchman. de Funerib. Rom. Lib. IV. cap. 5.

40.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. Postea. Et mox, Non convenit.

43.] Lucil. Lib. IX.

Quid tibi ego ambages, Ambivi, ſcribere coner?

Ibid. Domini similis es.] Ita fere Jeſ. XXIV. 2. & Ezech. XVI. 44. Petron. cap. 58. *Qualis dominus, talis & ſervus.*

51.] Prius Quid? abeſt a Mſ. Graev. & Edit. Mediolanenſi. *Eun.* V. 3. 1.

ACT. III. SCENA III.

10. Mecum.] H. e. Apud me. Vide Interpp. ad Phaed. II. 5. 25. & IV. 21. 14. Infra *Adelph.* III. 2. 29.

Ibid. Mihi sese dare.] Sophocles, Philoctete: Δός μοι σεαυτόν.

Sermonem quaerere.] Id *longe arceſſere fabulas* dixit Petronius, cap. 37. Ubi vid. Cl. Burm.

17. Haec cur quaeritet?] Ita Davus *And.* I. 2. 20. *Hoc quid ſit?*

18.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. Nisi illa.

30.] Mſ. Graev. Malam in rem hinc ibis. Edit. Tarv. Malam in rem hinc abis? Edit. Mediol. Malam in rem hinc abi.

ACT. III. SCENA IV.

1. Piraeeo.] Vide omnino Cellar. Geogr. Antiq. II. 13. & Meurſii Archontas, Lib. II. cap. 3. & 9. Et Attic. Lect. Lib. 1. cap. 19. & Lib. V. cap. 19.

2.] Fortaſſe diſtinguendum: Coimus in piraeeo in hunc diem, ut de symbolis essemus. Ut Comice dictum ſit, pro, *Ut hoc die de ſymbolis eſſemus.* Adi Boecl. Chreſtomath. v. Coire. Eſt autem, De symbolis essemus, *coenam coenaremus, in quam quiſque ſymbolam daret.* quod eſt ἀπὸ συμβολῆς δειπνεῖν. Plaut. Menaechm. III. 2. 20.

Minore nuſquam bene fui *diſpendio.*

Truc. IV. 2. 28.

De

De eo nunc bene ſumus, *tua virtute.* DI. *Illinc ut inimici mei*
Bona iſtinc edant?

3. PRAEFECIMUS.] De conviviorum praefectis ſeu regibus, qui Gr. συμποσίαρχοι, βασιλεῖς & στρατηγοὶ dicti, vid. Lipſ. & Taubm. ad Plaut. Perſ. V. 1. 18.

DATI ANNULI.] Hi pro ſymbola dabantur conviviorum regibus. Kirchman. de Annulis, cap. 18.

6. HOC NEGOTII CAETERI DEDERE.] Vid. *And.* Prol. 2.

7.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. IBO AD EUM. VISAM, SI DOMI EST.

A THAIDE.] Vide *And.* I. 3. 21.

10. NISI.] Vide *And.* IV. 1. 40.

LUBET.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. LIBET.

ACT. III. SCENA V.

1. NEMO HOMO.] Laudat Chariſius, Lib. I. addens illud Lucilii, Lib. XXIX. 70.
Quis tu homo es? nemo *ſum* homo.

2.] Attius, Epigono, apud Non.
Imperitus ſtupiditate erumpit ſe, *impos conſilii.*

Lucret. Lib. IV. 1051.
Tandem ubi ſe erupit *nervis conjecta cupido,*
Parva ſit ardoris violenti pauſa parumper.

3. NUNC EST.] Plaut. Capt. III. 3. 1.
Nunc illud eſt, quum me fuiſſe, quam eſſe, nimio mavelim.

De ellipſi hujus locutionis vid. Sanct. Minerv. IV. 4.

4. AEGRITUDINE.] Vid. *And.* V. 5. 5.

5.] Mſ. Graev. & Editiones Tarviſ. & Mediol. SED NEMINEM CURIOSUM. Vide Coelii Epiſtolam ad Cic. Fam. VIII. 1.

12. O FESTUS DIES HOMINIS!] Lucilius apud Porphyrionem ad Horat. Sat. I. 5.
ſervorum eſt feſtu' dies *hic,*
Quem plane Hexametro verſu non dicere poſſis.

An igitur Chaerea diem laudavit, quaſi qui *feſtus hominis* ſit, non ſervi, atque in quem tot ſibi concluſa ſint commoda? Idem autem Porphyrion feſtum illum diem ſervorum *Equoturium* dictum ait.

18. ELEGANS.] Cic. Fam. VII. 23. *Hominem in omni judicio, ut ego ſemper judicavi,* elegantiſſimum, *quae me digna putaris, coëmiſſe.*

19. IN HAC COMMOTUS SUM.] Ita fere Proverb. V. 19. & 20.

23. ARRIPUI.] Petron. cap. 80. *Nihil timui, immo conditionem praecipuam feſtinationi* rapui. Idem Graecis valet ἁρπάσαι. Vid. Ampl. Gisb. Cuper. ad loc. cit.

Ibid.] Edd. Tarviſ. & Mediol. TACITUS SIS, CITIUS AUDIES.

32. TERRAM INTUENS.] Id vel modeſtiae ſignum eſt habitum, uti h. l. & Salluſt. Catil. 31. Demiſſo vultu, *voce ſupplici poſtulare.* Val. Max. V. 1. 7. Senec. Epiſt. XI. *Artifices ſcenici, qui imitantur adfectus, qui metum & trepidationem exprimunt, qui triſtitiam repraeſentant, hoc indicio imitantur verecundiam, dejiciunt vultum, verba ſubmittunt,* figunt in terram oculos, *& deprimunt.* vel pudoris virginei. Chryſoſtom. de Virg. cap. 7. vel terroris ac triſtitiae. Curt. VI. 9. Caeſ. B. G. I. 32. Tacit. Hiſt. IV. 74. Euripides Medea ℣. 27.
Οὔτ' ὄμμ' ἐπαίρουσ', οὔτ' ἀπαλλάσσουσα γῆς
Πρόσωπον.

33. QUAE CIRCUM ILLAM ESSENT.] Cic. Att. XIII. 52. Curt. III. 1. n. 17. Sulp. Severus, Hiſt. Eccl. II. 38.

36. UBI.] Adverb. loci pro Relativo. Phaed. II. 5. 5.

37.] De Danaës, Acriſii, Argivorum regis filiae, fabula vid. Apollod. Biblioth. Lib. II. Horat. Carm. I. 16. Senec. Octavia, ℣. 204.

MISISSE.] Phaed. I. 2. 14.

38. LUSERAT.] Honeſta vox in re turpi. Idem Graecis παίζειν eſt. Sic LXX. Interpretes verterunt locum Exod. XXXII. 6. quod de ſcortatione accipit Cl. Burmannus, ad Petron. cap. 11.

40.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. PER ALIENAS TEGULAS.

42. AT QUEM DEUM!] Ita *Phorm.* II. 3. 20.
At quem virum!

QUI TEMPLA COELI SUMMA SONITU CONCUTIT.] Ennius Andromacha:
Acheruſia templa alta Orci pallida.

Idem Hecuba:
O magna templa coelitum,
Commixta ſtellis ſplendidis!

Idem Achille:
Per ego Deûm ſublimas ſubices, humidas
Unde oritur imber ſonitu ſaevo & ſpiritu.

Attius, Aeneade:
Clamore & gemitu templum reſonuit coelitum.

Idem Atreo:
Sed quid tonitru turbida torvo
Concuſſa repente aequora coeli
Senſimu' ſonere?

43. HOMUNCIO.] Teſtatur P. Victorius ad Cic. Fam. IV. 7. Angelum Politianum ex Cod. Bembino legiſſe, HOMUNCIO. Sed & ipſe legit ibi ex Codice Mediceo, HOMUNCULI.

45.] Giſanius in Ind. Lucret. v. *In*, tuetur IN LECTO COLLOCANT. Et in Mſ. Graev. & Edit. Tarviſ. eſt, DEINDE EAM IN LECTO ILLAE COLLOCANT.

47.] Plaut. Curc. II. 3. 36.
nolo equidem mihi
Fieri ventulum.

53.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol.

diol. LIMIS ASPECTO. & mox, QUID TUM, FATUE? omiſſo priori QUID?

58. AMITTEREM?] Plaut. Moſtell. II. 2. 8.

peccaviſti largiter,
Qui occaſionem *hanc* amiſiſti *tam bonam.*

61.] Mſ. Graev. *An.* PERLONGE EST. *Ch.* SED TANTO OCIUS PROPERAMUS. *An.* MUTA VESTEM.

63.] Mſ. Graev. & Edit. Mediolanenſis, A RURE.

64. AD ME.] Vid. *And.* I. 3. 21.

ACT. IV. SCENA I.

1. BENE.] Abeſt ab Edd. Tarviſ. & Mediol.

7. TEMPUS.] H. l. occaſionem notat. Salluſt. Catil. 20. *Res*, tempus, *pericula*, *egeſtas*, *belli ſpolia magnifica non magis, quam oratio adhortentur.*

8.] Mſ. Graev. & Ed. Mediol. SERMONEM ILICO INCIPIT. Edit. Tarviſ. ILICO OCCIPIT.

14.] Edd. Tarviſ. & Mediol. SIGNUM.

ACT. IV. SCENA II.

1. INTER VIAS.] Tibull. Lib. IV. 1. 79. ad Meſſalam:

noſtras inter *ſunt cognita* terras.

4.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. RAPUTO.

7.] Suet. Ner. 48. *Ut ad diverticulum ventum eſt.* vid. Feſt. v. *Pomonal.* Cl. Burm. ad Petron. cap. 10. DAVERTICULUM tuetur.

12. EXTREMA LINEA.] Dum varias Eruditorum ſententias magis magiſque puto, illa maxime ſeſe adprobat, quae originem hujus locutionis a Circo arceſſit. Sit igitur EXTREMA LINEA dictum pro *Extrema parte Lineae.* Ipſae autem *Lineae* ſedilium ordines notent. Aut vehementer fallor, aut rem explicuit Magiſter Amorum, qui poſtquam Lib. I. de Arte Am. 136. dixiſſet:

Multa capax populi commoda Circus habet.

Ita continuo pergit,

Nil opus eſt digitis, per quos arcana loquaris:
Nec tibi per nutus accipienda nota eſt.
Proximus a domina, nullo prohibente, ſedeto:
Junge tuum lateri, quam potes, uſque latus.
Et bene, quod cogit, ſi nolis, linea *jungi;*
Quod tibi tangenda eſt lege puella loci.

Idem, Amorum Lib. III. Eleg. 2. 19.

Quid fruſtra refugis? cogit nos linea *jungi.*
Haec in lege loci commoda Circus habet.

Phaedria igitur biduo proximo eum ſaltem amoris ſui fructum percepturum ſe confidit, procul videndo Thaidem, quem *extrema linea*, ſeu, quod idem eſt, extremis lineae partibus ſejuncti ſedentes, ſeque e longinquo videntes percipiunt. Alio ſpectat illud Lucilii, Lib. XXVIII.

Et amabas omnes, nam diſcrimen non facit;
neque ſignat linea alba.

ACT. IV. SCENA III.

1. SCELEROSUM.] Nonio Marcello *ſceleroſi* ſunt ſcelerati, aliter atque Donato. Laudat autem Lucil. Sat. I.

Non tamen aetatem tempeſtatem hanc ſceleroſi
Mirentur.

Et Afran. Divortio:

O diem ſceleroſum *& indignum!*

2. PERII!] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediolan. hanc vocem Pythiae tribuunt, Phaedriae autem, HOC QUID SIT VEREOR.

3. LUDIFICATUS.] Sic *Hec.* I. 2. 74.

4.] Pacuvius, incerta Tragoedia:

Agite, ite, volvite, rapite, comaque trahite;
Per aſpera ſaxa & humum, ſcindite veſtem
ocius.

Lucil. Lib. XXII.

mercede quae
Conductae flent alieno in funere praeficae
Multo; & capillos ſcindunt, *& clamant*
magis.

Virgil. Aen. IX. 478.

Sciſſa comam.

Cic. Tuſc. III. 26. de Agamemnone: Scindens *dolore identidem intonſam* comam.

6.] Afranius, Privigno:

Occaſione certa mulier involat in collum, *plorat, orat.*

Lucil. Sat. XXX. 91.

Inde canino ritu oculiſque involem.

Ubi Giſanius mallet: *Endo canino rictu.* Lipſius autem: *ocul' oſque.* pro, *oculos oſque.* Horat. Carm. I. 6. 17.

praelia virginum
Sectis in juvenes unguibus acrium.

7.] L. Pomponius, Syris:

Quid eſt? apud forum, praeſente teſtibus *mihi vendidit.*

In XII. Tabb. haec ſunt: *Poſt meididiem* preſented ambobus *ſtleitem adoicitod.* Attius, Melanippo:

Eſt res aliqua, quae praeſente his *mature*
prius inſtitit.

10.] Mſ. Graev. & Edit. Tarv. TAM ILLEPIDIA.

20. LONGIUS.] *Heaut.* I. 2. 38. *Adelph.* V. 5. 1. Attius, Deiphobo:

Forte aliquanto, quam ſolitus, lembo ſum progreſſus longius.

Ibid.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. POSSET.

21. AD NOS.] Vid. *And.* I. 3. 21.

24. POTESSE.] Mſ. Graev. & Edit. Tarviſ. POSSE. vid. Barth. ad Claud. II. Eutr. 87. & Cl. Otto, de Eunuchis, §. 21.

ACT. IV. SCENA IV.

2. MALE CONCILIATE.] Imitatus Plautum, Pſeud. I. 2. 1.

male habiti, male conciliati.

Amph. I. 1. 132.

ſcorto conducto male.

3.] Attius, Troadibus:

Perſonas diſtortas, *oribus deformes*, *miriones.*

Horat. Serm. I. 9. 65.

nutans,
Diſtorquens oculos.

Quinctil. Inſtit. Orator. I. 11. *Obſervandum erit etiam, ut recta ſit facies dicentis: ne* labra diſtorqueantur.

4. VESTIS MUTATIO?] Cic. Fam. VII. 21. *Negare ajebat Servium, tabulas teſtamenti eſſe eas, quas inſtituiſſet qui* factionem teſtamenti *non habuerit.* Adde Kockerti Indicem.

14. NE QUIDEM.] Defendit hanc lectionem ad Flor. II. 5. 3. Cl. Dukerus. In aliis eſt, NEC QUIDEM.

22.] De voce γαλῆ vide plura apud If. Caſaub. ad Theophraſt. Charact. cap. Περὶ δεισιδαιμονίας. Faber Lib. II. Epiſt. 11. Et Bochart. Hierox. I. 4. 7. Merito autem dubites, Terentiumne erroris inſimulaverit Donatus, an cum Adeſione ſcientem COLORE MUSTELLINO vertiſſe dixerit. Utrumque enim eſt in Donatianis. Si vero Terentius apud Menandrum γαλεώδης γέρων legit, non γαλιώτης, ut exiſtimat Donatus, ab omni errore immunis eſt, ceu recte cenſet Fr. Hare. Utcunque, mirum, Cl. Bentlejum Donati incertam correctionem, quam Terentii ſcripturam in contextum recipere praeoptaſſe.

45. EXSCULPERE.] Lucil. Sat. II.

Nunc nomen, jamque ex teſtibus ipſe rogando
Exſculpo, *haec dicam.*

Reſtituit Joſ. Scaliger:

Nunc Nomentani quae ex teſtibus ipſe rogando
Exculpi, *haec dicam.*

Ubi τὸ *Exculpi* valet *Exſculpſi.*

ACT. IV. SCENA V.

1.] MS. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. VICIT ME VINUM. mox Edit. Tarv. ACCUMBEBAM.

6.] Meminit Cicero, de Nat. Deor. II. 23. Adde Barth. ad Stat. Thebaid. V. 110. Lucil. Sat. IV.

Deficit alma Ceres, *nec plebs pane potitur.*

7.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. AN ABIIT JAM A MILITE?

10. NISI QUIA.] Graeciſmum eſſe obſervat Salmaſius ad Tertull. de Pallio, p. 423.

11.] Editio Mediolanenſis: ME EXCLUSIT FORAS.

ACT. IV. SCEN. VI.

3. MAGNIFICA VERBA.] *Phorm.* V. 7. 37. Suet Calig. 44. *Magnificas literas miſit.* De oppoſitione *Verborum* & *Rei* vid. *Heaut.* IV. 1. 23. *Adelph.* II. 1. 10.

7.] Acidalii lectionem ipſe Terentius firmat. vid. *Heaut.* III. 3. 1. & *Hec.* IV. 2. 12.

13.] Cic. Fam. IV. 5. *Quid horum fuit, quod non prius, quam datum eſt, ademtum ſit?*

15.] De MONUMENTIS conſule etiam P. Victorium, Var. Lect. II. 3.

18.] Naevius, Corollaria:

Nimis homo formidoloſus *eſt.*

Idem Alceſtide:

Omnes formidant homines eju' violentiam.

19.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. QUI METUAT MINUS.

23.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. SCIO EGO ISTUC.

24.] L. ult. Cod. in quibus cauſ. in integr. reſt. neceſ. non eſt: *Melius intactam cauſam ſervare, quam poſt vulneratam remedium quaerere.*

31. ATTOLLE PALLIUM.] *Phorm.* V. 6. 4. In Mſ. Graev. ſupraſcriptum, *Ad reſiſtendum.* Ovid. Amor. III. 2. 25.

Sed nimium demiſſa jacent tibi pallia terrae.
Collige; vel digitis, en, ego tollo meis.

De Arte Am. I. 153.

Pallia ſi terrae nimium demiſſa jacebunt;
Collige, & immunda ſedulus effer humo.

ACT. IV. SCENA VII.

2.] PLaut. Truc. IV. 2. 29.

Mortuum hercle me, quam ut id patiar, maavelim.

Ibid. SEQUIMINI.] Liv. III. 27. *Accelera ſignifer, ſequere miles.* Et cap. 38. *Sequimini pro vexillo cuſpidem meam.*

4. MALE MULCABO IPSAM.] Attius, Amphitryone:

aetate an mala
Male *a me vis mulcari exemplis omnibus?*

Ibid. DONAX.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. DORAX. Ita & ſupra ℣. 2.

5. CORNU.] Vide omnino Lipſium de Militia Rom. Lib. IV. Dial. 6.

10. SANNIO.] Nonius Marcellus citat hunc locum, addens: *Sanniones dicuntur a ſanniis, qui ſunt in dictis fatui, & in motibus, & in ſcenis, quos μωροὺς vocant Graeci.* Cic. de Oratore Lib. II. *Quid porro tam ridiculum, quam* Sannio eſt? *qui ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur ipſo.*

DOMI.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol.

diol. DOMUM. Plaut. Aul. I. 2. 3. Barthius ad Stat. Thebaid. v. 107. P. Victor. Var. Lect. III. 6.

11. POST PRINCIPIA.] Ita Juſtinus de Xerxe, II. 10. 23.

12.] Mſ. Graev. IPSUS SIBI CAVIT LOCUM. Et ſupra ſcriptum, *cautus elegit.*

15.] Lucil. apud Non. v. *Nebulones:*

Nugator quidam, ac nebulo ſit maximu' *multo.*

Idem apud eundem:

Lucifugus nebulo.

Et:

Si noſti, non magnus homo eſt.

Cic. pro Dejot. cap. 8. *An Coelium iſtum magnum hominem putabat?* Scaliger in Conjectaneis obſervat, veteres *Magnum* vocaſſe ſtolidum & ineptum. Ita *μέγας* apud Ariſtoph. Lucil. Sat. incerta:

Nequam & magnus homo, lanionum immanu' canes ut.

19.] Salluſt. Jug. 20. *Prius tamen omnia pati decrevit, quam bellum ſumere.* Herodianus Lib. I. cap. 87. Οὐδεὶς γὰρ ὕτω ἀνόητος ἐςι, ὅς, τις πόλεμος πρὸ εἰρήνης αἱρεῖται.

24.] Mſ. Graev. QUO MIHI ANTE OCULOS.

30.] TIBI vel eleganter abundat, vel notat, Quod ad te attinet. vid. Periz. ad Sanct. Min. II. 4.

36. OS DURUM!] Lucil. apud Non. v. *Bovinatores:*

Hic ſtrigoſu' bovinatorque, ore *improbu'* duro.

Cic. Fam. V. 10. *Si mehercule* Appii os *haberem, in cujus locum ſuffectus ſum, tamen hoc ſuſtinere non poſſem.* Ubi vid. Manut. Ovid. Heroid. XVII. 102.

Nec tibi plus cordis, ſed minus oris *adeſt.*

Quae verba varie leguntur. Suet. de Illuſt. Grammat. 22.

Qui caput ad laevam didicit, gloſſemata nobis
Praecipit: os nullum, *vel potius pugilis!*

Eodem ſenſu, ſed ſermone magis plebejo, *durae buccae fuit*, Petronius dixit, cap. 43.

37. THAIS.] Haec vox per lacunam abeſt a Mſ. Graev. Abeſt etiam ab Edd. Tarviſ. & Mediol.

39. FURTI SE ALLIGAT.] Gell. VII. 15. *Quod cui ſervandum datum eſt, ſi id uſus eſt; ſive, quod utendum acceperit, ad aliam rem, atque acceperit, uſus eſt,* furti ſe obligavit.

41.] Mſ. Graev. integrum hunc verſum tribuit Gnathoni.

46. ANIMUS EST IN PATINIS.] Plaut. Menaechm. IV. 2. 55.

Meus eſt in querelis.

ACT. V. SCENA I.

1. PERPLEXE.] Theophraſtus cap. Περὶ εἰρωνείας vocat πλοκὰς καὶ παλιλλογίας. Adde Iſ. Caſaub.

3. NON DICTURA ES?] Interrogando jubet. Phaed. III. 6. 2.

non vis citius progredi?

Mſ. Graev. & Ed. Mediol. NUM TU.

21. QUID FACIAS.] Hinc uſque ad finem Scenae omnia in Mſ. Graev. tribuuntur Pythiae. Niſi quod ſuprafcriptum eadem, ut videtur, manu, eſſe libros, in quibus illa, NON EST, Thaidi, reliqua rurſus Pythiae tribuantur. Donatus itidem omnia Pythiae tribuiſſe videtur.

22. OS IMPUDENS.] Vide ſupra IV. 7. 36.

ACT. V. SCENA II.

5.] MS. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. EGOMET IN PEDES. *Phorm.* I. 4. 13. Flor. IV. 2. 67. *Exercitus in fugam.*

8.] Mſ. Graev. INDE MISERRIMUS FUGI FUGITANDO.

9. HAEREO.] Metaphora ab avibus ineſcatis tranſlata. Ita Donat. ad *Adelph.* III. 3. 49. conf. *Phorm.* V. 7. 70. Affine eſt illud *Phorm.* V. 2. 15. *In eodem luto haeſitas.*

12. HERA, FACTUM.] Cl. Hare ita ordinat: *Ch.* ERA. *Th.* AUFUGISTIN'? *Ch.* FACTUM. Credit nimirum, Chaeream pavidum & officii plenum verba Thaidis, dicentis, DIC MIHI, excipere voluiſſe, dicendo, ERA, q. d. *quid vis dicam?* nec priuſquam animam reciperet, niſi ſingula verba potuiſſe proferre. Non autem fuiſſe pavidum ſatis declarat, dicens, QUID MEA AUTEM? QUID FACIET MIHI? Neque ſane ejus IMPUDENS OS, & CONFIDENTIA ullius pavoris indicium erant. Legit vero ita Cl. Hare contra Codd. fidem, tantum ut metro conſulat.

Ibid. SATIN' ID TIBI PLACET?] Haec aliter exponentem vide Gotl. Cortium, ad Salluſt. Catil. 2. n. 1.

13.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. CREDIN' TE IMPUNE ABITURUM? Et mox: NOXAM.

18.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. PAULULUM:

19. CONSERVAM.] Horat. Serm. I. 2. 62.

quid inter-
Eſt, in matrona, ancilla, peccesve togata?

Conſ. Ulpianus in l. 39. D. de Furtis.

20. INVOLEM IN CAPILLUM.] Vide ſupra ad IV. 3. 6.

22.] Mſ. Graev. QUID ITA VERO ABSAM? CREDON' ISTI QUIDQUAM FURCIFERO, PRAESERTIM CUM SE SERVUM FATEATUR TUUM? ſed & Edd. Tarviſ. & Mediol. ita exhibent.

DEBEAM.] Vid. Cic. Catil. I. 2.

25. NON TE DIGNUM, CHAEREA, FECISTI.] *Adelph.* III. 3. 54. Quinctil. Inſtit. XI. 1. *Impudens actio omnibus indecora; ſed ut quiſque dignitate praecedit, magis in ea reprehendendus.*

29. CONTURBASTI.] Conſule P. Manut. ad Cic. Att. IV. 17.

33. AETERNAM.] Locutio indefinita; cum

Digitized by Google

qua Junius & Tremellius componunt dictum Gen. XVIII. 8. Sic Cic. Fam. XII. 14.

36. QUISPIAM DEUS.] Cic. Fam. XIV. 8. de Apolline & Aeſculapio: *Ita ſum levatus, ut mihi* Deus aliquis *medicinam feciſſe videatur.*

48. PATRONAM CAPIO.] Videtur reſpici mos Romanorum veterum; quando ex Inſtituto Romuli plebs e Patriciis patronos capiebat. Vid. Jan. Gulielm. Veriſimil. Lib. I. cap. 18.

63.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. NISI ID COMMISSUM NON ERIT.

64.] Cic. Fam. XV. 1. *Ita alienata a nobis, ut neque exſpectandum ab iis, neque committendum iis quidquam videatur.*

69. VIRGO VERO!] In Mſ. Graev. ſupraſcriptum: *Corrupta eſt, cujus non pudet, & veſtis pudet?* mox autem, SEQUAR. Ita & Edd. Tarviſ. & Mediol.

ACT. V. SCENA III.

1. QUID?] Supra III. 2. 51. Cic. Verr. I. 54. Quod *eſt igitur remedium?* quod? ubi Aſconius Pedianus inquit: *Repetit*, Quod? *ut deliberantis cunctatio videatur ineſſe verbis ejus.*

4.] Virg. Aen. IV. 641.

Illa gradum ſtudio celerabat anili.

9. INCEDERE.] Vide Servium ad Virg. loc. cit. Plaut. Pſeud. I. 4. 17.

Herum eccum video *huc, una Simonem ſimul*
Cum ſuo vicino Caliphone incedere.

10.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. OTIOSUS SIT.

ACT. V. SCENA IV.

6.] MS. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. EAM CONFECI UTI POTIRETUR SINE MOLESTIA. Donati ſententiam firmare videtur Apuleius, qui *interficere virginitatem* dixit. Adde Th. Crenii Animadverſ. Phil. P. III. p. 113. Et Cl. Burm. ad Petron. cap. 20.

14. LIGURIUNT.] Lucil. apud Non. v. *Publicitus:*

Publicitus vendis tamen, atque extrema liguris.

Vide Jani Gulielmii Veriſimilium Lib. I. cap. 18.

15. INGLUVIEM.] Videtur *Ingluvies* dicta quaſi *Ingulavies*, a *gula*. Mſ. Graev. & Edit. Mediol. ILLUVIEM. quod tuetur Giſanius in Ind. Lucret.

17.] Suetonius *panem ſecundarium* & *ſordidum* vocat, Aug. 76. Calig. 27. Ner. 48. Idem in Vitell. 13. *Ne in ſacrificio quidem unquam, aut itinere ullo temperavit, quin inter altaria ibidem ſtatim viſcus & farra pene rapta e foco manderet, circaque viarum popinas fumantia opſonia, vel pridiana atque ſemeſa.* Lucil. apud Non. v. *Interfici:*

Durum molle voras, fragmenta interficis panis.

Horat. Serm. II. 6. 104.

Multaque de magna ſupereſſent fercula coena,
Quae procul exſtructis inerant heſterna *caniſtris.*

Nonn. autem de Re Cibaria, Lib. I. cap. 6. monet, *panem recentem pridiano ſalubriorem eſſe.*

ACT. V. SCENA V.

in te omnis domus inclinata recumbit.

40. DIFFEROR.] Lucil. XXIX. 38.

Dividant, differant, *diſſipent*, *diſtrahant.*

Citat Nonius, v. *Diſtrahere.*

45. VOBIS DECET.] Gell. IX. 15. *Praefatur arrogantius*, *quam* aetati *ejus* decebat. Mſ. Graev. UT NOS DECET.

56. FACILLIME AGITIS.] Vid. Phaed. III. 7. 13. Graev. ad Cic. Fam. III. 12. & ad Juſtin. II. 1. 9.

57. POTENTES.] Phaed. III. 5. 6. & ibi Cl. Burm.

58. TAM MAXUME.] Vid. *Heaut.* V. 2. 44.

59. *In Fragmentis Plautinis fertur.*] Probum Grammaticum in Plauti Ciſtellaria legiſſe ait Gellius, VII. 7.

62. INDICENTE.] Similia ſunt: *irrevocandus*, apud Claudian. de Bello Getico, ỹ. 123. *invocatus*, pro non vocato, *Eun.* V. 9. 29. *Illaeſus*, *impunitus*, *inconveniens*, *incogitans*, & *inoratus*, apud Cic. pro S. Roſc. 9.

ACT. III. SCENA V.

Haec Scena in Mſ. Graev. jungitur ſuperiori.

ACT. IV. SCENA I.

3. DEFATIGARIT.] Ex Frontonis ſententia *Defatigatus* & *Feſſus* ita differunt, ut illud de animo dicatur, hoc de corpore. ſed contrarium vel ex h. l. patet, & *Eun.* loc. cit. Adde P. Manut. ad Cic. Fam. X. 19. *Defatigatus* autem de animo dicitur. *And.* IV. 1. 46. & *Phorm.* V. 3. 11.

9. NOX OPPRESSISSET.] Cic. de Senect. 14. *Quoties illum lux noctu aliquid deſcribere ingreſſum*, *quoties* nox oppreſſit, *quum mane coepiſſet?*

12.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. NIHILNE IN MENTE EST?

18.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. FERVET. Vide ſupra I. 2. 72. Lucil. Sat. IX.

Fervit *aqua*, *&* fervet, fervit *nunc*, fervet *ad* [*annum.*

Ibid.

Fervere *ne longum vero hoc lectoribu' tradam.*

De priore loco vide Quinctil. Lib. I. cap. 10.

22.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. PATER ADEST? Edit. Tarviſ. PATERNE?

ACT. IV. SCENA II.

2. A VILLA.] Haec fortaſſe habent ſenſum genitivi caſus, ut ſit, MERCENARIUS VILLAE. Plaut. Mil. II. 2. 5.

Quemque a milite *hoc videritis hominem in noſtris tegulis.*

Liv. II. 22. *Principes a Cora.* i. e. Corani, Virgil. Georg. III. 2.

Paſtor ab Amphryſo.

Petron. cap. 38. *Arietes a Tarento emit.* Ubi vide Cl. Burm.

6.] Vide *And.* IV. 1. 40.

8. OBNUNCIO.] Pacuvius, Iliona:

Occidiſti; ut multa paucis verba unoſe obnunciem.

13. JAM.] Abeſt a Mſ. Graev. & ab Edd. Tarviſ. & Mediol.

15. DURARE.] Vid. Cl. Burm. ad Val. Flacc. Argon. I. 237.

20. DISCIDIT LABRUM] Lucil. apud Non. v. *Labia:*

Zopyrion labias diſcidit *utrumque ſecutus.*

Suet. Calig. 58. *Reſpicientique* maxillam *ictu* diſcidiſſe.

21.] Mſ. Graev. NON TU EUM RUS HINC DIXTIN' ABISSE?

22. INSANIENS.] Infr. IV. 7. 9. *Phorm.* IV. 3. 37.

Digitized by Google

31. NUNQUAM.] Haec vox eleganter aptatur certo tempori. Vid. Gotl. Cort. ad Salluſt. Catil. 8. n. 5.

34. PORTICUM.] Vid. Joh. Meurſ. Attic. Lect. Lib. VI. cap. 17. & 18.

43. AD DIANAE.] Homer. Odyſſ. K. 282. Ἐνὶ Κίρκης. In Circes, ſub aedibus. Sic. Act. Apoſt. II. 27. Εἰς ᾅδου. Cic. Fam. VIII. 4. & Fam. XIV. 2. *Quemadmodum a Veſtae ad Tabulam Valeriam ducta eſſes.* Horat. Serm. I. 9. 39.

Ventum erat ad Veſtae.

45. PISTRILLA.] Diminutivum eſt τοῦ *Piſtrinum.* Uti *ſcutum* facit *ſcutella.* Graecis eſt χειρομύλη. Germ. *Handmuble.* Belg. *Handmolen.*

46.] Ariſtoph. Concionantibus, 63.

Ἀλειψαμένη τὸ σῶμ' ὅλον δι' ἡμέρας
Ἐχλιαινόμην ἑστῶσα πρὸς τὸν ἥλιον.

Idem apud Pollucem:

Ἀλείφεσθαι καὶ χλιαίνεσθαι πρὸς τὸν ἥλιον.

Vetus Interpres Perſii ad illa, Sat. IV. 18.

aſſidua curata cuticula ſole.

Curata, inquit, *ſcilicet a chromatiariis. Nam chromatiarii dicuntur colorarii, vel quia tota die in arena ſunt, vel in ſole. Antiqui enim ungebant ſe, & in ſole erant, ut oleum corpus imbiberet. Ut Juvenalis:*

Noſtra bibat vernum contracta cuticula ſolem,
Effingatque togam.

Haec ille. Tibull. Lib. I. Eleg. X. 7.

nec bella fuerunt,
Faginus adſtabit cum ſcyphus ante dapes.

Cl. Vir, Joh. Clericus, Arte Crit. III. 1. 6. 23. legit: LECTULOS ILLIC SALIGNIS PEDIBUS. ſed contra Codicum, quos conſului, fidem.

48. EXERCEBO.] Virg. Aen. IV. 223

Tum vos, ô Tyrii, ſtirpem & genus omne futurum
Exercete *odiis.*

Ibid. SILICERNIUM.] Adi Kockerti Indicem.

50. IN AMORE EST TOTUS.] Vide Interpretes ad Cic. Fam. XVI. 16. extr.

52. CYATHOS.] Heſych. Κύαθος, σταγών, μικρὸν μέτρον, ἢ ἀντλητήριον. Idem mox: δέχεται δὲ ὑγροῦ τινὸς οὐγκίας δύο.

ACT. IV. SCENA III.

15. AD CONTUMELIAM OMNIA ACCIPIUNT MAGIS.] Hic communis tenuiorum ſenſus. Unde Quinctil. Declam. XIII. 1. *Solatium erit, iram potius, quam contemtum pati.* Sed neque, Floro, I. 7. teſte, bonis quidquam gravius ſuperbia.

ACT. IV. SCENA IV.

1. DISCRUCIOR ANIMI.] *Phorm.* I. 4. 10. Eadem ratione dixit Pacuvius, Periboea:

ſed neſcio;
Quidnam eſt: horreſcit animi, *gliſcit gaudium.*

Eſt autem locutio graeciſſans.

3. OBSTIPUIT.] Vide ad *And.* I. 5. 17. Timon Syllographus:

Πτωχὸς μὲν φρένας εἰμὶ, νόῳ δέ μοι οὐκ ἔνι κόκκος.
Exſenſum mihi pectus, & haud bilum mihi mentis.

13.] Edit. Tarviſ. REPRESSI.

ACT. IV. SCENA V.

2.] MS. Graev. & Edit. Mediol. FACITO. Et mox: PULSAVIT.

18. *Grotius.*] De Verit. Relig. Chriſt. I. 15.

22. NIHIL ENIM.] Παρέλκει τὸ ENIM. Sic *Hec.* V. 4. 10. *Phorm.* I. 2. 63. IV. 4. 13.

32. CONSUEVIT.] Suet. Calig. 24. Eutrop. VI. 17. Curt. IV. 10.

33. HAUD SCIO AN.] Sic *Heaut.* V. 2. 46. Flor. III. 12. Neſcio, an *ſatius fuerit populo Romano, Sicilia & Africa contento fuiſſe.*

40.] Non ergo erat, cur Cl. Graevius ad Flor. IV. 2. 44. diceret, *peſſimas editiones legere*, HUC ILLINC.

Ibid. HAEC, MI PATER, TE DICERE AEQUUM FUIT, ET ID DEFENDERE.] Duo vult, & duobus nominibus reum facit patrem, primo quod HAEC DICERE neglexerit, id eſt, *Non oportuiſſe ſedere domi virginem tam grandem, dum cognatus Mileto veniret, eamque duceret;* tum quod neglexerit ID DEFENDERE, *ne ſcilicet cognatus iſte ſecum aveheret virginem, quia nempe alter prius cum ipſa conſueverat.* Ita Ennius, Achille:

Serva cives, defende *hoſtes, cum potes* defendere.

Virgil. Ecl. VII. 47.

Solſtitium pecori defendite.

Ita enim locum recte accepit G. J. Voſſius, quem Nonius perperam, exiſtimans, τὸ DEFENDERE h. l. eſſe *ſueri.*

48.] Lucil. apud Non. v. *Proferre:*

proferat ergo
Jam veſter ordo ſcelera, quae in ſe admiſerit.

58. QUOD QUIDEM IN TE FUIT.] Ennius, ex emendatione Jani Gulielmii:

Qui, quod in me eſt, *exſecrabor hoc quo lucet, quidquid eſt.*

59.] Ovid. Arte Am. I. 43.

Haec tibi non tenues veniet delapſa per auras.

61. CETERARUM RERUM TE SOCORDEM.] Plaut. Truc. II. 2. 52.

nunquam aedepol mihi
Quiſquam homo mortalis poſthac duatum rerum creduit.

67.] Catullus, Carm. III. 4. de Paſſere:

Quem plus illa oculis ſuis amabat.

Callimachus Hymno εἰς Ἄρτεμιν:

καὶ δὲ σε φασὶ καλὴν

Ἀτι-

Digitized by Google

Ἀντίκλειαν ἴσον φαίνοντι φιλῆσαι.
H. e. *Eſ dicunt, te pulcram Auticleam tanquam oculos tuos amaſſe.*

ACT. IV. SCENA VI.

1.] ITa fere Pacuvius, Teucro:

Poſtquam deſeſſus perrogitando *advenas*
De natis, neque quenquam invenit ſuum.

4.] Mſ. Graev. cum Edit. Mediol. NEC FABRICA ILLIC ULLA ERAT.

ACT. IV. SCENA VII.

15.] MS. Graev. & Edit. Mediol. QUID FACIAS, ROGITAS?

17. DESPONDI.] Vid. *And.* I. 1. 75.

27.] Adi Andreae Sanſtlebii Opuſculum de Alea Veterum, cap. 11.

34.] Lucil. Sat. II.

Stulte ſaltatum te interveniſſe cinaedes.

ACT. V. SCENA I.

9. CONSTABILISSSES.] Liv. IV. 49. *Qui agros ſedeſque ac fortunas* ſtabilire *voluit.* Plaut. Amph. I. 1. 39.

Regique Creonti regnum ſtabilivit *ſuum.*

Pacuvius, Tereo:

Nam Teucrûm regi ſapſa res reſtabiliret.

13. QUASI RE BENE GESTA.] Flor. IV. 11. 1. *Captus amore Cleopatrae*, quaſi bene geſtis rebus, *in regio ſe ſinu reficiebat.* Juſtin. VIII. 3. & XXX. 1.

Ibid.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. HUNC EXITUM.

ACT. V. SCENA II.

6.] LUcil. apud Non. v. *Indulgere:*

manus *a muliere* abſtinere *melius eſt.*

8. COMISSATOREM.] Suidas; *Κωμαστὴς, ὁ τρυφῶν μετ᾽ ᾠδῆς ἀσελγῶς.* Heſych. *Κωμαστὴς, ὁ τρυφῶν μετ᾽ ᾠδῆς. Κωμαστοῦ, τοῦ κωμάζοντος τερπομένου μετ᾽ ᾠδῆς. Κῶμοι, ἀσελγῆ ᾄσματα πορνικὰ, συμπόσια, ᾠδαί.*

11.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. HOC VINI.

ACT. V. SCENA III.

2. AMEN.] Vid. *And.* I. 3. 21.

3. QUID AGAM?] Haec abſunt a Mſ. Graev.

4.] Aeſchylus, Prometheo:

Ὦ Δῖος αἰθὴρ καὶ ταχύπτεροι πνοαί!
O *Jovis aether, & celeres alas habentes flatus!*

Juvenal. Sat. VI. 283.

clames licet, & mare coelo
Confundas.

8. REPRIME IRACUNDIAM.] Attius, Myrmidonibus.

Iram infraenes, obſtes animis, reprimas confidentiam.

Idem, Telepho:

proinde iſtaec tua
Aufer terricula, atque animum iracundum comprime.

13. CUR RECIPIS MEUM?] Vid. ad *Hec.* V. 1. 16.

37.] Ennius, Hecuba:

Haec etſi tu perverſe dices, facile Achivos flexeris:
Namque opulenti quum loquuntur pariter atque ignobiles,
Eadem dicta, eademque oratio aequa non aeque valet.

46.] In Euripidis Phoeniſſis Jocaſta ita alloquitur filium, v. 531.

Ὦ τέκνον, οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακὰ,
Ἐτεόκλεες, πρόσεστιν, ἀλλ᾽ ἡ ᾿μπειρία
Ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.
O fili, non omnia mala ſenectuti
Adſunt, Eteocles: ſed experientia
Habet aliquid dicere ſapientius, quam juvenes.

49. ACUIT.] Metaph. a cote. Cic. Off. III. 1. *Itaque duae res, quae languorem afferunt caeteris, illum* acuebant, *otium & ſolitudo.* Sic Deuteron. VI. 7.

55.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. PRIMA LUCE.

62. MERIDIE IPSO.] Id tempus prandio vel quieti ſolitum dari, ad Geneſ. XVIII. 1. obſervant Jun. & Tremell. Quod *meridiari* dixerunt. Quo major Demeae immiſericordia.

68.] Mſ. Graev. EI REI HUNC SUMAMUS DIEM.

ACT. V. SCENA IV.

1.] LUcil. XXIX. 31.

Eodem uno hi modo rationes ſubducent.

4.] Lucil. Sat. incerta:

Commoda praeterea patriae ſibi prima putare.

6. DECURSO SPATIO] Cic. Fam. VI. 4. *Adjuvat etiam aetas, & acta jam vita, quae cum* curſu *ſuo bene* confecto *delectatur, tum vetat* &c.

12. AGRESTIS.] H. e. Ferus, *ἄγροικος.* Cic. de Seneſt. cap. 14. de rebus Venereis: *Libenter vero iſtinc, tanquam a domino* agreſti *ac furioſo, profugi.*

15. CONTRIVI.] *Hec.* V. 3. 17. *Phorm.* I. 4. 32. Gr. *διέτριβον τὸν βίον.*

16. HOC FRUCTI PRO LABORE AB HIS FERO, ODIUM.] Petron. cap. 84. ex emendat. Heinſii: Praemium, *propter morum differentiam*, odium habet.

24.] Plaut. Capt. V. 1. 29.

Facis benigne.

26. NON POSTERIORES FERAM.] Eodem ſenſu *τὰ πρῶτα φέρεσθαι, τὰ ἔσχατα φέρεσθαι*, Lucianus & Plutarchus dixerunt.

27.] Mſ. Graev. SI DEERIT. Ennius, Hecuba:

Senex ſum, utinam mortem oppetam, priuſ quam eveniat,
Quod in pauperie me ſenex graviter gemam.

ACT. V. SCENA V.

HAec Scena in Mſ. Graev. jungitur ſuperiori.

6. TIBI LUBENS BENE FAXIM] Idem repetit Getae, infr. V. 6. 8. dixit autem FAXIM, uti Pacuvius, Periboea:

precor veniam, petens,
Ut quae egi, ago, vel axim, *verruncent bene.*

ACT. V. SCENA VI.

4.] MS. Graevii: ESSE TE HODIE JUDICAVI ANIMO MEO.

10.] Imitatus Cic. pro Mil. 35. Plebem *& infimam multitudinem* ſuam *ſe* feciſſe *commemorat.*

ACT. V. SCENA VII.

5.] MS. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. SED CUR NON DOMUM UXOREM, QUAESO, ARCESSIS? Et mox, MORA. Rurſus: TURBAM, HYMENAEUM.

10. MACERIAM.] Gulielm. Philander Caſtilionius ad Vitruv. II. 8. inquit: *Utuntur & ſepiendis fundis atque hortis, maceriis, id eſt, ex puris caementis temere congeſtis, & ſine arenato parietibus.* Iſidoro *maceriae* ſunt parietes longi, quibus vineae aliquae clauduntur. Nonius Marcellus citat e Siſenna: *Poſt villarum macerias ac parietinas quinque cohortes in inſidiis reliquit.*

12. AD NOS.] Vid. *And.* III. 5. 21.

14.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. FRATRIA.

17.] Theodorus Pulmannus ex veteri libro, ubi ſine ulla litura ſcriptum erat, legit: DENUMERET ILLE: ABI, DO VIGINTI MINAS. Additque: *Verba ſunt Demeae ſecum loquentis; qui quod in Micionem omnia cadere, & ſeſe ab omni ſumtu liberum eſſe cognoſceret, in ſinu, quod ajunt, gaudet: nimirum ex alieno aere liberalis. Hanc lectionem ſi recipimus, interpretes fruſtra heic ingenioſi ſunt.* Mſ. Graev. ILLE BABYLO. Edd. Tarviſ. & Mediol. BABYLO ILLE.

ACT. V. SCENA VIII.

14.] EDit. Mediol. AUFER TE HINC. Mſ. Graev. omittit.

16.] Suet. Oth. 2. *Quamvis* anum, *ac pene* decrepitam. Vid. ad *Eun.* II. 1. 25.

17.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. PROMISISTI? DE TE LARGITOR.] Juſtin. XXXVI. 3.

23.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. CUM FIT. Plaut. Trin. II. 4. 7.

28. PRO PATRE.] Sic Flor. IV. 10. 9. *Utriuſque coeli ſubita mutatio* pro peſtilentia *fuit.*

34.] Binos hoſce verſus uni Demeae tribuit. Mſ. Graev.

ACT. V. SCENA IX.

7.] SI diſtinguis, OBSONARE CUM FIDE, *παραλληλος* eſt illud Plauti, Rud. Prol. 29.

Quique aetatem agitis cum pietate & cum fide.

Et Flori, II. 18. 16. *Aſſerunt* cum fide *ſocios.* Quum vero OBSONARE eſſet proprie officium ſervorum, Paraſiti ſibi eam provinciam depoſcerunt. Vid. Iſ. Caſaub. ad Theophr. Charact. cap. Περὶ κολακείας.

8.] Dixit autem APPARARE, quaſi de re magna. Virg. Aen. I. 438.

mediiſque parant convivia *tectis.*

DE DIE.] Suet. Calig. 37. *Diſcumbens de die.* & Ner. 27. *Epulans* a medio die *ad mediam noctem protrahebat.*

15. PERPETUUM.] Niſi fortaſſe id voluit novus libertus, *Utinam me inter amicos manumiſſum, ſolenni etiam vindicta liberes.* Sic Plaut. Menaechm. V. 9. 87.

M. *So. Liber eſto.* M. *Su. Cum tu es liber, gaudeo, Meſſenio.*
Me. Sed meliore eſt opus auſpicio, liber perpetuo ut ſiem.

18.] Mſ. Graev. PRIMA MAMMAM DEDIT.

22. PROCESSISTI.] Promotus es. Plin. Epiſt. VIII. 6. 3. *Sed quis adeo eſt demens, ut aut per ſuum, aut per publicum dedecus* procedere *velles?*

23. PRAE MANU DEDERIS.] Petron. cap. 76. *Mihi centum aureos* in manu poſuit: *hoc fuit peculii mei fermentum.* Ubi vid. Cl. Burm.

28.] Mſ. Graev. PROLUBIUM. Neque aliter Edd. Tarviſ. & Mediol.

34. EFFUNDITE.] H. e. Quam largiſſime conſumite. Cic. pro S. Roſc. Amer. cap. 2. *Sperat, ſe poſſe, quod adeptus eſt per ſelus, id per luxuriam* effundere *atque conſumere.* Idem Off. II. 15. *Multi patrimonia* effuderunt, *inconſulte largiendo.* Hinc *effuſe, effuſio, effuſus*, pro, large, largitio, largus & prodigus. Uſitatius tamen eſt *profundere.* unde *profuſio* & *profuſus.*

36. MINUS VIDETIS.] Cic. pro L. Manil. cap. 22. *Si autem vos* plus *tum in rep.* vidiſtis.

40.] Edit. Tarviſ. VALETE ET PLAUDITE.

HECY-

H E C Y R A.

PROLOGUS.

2.] LAurentius Aretinus Lib. VI. Epiſt. 8. legit: EA CUM ACTA SST NOVA.

4.] Horat. Epiſt. II. 1. 20.

Ille per extentum funem *mihi poſſe videtur*
Ire *Poëta*, *meum qui pectus inaniter angit.*

ALTER PROLOGUS.

HIc Prologus in Mſ. Graev. Edd. Tarviſ. & Mediol. cohaeret ſuperiori.

6. DIDICI.] *Heaut.* Prol. 10. Cic. de Cl. Orat. cap. 18. Gell. XVII. ult. Horat. A. P. 288.

7.] Adi Voſſ. de Arte Grammat. VII. 64. Eſt autem *ſtandi* ſignificatio a praeliis & certamine forenſi deducta, ubi *ſtare* dicuntur victores.

13. PLACITAE SUNT.] Proprie. Infr. ÿ. 31. Suet. Ner. 42. Galb. 12.

32. DATUM IRI GLADIATORES.] Haec *munera Quaeſtoria* dicuntur Suetonio, Domit. 4. Adde Tacit. Annal. XI. 22.

POPULUS CONVOLAT.] Cic. Tuſc. Quaeſt. III. 21. *Multi ſunt, qui ſtatim* convolent.

ACT. I. SCENA I.

3.] MS. Graev. & Edit. Mediol. QUOTIENS.

8.] Mſ. Graev. QUEMQUEM. Edd. Tarviſ. & Mediol. QUEMCUNQUE.

9. EXIMIUM.] Hunc vocat primarum partium amatorem. Idem *potiſſimus* dicitur Erotio meretrici. apud Plaut. Menaechm. II. 3. 9.

16.] Eſt in Adagiis Graecis: Ἀλωπεκίζειν πρὸς ἀλώπεκα. H. e. *Vulpinari cum vulpe.*

ACT. I. SCENA II.

44.] SUet. Calig. 12. *Deſerta deſolataque reliquis* ſubſidiis *aula.* Salluſt. Jug. 14. *Generis* praeſidia *omnia extincta ſunt.*

51.] Nota POSTQUAM indicativo junctum. Ita Salluſt. Catil. 57. *Catilina* poſtquam videt, *montibus atque copiis hoſtium ſeſe clauſum.*

59. AT.] Vid. *And.* IV. 1. 43. & infr. III. 5. 19.

75.] Lucilius XXIX. 67. Citat Nonius, dicens: *Signatam, integram virginem vetuſtas voluit dicere.* Ita fere Cantic. IV. 12.

93.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. INJURIA.

94. ANIMUS ELAPSUS.] Alia metaphora uſus Cicero, Fam. VI. 19. *Tanta eſt enim intimorum multitudo, ut ex his potius aliquis* effluat, *quam novo ſit aditus.*

113. AEGRAM.] Manifeſte de morbo corporis dicitur Infr. III. 2. 6. Nepos Miltiade, cap. 7. Aeger *erat vulneribus.* Ovid. Pont. I. 3. 90.

Nec juvat admota perditus aeger *ope.*

114. ADMISIT NEMO.] Lucil. XXX. 45.

Non datur; admittit nemo; *nec vivere ducunt.*

110. HABES OMNEM REM.] *Eun.* III. 1. 11. Cic. Fam. I. 9. Habes *de Vatinio*; *accipe de Craſſo.* Lucil. XXIX. 65.

Habes omnem rem: *timeo ne accuſer.*

Citat Nonius, explicans *Habere*, *audire.*

PERGAM, QUO COEPI, HOC ITER.] Locutionem hanc, *Pergere iter*, contra J. Fr. Gronovium, ad Tacit. Annal. I. 18. defendit Cl. Burmannus ad Val. Flacc. IV. 690. Pacuvius, Medo:

Ire ſi reſto, pergit iter. *jam ſi ire conor, prohibet betere.*

Unde G. J. Voſſius trochaicum quadratum formans legit.

Si reſto, urget iter, jam ſi ire conor, prohibet betere.

Adde Gotl. Cortium, ad Salluſt. Jug. 79. & Taubm. ad Plaut. Pſeud. V. 1. 4. Horat. Serm. II. 6. 99.

Ambo propoſitum peragunt iter.

ACT. II. SCENA I.

15. LIBEROS.] Ita Geneſ. XXI. 7. בנים pro בן *Filios* pro *Filium.*

Ibid. *Cajus de Verb. Signif.*] L. 148. Sic Virg. Aen. X. 532. Gnatis *parce tuis.*

19. VITAM EXIGAT.] Infr. III. 5. 40. *Heaut.* II. 3. 39. Lucil. apud Non. v. *Exigere:*

Quum cognoveris, vitam *ſine cura* exigas.

41. ENIM.] *Phorm.* V. 7. 90. Adi Voſſium. de Analog. Lib. IV. cap. 25.

ACT. II. SCENA II.

2. FACIAM, UT TIBI CONCEDAM.] Cic. Fam. III. 6. *Dixi*, me *ita* facturum eſſe, ut *in eam partem*, *quam Phania rogaſſet*, *primum* venirem. Suet. Clar. Rhet. 1. *Videtur* faciendum, ut oſtendamus *noſtram ſententiam.* Cic. Fam. VI. 12. *Hoc Panſa, Hirtius, Balbus, Oppius, Matius, Poſtumius plane ita* faciunt, ut me *unice* diligant.

3. LIBIDINI.] Vide Gotl. Cortium, ad Salluſt. Catil. 2. n. 1.

8.] Id genus virorum Graecis γυναικοκρατούμενοι. dicti.

18.] Mſ. Graev. MAGNIFACERE.

31.] Mſ. Graev. OPORTET.

ACT. III. SCENA I.

4. CUI QUANTO FUERAT PRAESTABILIUS, UBIVIS GENTIUM AGERE AETATEM, QUAM HUC REDIRE?] Macrologiae ſpecies eſt. Vid. Gotl. Cort. ad Salluſt. Catil. 14. n. 7.

6.] Vide omnino Sanct. Min. IV. 11. & ibi Periz. Daviſ. ad Caeſ. B. G. I. 18. Cort. ad Salluſt. Jug. 30. Aelianus Var. Hiſt. II. 11. *Σωκράτης ἰδὼν - Ἀντισθένει φασὶ περιτυχόντα εἰπεῖν.* Niſi forte legendum: *περιτυχὼν ταῦτα εἰπεῖν.* Plaut. Ep. II. 1. 1.

Plerique homines, *quos cum nihil refert, pudet.*

7. LUCRO EST.] Narrat Plutarchus *περὶ τῶν παραγγελμάτων πολιτικῶν*, de Stratocle, qui, quum Athenienſes cladem navalem apud Amorgen accepiſſent, praevertens nuncios victoriam nunciavit, tulitque rogationem, ut ejus cauſa Diis immortalibus gratiae agerentur; atque viſcerationem populo tributim dedit. At quum verae cladis nuncio allato ſtomacharentur, *Quid tandem*, inquit, *injuriae vobis a me ortum eſt, qui mea opera laeti fuiſtis biduum?*

31. GERUNT.] Ennius:

eo ego ingenio
Natu' ſum, amicitiam atque inimicitiam in frontem gero.

35.] Ovid. Triſt. III. 9. 13.
Dum trepidant *Minyae.*

39.] Mſ. Graev. & Edit. Tarviſ. QUIA PERII!

55.] Vide ad *Phorm.* II. 2. 8.

ACT. III. SCENA II.

2. MALE METUO.] Pollio ad Cic. Fam. X. 33. *Tanquam nihil* pejus timerent.

6. AEGRA.] ſuprà I. 2. 113.

11.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. GRATIAS.

14.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. PHILUMENAM.

22.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. COTIDIAN'?

24. HIS OPERA ADJUTA.] Gell. II. 19. *Roget, veniant, operamque mutuam dent, &* meſſem *hanc* nobis adjuvent.

ACT. III. SCENA III.

8.] MS. Graev. & Edit. Mediol. DEREPENTE.

11.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarv. & Med. UNA ILLARUM FORTE INTEREA PROPERE PRAECURRIT.

16. CORRIPUI.] Infr. IV. 1. 13. Salluſt. Catil. 32. *Dein ſe ex curia domum* proripuit. Virg. Aen. II. 619.
Eripe, *nate*, *fugam.*
Cic. Haruſp. Plin. VI. Epiſt. 20.

20. UT RES DANT SESE.] Virg. Aen. IV. 627.
Nunc, olim, quocunque dabunt ſe *tempore* vires.

44. EJUS.] Haec vox abeſt a Mſ. Graev. & Edd. Tarv. & Mediol.

46.] Sophocles:
Τύχη γὰρ ὀρθοῖ, καὶ τύχη καταῤῥίπτει.
Theophraſt. Charact. cap. *περὶ λογοποιΐας*: *Ἐν-θυμῇ τὸ τῆς τύχης.* Cic. pro Mil. 26. *Vide, quam ſit varia vitae commutabilisque ratio, quam vaga volubiliſque Fortuna!*

52.] Mſ. Graev. cum Edd. Tarviſ. & Mediol. EXAUDIAT.

ACT. III. SCENA IV.

2.] NAevius, incerta Tragoedia:
Namque nullum pejus macerat humanum,
Quamde mare ſaevum, vires cui ſunt magnae,
Topper confringent importunae undae.
Quorum verborum varias lectiones vide apud G. J. Voſſium in Caſtigat. & Not. ad Naev. Sed de vocibus *Tantum, quam*, conſule J. F. Gronov. Diatrib. Stat. cap. 57. & ad Liv. XVI. 2.

5. INGRESSUS MARE.] Quinctil. Declam. VI. 21. *Ingreſſus eſt maria.* Ubi vide quae adnotavit Cl. Burmannus.

9. TEMPESTATE.] Nonio *Tempeſtas* eſt turbo ventorum.

20. SI SALVOS DOMUM REDISSET.] Attius, incerta Fabula:
Si rite ad patriam ſoſpes perveniſſet.

23. QUOD CONSTITUI.] Cic. Fam. IX. 19. *Illud doleo, in iſta loca venire me*, ut conſtitueram, *non potuiſſe.*

24. VOLA.] Pacuvius, incerta Tragoedia:
Volucri curritur axe quadrigae.

26.] Pacuvius, Duloreſte:
Amplus, rubicundo colore, ſpectu protervo, ferox,
Voce ſuppreſſa, caperata fronte, vultu turbido.
Idem, Antiopa:
Capite brevi, cervice anguina, adſpectu truci.
Tò CRASSUS autem ad abdomen reſpicit. Gr. *προγάστωρ. Ventrioſus* Plauto.

27.] Mſ. Graev. & Edit. Mediol. *Pa.* CADAVEROSA FACIES. DII ILLUM PERDUINT!

ACT. III. SCENA V.

4.] CIc. Fam. IV. 13. *Et certe omnes* vias perſequar, *quibus putabo ad id, quod volumus, pervenire poſſe.* Malim, *perveniri.* P. Manutius ſubaudit, *me.*

5. DE QUO HIC AGEBAM TECUM.] Vide Donatum ad *Adelph.* I. 1. 53. Sic Phaed. III. 13. 11. *De quis nunc agitur.* Ex ſolemni JCtorum formula, *Qua de re agitur.* Adde Manut. ad Cic. pro Muren. cap. 13.

10. HAUD MULTUM HEREDEM JUVANT.] H. e. Maxime illis nocent. *Λιτότης.* Vid. G. J. Voſſ. Inſtit. Orat. IV. 10. & Jac. Kockerti Ind. Terent.

11.] Lucil. Sat. IV. 4.
O Publi, ô Gurges Galloni, es homo miſer, inquit.

Coena-

Coenaſti in vita nunquam bene, cum omnia in iſta
Conſumis ſquilla atque acipenſere cum decumano.

Ubi vide Douſiana. Petron. cap. 43. *Fruniscus eſt, quam diu vixit.*

13.] Eſt autem formula in re ambigua uſurpata. Sic Lucret. V. 577. de Luna:

Quidquid id eſt, *nihilo fertur majore figura.*

Virgil. Aen. II. 49.

Quidquid id eſt, *timeo Danaos, & dona ferentes.*

28. Cui concedat.] Ita eſt in Mſ. Graev.

44. Non est consilium.] Salluſt. Catil. 4. & 53.

51. Si est, ut velit.] Sic infra IV. 1. 43. 44. *Phorm.* V. 8. 32.

57. Sublati animi.] Τὸ animi, plur. num. vel pro ſuperbia, vel pro virtute ponitur. Ovid. Triſt. V. 8. 3.

Quae tibi res animos *in me facit, improbe!*

Horat. Arte, 26.

ſectantem levia nervi
Deſiciunt animique.

An *lenia?* ita Bentlej. Petron. cap. 43. *Quod illius mentum ſuſtulit, hereditatem accepit.*

ACT. IV. SCENA I.

3. Corripuit.] Supra III. 3. 16.

Ibid. *Eadem ratione* deſubito *dixerunt.*] Lucil. apud Non.

Quamvis deſubito *trinis deducere ſcalis.*

8.] Vir pro marito. Vid. Gotl. Cort. ad Salluſt. Catil. 25.

25. Quamvis causam.] Notat *Quamcunque cauſam.* Martinus Hugenius in Ind. Terent. τὸ Quamvis h. l. male conjunctionem facit.

28.] Mſ. Graev. & Edit. Med. Aderit tempus.

Ibid. Se quoque etiam quum oderit.] Quinctil. Declam. XVII. 13. *Hominis, quem pater odiſſe non deſinit, unus exitus eſt*, ut ſe oderit.

ACT. IV. SCENA II.

7. Tibi me certum est contra gratiam referre.] Lucil. apud Non. v. *Deferre:*

Quapropter certum eſt facere contra.

18. Satias jam tenet.] *Eun.* III. 1. 13. Pacuvius, incerta Tragoedia:

piſcium laſciviam
Intuerentur, nec tuendi ſatias capere *poſſet.*

Cic. de Senect. cap. 20. *Omnino, ut mihi quidem videtur*, ſtudiorum *omnium* ſatietas *vitae facit ſatietatem.*

21. Tempus est concedere.] Cic. pro Mil. 34. *Ego cedam, atque abibo.* Salluſt. Jug. 89. *Majora & aſpera aggredi tempus viſum.*

ACT. IV. SCENA III.

9. Vix contineor.] Edd. Tarviſ. & Mediol. contineo. Ennius:

Semper animus aeger errat, neque pati poteſt,
Neque perpeti; nec unquam cupere deſinit.

10. Non minuam.] Cic. pro Dejot. 13. *Nullum beneficium populi Romani, nullum judicium de ſe ſenatus* imminutum *putat.* Salluſt. Jug. 110. *Id* imminutum; *quod caeteri dolere ſolent, ego laetor.*

ACT. IV. SCENA IV.

5.] Edit. Mediolanenſis: Offers.

9.] Edd. Tarviſ. & Mediol. Uxor tua.

12.] Virg. Aen. VI. 800.

Et ſeptem gemini turbant *trepida oſtia Nili.*

Adi Voſſ. Art. Gramm. VII. 2.

21. Quid mulieris.] *Eun.* V. 1. 17. Catull. VI. 4.

Verum neſcio, quid *febriculoſi*
Scorti *diligis.*

29.] Cic. Fam. X. 12. *Atque utinam praeſens illum* diem *mihi optatiſſimum* videre *potuiſſem!*

64.] Plaut. Aul. IV. 3. 7.

Fac mentionem cum avunculo.

ACT. V. SCENA I.

1.] Propert. Lib. II. Eleg. 3. 16.

Non *ſum* de nihilo *blandus amator ego.*

Ibid. Eleg. 16. 52.

Nec *ſic* de nihilo *fulminis ira cadit.*

Gr. οὐ πρὸς οὐδέν.

11. Magis cautius.] Πλεονάζει τὸ magis. vide Kockerti Indicem.

13. Offerre injuriam.] Lucil. apud Non. v. *Offerre:*

Homines ipſi hanc ſibi moleſtiam, ultro atque aerumnam offerunt,
Ducunt uxores, producunt, quibus haec faciant, liberos.

19 Quaere alium.] Formulae ſpeciem habet. *Phorm.* II. 1. 67. Petron. cap. 80. Alium locum, *quem polluas*, quaere. Ubi vid. Cl. Burm.

24.] Philo, citante Jac. Kockerto: Ὅρκος τὸ πίστεως βεβαιότατον σύμβολον.

29. Ex hoc quaestu.] Elegans uſus praepoſitionis Ex. Cic. Orat. pro Murena, cap. 36. *Fuit eodem* ex ſtudio *vir eruditus apud patres noſtros.* Flor. I. 13. *Virgines* ex ſacerdotio *Veſtae.*

ACT. V. SCENA II.

3.] Vide Donatum ad *Phorm.* II. 2. init.

6.] In Centonibus Lucilianis eſt:

Nemo hic vindicias, numen, neque ſacra veretur.

7. Ancillas dedo.] Vid. Cic. pro Sulla, 28. Val. Max. VI. 8. 1.

ACT. V. SCENA III.

9. Ab nostro adfine.] Vid. *And.* I. 3. 11.

17. Contrivi diem.] *Phorm.* I. 4. 32.

Digitized by Google

32. Propert. Lib. II. Eleg. 1. 46.

Qua pote, quiſque in ea conterat *arte* diem.

23.] Cic. Fam. IX. 4. *Ornandos eſſe illos viros, a quibus* initium *libertatis* profectum eſt. Et Fam. IX. 24. Initium ſuſpicionis *& cautionis, & diligentiae fuiſſe literas tuas.*

24. ABHINC MENSES DECEM.] Vid. *And.* I. 1. 42.

ACT. V. SCENA IV.

8.] Eſt autem *Venuſtas*, ἡ ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς εὐδαιμονία.

12.] Plaut. Pſeud. III. 2. 6.

Quin ob eam rem Orcus recipere hunc ad ſe noluit.

Ennius, Hecuba:

Adſum, atque advenio Acherunte vix via alta, atque ardua,
Per ſpeluncas ſaxis ſtructas aſperis pendentibus
Maxumis, ubi rigida conſtat & craſſa caligo Inferis.
Unde animae excitantur obſcura umbra, aperteque oſtio
Alti Acheruntis, ſalſo ſanguine mortuorum imagines.

De voce REDUCEM vide ad *Heaut.* II. 4. 18.

19. OBITUS] Vid. Donat. ad *Phorm.* I. 2. 45. Eſt igitur idem quod *occurſus*. Quomodo *obire* pro *occurrere* dixiſſe Lucretium, I. 223. & 248. obſervat Lambinus.

PHORMIO.

PROLOGUS.

6.] Vide Donat. ad *Eun.* III. 1. 36.

17. IN MEDIO.] Vide omnino Cl. Schulting. ad Quinctil. Declam. I. 7.

19.] Plaut. Capt. Prol. 13.

cogere hiſtrionem mendicarier.

21.] Vide *And.* V. 4. 17.

24.] Conf. *And.* Prol. 22. 23. *Eun.* Prol. 16. 17. 18. *Heaut.* Prol. 33. 34.

27.] Etymon *Phormionis* inquirit If. Caſaubonus, ad Theophr. Charact. cap. περὶ κολακείας.

28.] Suet. Calig. 57. *Plures ſecundarum certatim experimentum artis darent.* Val. Max. XIX. 14. 4.

ACT. I. SCENA I.

2. HERI AD ME VENIT.] Citat Quinctilianus, Inſtit. Orator. I. 7.

Ibid. DE RATIUNCULA.] Cic. Fam. V. 19. *Erat enim nobis curata pecunia Valerii: ex qua reliquum quod* erat in rationibus, *retuli.* Vid. Graev. ad Cic. Fam. XIII. 67.

4.] Liv. IV. 60. *Unde enim eam pecuniam* confici *poſſe, niſi tributo populo indicto?*

7.] Claudian. in Eutrop. Lib. I. 157.

Quam bene diſpoſitum eſt terris!

9. UNCIATIM.] Aelian. Var. Hiſt. IV. 14. Πολλάκις τὰ κατ' ὀβολὸν μετὰ πολλῶν πόνων συναχθέντα χρήματα εἰς πόρνης γυναικὸς ὕστερον κατέρρευσεν.

DE DEMENSO SUO.] Affine eſt illud Proverb. XXX. 8. לחם חקי Ita autem comparcentes conſulebant futurae libertati ſuae. Sic Levit. XXV. 49.

10. DEFRUDANS GENIUM.] Plaut. Truc. I. 1. 80.

Iſti, qui cum geniis ſuis belligerant, parcipromi.

Contrarium eſt Perſ. II. 3. 11.

Nunc & amice meo proſperabo, & genio meo multa bona faciam.

Et Stich. IV. 2. 42.

Nam hic quidem meliorem genium tuum non facies.

11. EXISTUMANS.] Vide de hoc verbo J. Fr. Gronovium, ad Liv. XXXIV. 11. & Gotl. Cortium, ad Salluſt. Catil. 2. n. 8.

ACT. I. SCENA II.

18. PELLEXIT.] Velius Longus de ratione hujus vocis ita diſſerit: Per *praepoſitio omnibus integra praeponitur; niſi cum incidit in* L *literam ad finem conſonantem, quam elegantis ſermonis viri geminare magis voluerunt, quam* R *literam exprimere* Et mox: Pellicere *malunt, quam* perlicere.

MONTES.] Hi pariter ut *maria* de magnitudine & multitudine dicuntur. Salluſt. Catil. 23. Plaut. Moſtell. II. 1. 5. Lucret. VI. 158. Perſ. III. 65. Turneb. Adverſ. XIX. 14. Barth. ad Stat. Theb. V. 339. Scalig. ad Catull. XCVI.

28.] Uſurpat & Euripides in Bacchis, & Pindarus in Pythiis, & Ignatius in Epiſt. ad Philadelphos, cap. 8. ſed Chryſoſtomus, Epiſt. ad Epheſ. Homil. II. τί κατὰ τῶν ἥλων λακτίζεις; *Quare adverſus clavos calcitras?*

39. TONSTRINA.] Vid. Periz. ad Ael. V. H. III. 7.

45.] Edd. Tarviſ. & Mediol. Huic VICINIAE.

55.] Ovid. Faſt. II. 763.

Forma placet, niveuſque color, flavique capilli,
Quique aderat nulla factus ab arte color.

64. CIVEM ESSE ATTICAM.] Proprie. Hominem enim *Athenienſem* etiam, mulierem tantum *Atticam* dixerunt. Turneb. Adverſ. XIX. 14.

73. CONFIDENS.] Lucil. apud Non. v. *Confidentia:*

Improbu', confidens, *malus & nequam videatur.*

QUI.] Credidit Cl. Vir, Fr. Hare, τὸ QUI h. l. valere *utinam.* ſed quam vere id exiſtumet, vide in Commentario noſtro ad h. l.

81.] Lucil. apud Donat. infra IV. 3. 9.

Quod mihi commodum eſt.

84.] Suet. Ner. 27. Jocularia, *& latebras omiſit.* Et cap. 42.

90.] Integrum locum imitatus Petronius, cap. 49.

Digitized by Google

40. *Deprecari tamen omnes coeperunt, & dicere; ſolet fieri, rogamus, mittas; poſtea ſi fecerit, nemo noſtrum, pro illo rogabit.*

101. Ut bene ait tibi.] Formula valedicendi. Briſſon. de Form. Lib. V. pag. 82.

ACT. I. SCENA III.

1. Adon' rem redisse.] Vide J. Fr. Gronov. ad Plaut. Bacch. IV. 6. 18.

3. Quod ni.] Sic *Quod ſi*, pro eo quod eſt ſimpliciter *ſi*. vid. G. Cort. ad Salluſt. Catil. 18. n. 8.

6. Principium mali.] Thucyd. II. 12. *Ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν ἄρξει.*

12. Hercle certe.] Sic *And.* II. 2. 10.

20. Plerique omnes.] Vide *And.* I. 2. 28.

23. Locum.] Statum. *Heaut.* II. 3. 118.

ACT. I. SCENA IV.

2. Te impendent.] Vide Gotl. Cortium, ad Salluſt. Catil. 2. n. 9. Lucil. apud Feſtum:

Nunc ad te redeo, ut, quae res me impendet, *agatur.*

Ubi Feſtus: me *pro* mihi *dicebant antiqui.* Plaut. Epid. I. 1. 77.

Tantae in te impendent *ruinae.*

9. Lateram lavem.] Nannii opinionem firmant ea, quae ex Mſ. Leidenſi ad Eugraphium addidi. Adde porro Senecam, Praefat. Controv. X. Lucil. Sat. IX.

Nam laterem *qui ducit, habet nihil amplius unquam.*
Quam commune lutum e paleis, coenumque acerosum.

Ubi Fr. Douſa *aceratum* legit, ex Nonio.

13. Me conjicerem protinus in pedes.] Idem *dare ſe in pedes* dixerunt. *Eun.* V. 2. 5. Vide quae ad Quinctil. Inſtit. Orat. VIII. 3. Burmannus, & ad Sil. Ital. N. Heinſius & Drakenborchius adnotarunt.

36. Protelet.] Lucil. apud Non. v. *Protelare:*

Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri
Ducere protelo *validis cervicibu' poſſent.*

46. Aufer.] Attius, Telepho:

proinde iſtaec tua
Aufer *terricula, atque animum iratum comprime.*

53. Succenturiatus.] Caecilius, Triumpho:

Nunc meae malitiae aſtutia opus eſt ſuccenturia.

Adde Vegetium.

ACT. II. SCENA I.

4. Monitor.] Videtur *Monitorum* notio e veteri militia eſſe nata. Salluſt. Jug. 85. *Hominem veteris proſapiae, ac multarum imaginum, & nullius ſtipendii: ſcilicet ut in tanta re, ignarus omnium trepidet, feſtinet, ſumat aliquem ex populo* monitorem *officii.* Fortaſſe legendum, *ſed nullius ſtipendii*, ut ſit oppoſitio. Symmachus Lib. III. Epiſt. 13. *Nullam Neſtor tertio aevi ſui ſeculo militiae vacationem popoſcit; nec Achilli excuſavit aetatis ſuae frigus Phoenix* monitor. Silius VIII. 372.

His Scaurus monitor.

Primis autem annis juventutis cuſtodes, deinde cum res agenda erat, praeceptores & *monitores* adjungi ſolitos, ad Nep. Themiſt. 3. obſervat Gebhardus.

Vix tandem.] Cic. Fam. III. 9. Vix tandem *legi literas dignas Appio Clodio.* Virgil. Aen. II. 128.

Vix tandem *magnis Ithaci clamoribus actus.*

13.] Epictetus, cap. 28. *Θάνατος, καὶ φυγὴ, καὶ πάντα τὰ δεινὰ φαινόμενα, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν.*

19.] Citat Lactantius, de Divino Praemio, cap. 27. *Proinde ſi ſapientes, ſi beati eſſe volumus, cogitanda & proponenda ſunt nobis non tantum Terentiana illa:* Molandum esse usque in pistrinum, vapulandum, habendas compedes; *ſed his multo atrociora, carcer, catenae, tormenta patienda, ſuſtinendi dolores, mors denique ipſa & ſuſcipienda eſt, & ferenda.*

Habendas compedes.] Confer Lipſium, Elect. II. 15. & Turneb. Adverſ. XX. 27.

37. Tradunt operas mutuas.] Vide Bellum Literarium Perizonii & Francii; maxime *Demonſtrationem Francianae Barbariei & Inſcitiae.*

46.] Lucil. apud Non. v. *Damnare:*

hunc Tullius quidam
Judex heredem fecit, & damnati alii omnes.

54.] Cic. Fam. V. 1. *Quem ſi parum pudor ipſius defendebat.* Horat. Serm. I. 6. 56.

Ut veni coram, ſingultim pauca loquutus,
Infans namque pudor prohibebat plura profari.

57. Bone custos.] Plaut. Capt. III. 5. 50. Horat. Serm. I. 4. 18.

Dum cuſtodis eges.

Arte Poet. 161.

cuſtode remoto.

Vide Taubm. ad Plaut. Pſeud. I. 5. 32.

79. Requira.] *Quaere, & cum eo colloquere.* Salluſt. Catil 40. *Uti legatos Allobrogum* requirat. S. Caeſarius, Homil. 2. *Infirmos viſitare, in carcere* requirere, *peregrinos excipere.*

ACT. II. SCENA II.

8. Ex crimine.] Vide Cl. Burm. ad Val. Flacc. Argon. I. 696.

12. Pedum visa 'st via.] *Ἡ τῶν ποδῶν ἐώραται ὁδός.*

19. Aliquid abradi potest.] Plin. Paneg. 37. *Deſtringi* aliquid & abradi *bonis.*

25. Asymbolum venire.] *Ἀσυμβόλως δειπνεῖν.* Horat. Carm. IV. 12. 22.

non ego te meis
Immunem meditor tingere poculis.

26. Otiosum ab animo.] Sic *animo vacuum* dixit Salluſtius Jug. 52. & Ovid. Triſt. II. 557.

Atque utinam revoces animum paulisper ab ira,
Et vacuo jubeas hinc *tibi pauca legi.*

Ubi τὸ *hinc* non ad opus Poëtae, ſed ad *animum* Caeſaris retulerim; ut valeat, *ab animo.*

28. Cœna dubia.] Juvenal. Sat. XIII. 124.

31. Praesentem Deum.] Cic. Catil. II. 9. Deos praeſentes *auxilium eſſe laturos.*

32. Vide, quid agas.] *Eun.* II. 1. 18.

ACT. II. SCENA III.

5.] PAcuvius, Atalanta:
conſanguineam
Eſſe abdicant.

16.] Curt. IV. 1. *Hae manus ſuffecere deſiderio meo: nihil habenti nihil deſuit tamen.* Salluſt. Catil. 37. Gronov. Obſerv. II. 7. Et Ovid. Metam. III. 588. *Ars illi ſua, cenſus erat.*

48.] Attius, Erigona:
Aſſentio, age nunc tu tuam
Progeniem exordire.

62. Id quod lex jubet, dotem dare.] Vid. Joh. Meurſ. Solon. cap. 16.

70. Aetatem degeret.] Lucil. apud Non. v. *Antiquus:*
Quin potius vitam degas, *ſedatu' quietam.*
Phaed. I. 3. 6. & I. 30. 6.

72.] Τὸ πραχθὲν μὴ πράξῃς. *Adelph.* II. 2. 24. Cic. Fam. XIV. 3.

78.] Salluſt. Catil. 28. *Ita illi janua prohibiti.* Jugurth. 21. *Multitudo togatorum Numidas moenibus prohibuit.*

ACT. II. SCENA IV.

9.] SAlluſt. Catil. 20. In rem *fore credens.* Liv. XXX. 4. *Scipio ad comparanda ea, quae in* rem *erant, tempus habuit.* Salluſt. Jug. 31. *Fruſtra, an ob* rem, *in veſtra manu eſt.*

14. Suos cuique.] Claſſici auctores τὸ *ſuus, a, um,* praeponunt τῷ *Quiſque.* Perſ. Sat. V. 52.
Velle ſuum cuique *eſt.*
Virg. Ecl. II. 65.
trahit ſua quemque *voluptas.*
Propert. II. Eleg. 28.
mors ſua quemque *manet.*

Cic. pro Roſc. Amer. cap. 24. Sua quemque *fraus & ſuus terror maxime,* ſuum quemque *ſcelus agitat.* Forte diſtinguendum: *Sua quemque fraus & ſuus terror, maxime ſuum quemque ſcelus agitet.*

ACT. III. SCENA I.

9. LOco.] Statu. *Heaut.* II. 3. 118.

13. Confutavit.] Cato apud Gell. VII. 3. *Mihi nunc magnae curae eſt, quod haec res tam ſecunde proceſſit, ne quid in conſulendo adverſi eveniat, quod noſtras ſecundas res* confutet. Cic. Fam. IX. 11. *Non tam id laboro, ut, ſi qui mihi obtrectent, a te* refutentur.

ACT. III. SCENA II.

8. LOgi.] Turpilius, Canophoro.
Teſtamentum ergo celabis? Logi.
Sic Gr. Λόγυς λέγειν eſt inaniter verba fundere.

10. Cantilenam eandem canis.] Τὸ αὐτὸ ᾄδεις ᾆσμα. Horat. A. P. 356.

20.] Martial. Lib. X. Epigr. 55. 4.
Idem poſt opus, & ſuas palaeſtras.
Intelligit κλεοπάλην.

40. Haec ei antecessit.] Salluſt. Jug. 113. *Nocte ea, quae proxima fuit ante diem.*

ACT. III. SCENA III.

24. SOlae triginta minas.] Ita Lucil. IX.
Tu milli nummum potes uno *quaerere* centum.

26. Lepidum caput.] *And.* II. 2. 34.

ACT. IV. SCENA I.

4. MAnebat.] Val. Flacc. II. 138.
manet *illa virum.*

23. Defetiscar.] Pacuvius, Duloreſte:
Peream, niſi nunquam ſatiſcar *facere, quod quibo bone.*

ACT. IV. SCENA II.

8. AD forum.] Apud forum. *Heaut.* III. 3. 43. Plaut. Pſeud. IV. 7. 138.
Si gradererie tantum, quantum loqueris, jam eſſes ad forum.

Cic. Philipp. XIV. 12. Ad inferos *poenas parricidii luent.*

ACT. IV. SCENA III.

25. POns.] Obſervat Cl. Burmannus, ad Petron. cap. 101. locutionem deſumtam a calculis, qui ponuntur, & finguntur valere, quod ratiocinator velit. Vide locum.

29. Desistat litibus.] Salluſt. Jug. 25. *Minae graves denunciabantur, quod* oppugnatione *non* deſiſſerent. Vid. ibi G. Cortium. Salluſt. Fragm. Hiſt. II. *Ut actione deſiſteres.*

33.] Pindarus Hymn. XII.
Τρία ἔπεα διαρκέσει.

63. Scribito jam mihi dicas.] Supra I. 2. 77. & II. 2. 15.

72.] Proprie Repudium dixit. *Divortium* enim inter virum & uxorem fieri, *Repudium* ſponſae remitti ait Modeſtinus l. 101. §. 2. de Verb. Signif.

75. Reddunt.] Ovid. de Ponto I. Eleg. VI. 56.
Hanc meſſem ſatis eſt ſi mea reddat *humus.*
Tibull.

Tibull. II. Eleg. VI. 21.

Spes ſulcis credit aratis
Semina, quae magno foenore reddat *ager.*

Horat. Epod. Od. XVI. 43.

Reddit *uti Cererem tellus inarata quotannis.*

ACT. IV. SCENA IV.

1. EMUNXI.] Heſychius: *Ἀπομύττειν. ἐξαπατᾶν, γοητεύειν.*

7. MALIS EXEMPLIS.] Graviſſimis poenis. Donat. ad *Eun.* V. 7. 21.

10.] Pacuvius, Niptris:

Operite, atque abſcedite, jam jam
Mittite. Nam attrectatu & quaſſu
Saevum hunc amplificati' dolorem.

25.] Adde If. Caſaub. ad Theophr. Charact. cap. *Περὶ δεισιδαιμονίας.*

ACT. IV. SCENA V.

2.] CIc. Fam. V. 20. *Ni iſta pecunia graviſſimis eſſet certiſſimiſque monumentis teſtata, cui data, quo SCto, quibus tuis, quibus meis literis P. Sexto tradita eſſet.*

14. MULIER MULIERI MAGIS CONGRUIT.] Flor. III. 22. 3. *Viro cum viris facile convenit.*

ACT. V. SCENA I.

5. A FRATRE.] Vide *And.* I. 3. 21.

17. SAEVAM.] Ita *ferum conjugium* dixit Tibullus, III. 4. 74. Ubi vid. Jan. Broukhuſ.

19. EFFUTIRETIS.] Cic. Tuſc. V. 31. *Nec haec ſic agit, ut ex tempore quaſi* effutire *videatur.* Idem Nat. Deor. I. 30. *Quam bellum erat, Vellei, confiteri potius, neſcire quod neſcires, quam iſta* effutientem *nauſeare, atque ipſius ſibi diſplicere.*

23. EX AEGRITUDINE.] *And.* V. 5. 5.

MORS CONSECUTA.] Lucret. Lib. III.

Frigida quem ſemel eſt vitai pauſa ſequuta.

ACT. V. SCENA II.

3.] AFfine videtur dictum, quod e Varrone citat Nonius, v. *Convenire*, & *Ervum*:

Longe fugit, qui ſuos fugit.

15. VORSURAM SOLVES.] Suet. Galb. 9. *Nummulario, non ex fide* verſanti pecunias, *manus amputavit.*

ACT. V. SCEN. III.

5. INDILIGENTER.] Vide Cl. Graevium ad Cic. Fam. III. 8.

ACT. V. SCENA V.

2. PROPRIA.] Virg. Aen. I. 77.

Connubio jungam ſtabili, propriamque *dicabo.*

Cic. Fam. XIV. 3.

EMISSA EST MANU.] Vide Car. Sigon. de Judiciis, Lib. I. cap. 23. Roſin. Antiq. Rom. Lib. I. cap. 20. atque ibi Dempſter.

ACT. V. SCENA VI.

1. FORS FORTUNA.] Lucil. apud Non. v. *Fors:*

Si forte *omnino ac* fortuna *vincere bello:*
Si forte ac temere omnino quid curſum ad honorem.

Idem, apud eundem:

Cui parilem fortuna *locum, fatumque tulit* fors.

Attius, Aſtyanacte:

itera in quibus partibus,
Namque audire volo, ſi is eſt, quem expeto, &
quo captus modo,
Fortuna *an* forte *repertus?*

2. ONERASTIS.] Similis locutio eſt *Eun.* V. 9. 14. & 15.

4.] Vide If. Caſaub. ad Theophr. Charact. cap. *Περὶ ἀγροικίας.*

10.] *Curialis vernula* Martino Haineccio eſt ſervus publicus, qui *Curiae, τῇ φρατρίᾳ*, tertiae parti tribus apud Athenienſes ſerviret. Jac. Koekerto eſt ſervus, qui ejuſdem *Curiae* eſt, vel potius, qui ſervit domino ejuſdem *Curiae* cum alterius ſervi domino.

13.] Dixit autem, QUANTUM EST, QUI VIVANT, pro, *Quotquot vivunt.* Sic Plaut. IV. 2. 55.

oh mihi!
Quantum eſt *hominum optimorum optime, in tempore advenis.*

Propert. Lib. I. Eleg. V. 10.

At tibi curarum millia quanta dabit!

In quibus verbis quantitas continua pro diſcreta ponitur.

27. SUSPENSO GRADU.] Virgil. Cyr. 212.

Tum ſuſpenſa levans digitis veſtigia primis,
Egreditur.

28. AUREM ADMOVI.] Petron. cap. 11. *Aſcyltos furtim ſe* foribus admovit.

29. PULCHERRIMUM FACINUS.] Salluſt. Catil. 20. *Eo animo auſus maximum atque* pulcherrimum facinus *incipere.* Tacit. Annal. I. 18. Hiſt. I. 44. Curt. VI. 7.

ACT. V. SCENA VII.

35. VOSTRI HONORIS CAUSA.] Cic. Fam. XIII. 26. *Id ut* honoris mei cauſa *ſuſcipias, vehementer te etiam atque etiam rogo.*

54.] Afranius, Vopiſco.

Id aurum me condonat literis.

57.] Lucil. incerta Fabula:

Voltis? emta eſt. Noltis? non emta eſt.

70. HAEREO.] Vid. *Eun.* V. 2. 9.

74. E MEDIO EXCESSIT.] Sic 2. Theſſ. II. 7. *Ἕως ἐκ μέσου γένηται.*

78.] De hac conſtructione vide Voſſ. Art. Gramm. VII. 27.

81.] Dixit INCENSAM DABO, uti *Heaut.* V. 1. 77. *Exornatum dabo.* Salluſt. Jug. 59. *Expeditis peditibus ſuis*, hoſtes *pene* devictos dare. ubi vid. G. Cort.

83.] Idem verſus totidem verbis eſt apud Plaut. Moſtell. III. 1. 126. τὸ *Quod* autem παρέλκει.

85.] Lucil. apud Non. v. *Publicitus*:

Publicitus *vendis tamen atque extremà ligurrit.*

86. SOLAS TERRAS.] Cort. ad Sall. Jug. cap. 103.

95. IN VENTREM.] Juvenal. Sat. IV. 107.

Montani quoque venter *adeſt, abdomine tardus.*

Heſiod. Theogen. 26.

Ποιμένες ἄγραυλοι, κακ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον.

Adde Ampliſſ. Cuperi Obſerv. III. 10.

ACT. V. SCENA VIII.

4.] LUcian. Dial. Cyclopis & Neptuni: Καὶ οὐκ ἔτι ὅλως ἐν ἐμαυτῷ ἤμην. Flor. II. 10. 2. *Ubi eſſent prae poculis neſcientes.*

8.] Lucret. III. 454.

Claudicat ingenium, delirat *linguaque menſque.*

16.] Pacuvius, Chryſe:

DI *monerint* meliora, *atque amentiam ſuam Averruncaſſint.*

Cic. de Seneſt. cap. 14. *Bene Sophocles, cum ex eo quidam jam affecto aetate quaereret, uteretur ne rebus Venereis?* DI meliora, *inquit.*

28. ABHINC ANNOS QUINDECIM.] Vid. *And.* I. 1. 42.

32.] In Guyeti explicatione mitior eſt ſenſus, quam pro iracundo & concitato Nauſiſtratae animo.

37.] Vide Kirchm. de Funer. I. 4.

41.] Afranius, Proſa:

Gannire ad aurem *nunquam didici.*

49. ABSTULI.] Impetravi. *Heaut.* IV. 8. 9.

64.] Coelius ad Cic. Fam. VIII. 14. *Nunquam* tibi oculi doluiſſent, *ſi in repulſa Domitii vultum vidiſſes.* Flor. IV. 7. 4. *Ne tamen publici doloris* oculos ferrent.

ADDENDA
AD DONATUM.

Ut ſingula inventu eſſent faciliora, numerus Terentianorum verſuum ſervatus eſt.

ANDRIA.

PROLOGUS.

10. MS. Boend. & Editio Du Boiſiana princeps: *Ad verſus* XII.

23. Uterque codex haec habet: MALEFACTA NE NOSCANT SUA.] *Melius, quam ſi dixiſſet*, Audiant. Et mox 25. *Geminato V. ſcribitur.*

ACT. I. SCENA I.

Init. MS. Boend. *Ut argumentum narratione.* Edit. Du Boiſ. *Argumenti narratione.* Ubi vulgo: *Argumenti narratio.*

1. *Auferimus enim ea.*] Abr. Wielingius exiſtimat, Donatum reſpicere ad *locum*, non ad *rem.*

Ibid. Cod. Boend. & Du Boiſ. diſerte legunt, *Properat.* ſed & ita legit Editio Anonym. Salluſt. Jug. 105. *Itineris properandi cauſſa.* Ubi vide Ciacc. & Serv. ad Virg. Aen. IX. 401.

2. Mſ. Boend. & Edit. du Boiſ. *Deeſt colloqui, aut, verbis.*

9. Uterque Codex: *Moderata aequalitas.* Et mox 11. *Non enim dicit.* Et 12. *Beneficiis praerogatum:* Rurſus 13. *Et admirabiliter dixit.* Vide Donat. ad *Hec.* V. 1. 4.

19. Mſ. Boend. & Ed. Du B. *Quod verbum promittit, cum dicit.* Ut autem ſenſus conſter, legendum videtur: *Et quod verbum nunc promittit, infra dicit.*

21. Niſi forte legit Donatus, ECCUR SIMULAS IGITUR? Virgilii locus ἀπροσδιόνυσος videtur.

22. Mſ. Boend. & Edit. Du B. *Ergo ab eo quod ſequitur, id quod praecedit, dicit.*

27. *Intercidit Poëta.* Proba lectio, ſi τὸ *Intercidit* ita capias, q. d. caedit & diſtinguit ſermonem. Vide *Eun.* II. 2. 23. & 34. ubi obſervante Donato, *Parmeno diſtinguit longiloquium paraſiti.* Quanquam & h. l. idem de *Soſia* ſat recte dixiſſe poterat, utpote diſtinguente longiloquium Simonis.

29. In Mſ. Boend. & Edit. Du B. haec ſunt: ADJUNGANT.] *Alligent, aptent, aut commodent.*

35. Cum Edd. veteribus conſentiunt Codd. Boend. & Du B.

63. NEMO

Digitized by Google

63. NEMO QUISQUAM, *non dicitur.* Vide tamen *Eun.* V. 9. 2. & *Hec.* I. 1. 10.

75. Mſ. Boend. & Ed. Du B. *Nam deſponſa dicitur.*

82. *Commedabat.* Hanc vocem tuetur Cl. Burmannus ad Petron. cap. CXI. Adde Barth. ad Thebaid. IV. 75. In Mſ. Boend. & Edit. Du B. eſt, *Commendabat.*

86. Mſ. Boend. & Edit. Du B. *In futuram prorupit.* Et mox 88. *In ipſum officium, aut in pompam exequiarum.*

91. Mſ. Boend. & Edit. Du B. *Extra conſuetudinem.* Et, UNAM, *pro*, *Quandam.* Rurſus 92. *ſororia pulchritudine*, Et, *ipſorum quaeque prope menſtraverit nobis.*

100. *Amoris.* Mallem, *Narrationis.* A Mſ. Boend. & Ed. Du B. abeſt.

121. Edit. Du B. *Quod non ſit iracundus, qui juſte iraſcitur.*

128. Mſ. Boend. & Edit. Du B. *legitur* & NOLET.

129. Α'μφιβολίαν. Vid. Donat. ad *Eun.* III. 5. 9.

134. Edit. Du B. *Omni eum conatu.*

ACT. I. SCENA II.

9. MS. Boend. & Edit. Du B. *Velut ex ira & ſenis iracundia.* & 13. *ſecum vultuoſe.*

16. Uterque Codex recte: *pro*, *Ante haec.*

19. Haec diſertius explicat ipſe Donatus, infra III. 4. 16.

20. *Deeſt enim*, *Quaeris?* Si ita ſcripſit Donatus, videtur illa, HOC QUID SIT? Simoni tribuiſſe, aeque atque Davo.

21. Mſ. Boend. & Edit. Du B. *Tepida conſenſio.*

25. In utroque Cod. diſerte legitur, *Sic.* Et 28. *Ne quid relinquat inultum iracundiae*

ACT. I. SCENA III.

Init. MS. Boend. *Magna exſpectatione plurimarum rerum imminentium commotiva.* Illa autem, *plurimarum rerum*, etiam ſunt in Edit. Du B.

15. Mſ. Boend. *Et non credit eſſe, quae dicit.*

ACT. I. SCENA IV.

2. MS. Boend. *Quia tenet mentem.* Et 4. *Reddit ad illud, quia vi coacta eſt.*

7. *Corpus ubi.* Pro hoc verſu in Mſ. Boend. eſt ille Virg. Aen. I. 488.

Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.

ACT. I. SCENA V.

6. NOn *latuerat Pamphilum, repudiaſſe Chremetem.* Fortaſſe legendum, *repudiaſſe ſe Chremetem.*

17. Mſ. Boend. & Edit. Du B. *Quod voluit fieri.*

28. Uterque codex: *Conſiſteret.*

ACT. II. SCENA I.

Init. MS. Boend. & Edit. Du B. *Adoleſcentium periculis.*

2. *Perviclus.* Fortaſſe, *Perductus.* pro quo in Mſ. Boend. & Edit. Du B. eſt, *Productus.*

26. Mſ. Boend. & Edit. Du B. *Usque vitiata, ut eſſet cauſa recuſandae.* Unde forte legendum: QUAM VELLEM, *Usque vitiatam, ut eſſet cauſa recuſandi.* Vel: *Ut eſſet cauſa recuſandi, utpote vitiatam.*

34. Mſ. Boend. & Edit. Du B. *nuptias recuſantis.*

ACTi II. SCENA V.

18. MS. Boend. & Ed. Du B. *Memini, me quam fieri pavidum.* Sed Hadr. Junius, Animad. Lib. III. cap. 11. tuetur *pavum.* Sic Perſ. Sat. VI.

Cor jubet hoc Enni, poſtquam deſtertuit eſſe
Maeonides Quintus pavone ex Pythagoraeo.

Vide Donat. ad *Phorm.* I. 2. 24.

Ibid. Uterque Liber: *Memini videre, novi probare.*

ACT. II. SCENA VI.

17. SUccenſere, *potioris eſt.* Mallet Eruditiſſ. Wielingius: *Cenſere potioris eſt.* Vel, *Sic cenſere potioris eſt.* Poſſint tamen illa, *Succenſere potioris eſt*, eſſe a Donato, illa, *Succenſere, in re gravi & juſta iraſci*, abs altero Grammatico profecta. Neutrum autem ſatis accurate.

ACT. III. SCENA I.

6. S*Uſcipi filios legitimos faciunt parentes.* Mſ. Boend. & Ed. Du B. *Suſcipi filios legitimos faciunt partus.* Unde nunc per conjecturam effingo: *Suſcepti filii legitimos faciunt partus.*

11. EX PERAGRINA. *Id eſt, ex meretrice.* Haec ita diviſim leguntur in Mſ. Boend. unde obſervatio noſtra confirmatur. vid. *Phorm.* II. 3. 68.

21. Mſ. Boend. & Ed. Du B. *Ex tranquillitate maris.*

ACT. III. SCENA II.

44. UTerque Liber: *In quibuſdam tamen eſſe circumventum.*

ACT. III. SCEN. III.

10. IN Mſ. Boend. & Ed. Du B. haec ſunt: UT ME ADJUVES IN HAC RE, ATQUE. *Ipſam petitionem.*

ACT. III. SCEN. IV.

1. EDitio Du B. *ad diſcretionem mali.*

7. Mſ. Boend. *Nota eſt audituro. Nam propemodum, i. admodum quandoque etiam ſignificat. jam hoc eſt propemodum, cujus actus eſt admodum.* Neque aliter Edit. Du B.

18. Edit. Du B. *Hanc literam R. iterant.*

23. Mſ. Boend. & Ed. Du B. *Mirifice exaggeravit.*

Gg 3 27. *Ne*

Digitized by Google

27. *Ne eſſet tragicum.* Qui magis hoc tragicum fuerat futurum, quam agmen Thraſonicum in Eunucho? ſed neque a ferro abſtinet Plautus in Pſeud. & Ciſtell.

ACT. III. SCENA V.

3. COmmittimus enim, *quae cum magno periculo volumus eſſe ſervata.* Vide ad *Phorm.* V. 1. 19.
4. Mſ. Boend. & Ed. Du B. *Praemium pro virtute.*

ACT. IV. SCENA I.

8. UTerque Codex: *In pectoris altitudine.*
37. In utroque Libro eſt: *Quarto nihil poteſt eſſe.* Ita Cicero dixit, de Senect. cap. 19. *Quae* (mors) *aut plane negligenda eſt, ſi omnino extinguit animum; aut etiam optanda, ſi aliquo eum deducit, ubi ſit futurus aeternus.* Atqui tertium certe nihil inveniri poteſt. Abr. Wielingius τὸ *quando* tuetur, quod h. l. valeat, *quia.*

ACT. IV. SCENA II.

9. UTerque Liber: *laus, ad irritandum Pamphilum.*
11. *Auctiva particula.* Conjeceram legendum eſſe, *adauctiva.* nunc video ita eſſe in Mſ. Boend. Sic ſupra IV. 1. 39.
19. Παράδοξον. Immo ἀπροσδόκητον. nihil enim minus παράδοξον, quam binos amatores pariter eſſe miſeros. Exſpectabat autem Pamphilus, Charinum aliter reſponſurum.
25. Ed. Du B. *Non dici velle Davum.* Mſ. Boend. *Non dici ſibi velle Davum.* quae vera lectio videtur.

ACT. IV. SCENA III.

1. MS. Boend. & Edit. Du B. *Non temporale, aut mutuum.*
11. *Quem Caſſion Menander vocat.* Ita Mſ. Boend. & Edit. Du B.

Ibid. ΚΟΔΕΞΙΑC Phileleutherus Lipſienſis poſtquam Clericum exagitaſſet, ita reſtituit locum Menandri:

ſilium. Habere quid conſilii. Captare conſilium cum aliquo. Conſilii locum non habere. Capere quid conſilii. Nulli conſilii eſſe. Nihil conſilii conſiſtit pectore. Quid das conſilii? Incertus conſilii ſum. Conſilio palmam dare. Conſilium expetere. Conſilium callidum. Conſilium quaerere. Repudiare conſilium. Intendere conſilium. Res haec non habet conſilium in ſe. Conſilium cum re amittere. Conſilium alterius ſequi. Contemnere conſilium ſuum. Non minuere conſilium ſuum. Fretus ſum hoc conſilio. Conſilio regere rem. Quo conſilio huc imus? Conſilio juvare quem. Facere quid de conſilio alterius. Facere conſilia certa alicui incerta ut ſint. Conſilia in corde inſtructa. Intimus conſiliis alicujus. Rectum conſilium dare alicui. Credere alicui conſilia omnia. Conferre conſilia. Conſilia ſua referre ad aliquem. Impediri conſiliis alterius. Conſiliis pater ſum tibi.

CONSIMILIS.

Cujus mos maxume eſt *conſimilis* voſtrum; hi ſe ad vos adplicant. *Heaut.* II. 4. 13. Quod magis credendum ſiet, id quod eſt *conſimilis* moribus. *Heaut.* V. 3. 17. Quia *conſimilem* luſerat jam olim ille ludum. *Eun.* III. 5. 38. Iſti formae ut mores *conſimiles* forent. *Heaut.* II. 4. 2. Neceſſe eſt, Clitipho, conſilia conſequi *conſimilia. Heaut.* I. 2. 35.

SYNTAXIS. *Mos conſimilis. Conſimilis moribus. Conſimilem ludum ludere. Mores conſimiles formae. Conſilia conſimilia.*

CONSISTO.

Ubi ad ipſum veni diverticulum, *conſtiti. Eun.* IV. 2. 7. Otioſe nunc jam illico hic *conſiſte. Adelph* II. 1. 2. Pectore *conſiſtere* nihil conſilii quit. *Adelph.* IV. 4. 4.

CONSOBRINUS.

Cedo, quid reliquit Phania, *conſobrinus* noſter? *Hec.* III. 5. 9.

CONSOLOR.

Quid *conſolare* me? *Hec.* III. 1. 13. Illam miſeram, quam nunc intus ſcio eſſe exanimatam metu, *conſolare. Phorm.* III. 3. 33. Iſtam, quod potes, fac *conſolere. Adelph.* III. 5. 2. Aut *conſolando*, aut conſilio, aut re juvero. *Heaut.* I. 1. 34.

CONSPECTUS.

Tuum *conſpectum* fugitat, propter peccatum. *Heaut.* III. 1. 25. Etſi ſcio, pol, iis fore meum *conſpectum* inviſum hodie. *Hec.* V. 2. 22. Ipſum geſtio dari mihi in *conſpectum. Phorm.* II. 1. 31. Itane patris ais *conſpectum* veritum hinc abiiſſe? *Phorm.* II. 2. 1. Neque mihi in *conſpectum* prodit. *Phorm.* II. 4. 3. Neque virgo eſt uſquam: neque ego, qui illam e *conſpectu* amiſi meo. *Eun.* II. 3. 2. Fugere e *conſpectu* illico: videre nolle. *Hec.* I. 2. 107.

CONSPICOR.

Cur ergo in his ego te *conſpicor* regionibus? *Eun.* V. 9. 32. Neque tam veſperi domum revortor, quin te in fundo *conſpicer* fodere. *Heaut.* I. 1. 16.

CONSTABILIO.

Tuam rem *conſtabiliſſes. Adelph.* V. 1. 9.

CONSTITUO.

Nam *conſtitui* cum quodam hoſpite, me eſſe illum conventuram. *Hec.* I. 2. 120. Quod *conſtitui* me hodie conventurum eum. *Hec.* III. 4. 23. Et is hodie venturum ad me *conſtituit* domum. *Eun.* I. 2. 125. Nam illi mihi dotem jam *conſtituerunt* dare. *Phorm.* IV. 3. 71. Aut quum venturam dixero & *conſtituere. Heaut.* IV. 4. 4. Quia olim in hunc (diem) ſunt *conſtitutae* nuptiae. *And.* I. 5. 34. Locus, tempus *conſtitutum* eſt. *Eun.* III. 4. 3.

CONSTRINGO.

Hunc pro moecho poſtea comprehendêre intus, & *conſtrinxere. Eun.* V. 6. 23. Quadrupedem *conſtringito. And.* V. 2. 24.

CONSUEFACIO.

Nihil praetermitto: *conſuefacio. Adelph.* III. 3. 60. Ea ne me celet, *conſuefeci* filium. *Adelph.* I. 1. 29. Hoc patrium eſt, potius *conſuefacere* filium, ſua ſponte recte facere, quam alieno metu. *Adelph.* I. 1. 49.

CONSUESCO.

Quid illi tandem creditis fore animi miſero, qui cum illa *conſuevit* prius? *Adelph.* IV. 5. 32. Cum ejus *conſuevit* olim matre in Lemno clanculum. *Phorm.* V. 6. 33. Quicum tot *conſueſſet* annos. *Hec.* IV. 1. 40.

CONSUETUDO.

Ut neque me *conſuetudo*, neque amor, neque pudor commoveat. *And.* I. 5. 44. Etſi amor me graviter, *conſuetudoque* ejus tenet. *Hec.* III. 3. 44. Hic, parvae *conſuetudinis* cauſa, hujus mortem tam fert familiariter. *And.* I. 1. 83. Propter hujuſce hoſpitae *conſuetudinem*? *And.* II. 6. 8. Cotidianae vitae *conſuetudinem. Heaut.* II. 3. 42. Mitto rem: *conſuetudinem* ipſorum. *Adelph.* V. 3. 34. Quam mox veniat, qui adimat hanc mihi *conſuetudinem. Phorm.* I. 3. 9. *Conſuetudine*, & conjugio liberali devinctum. *And.* III. 3. 28. Vetere in nova coepi uti *conſuetudine. Hec.* Alt. Prol. 29. Antiqua ut *conſuetudine* agitarem libere inter vos convivium. *Hec.* I. 2. 17.

SYNTAXIS. *Conſuetudo tenet me. Parva conſuetudo. Conſuetudo hoſpitae. Cotidianae vitae conſuetudo. Conſuetudine devinciri. Adimere alicui conſuetudinem. Facere quid antiqua conſuetudine. Uti vetere conſuetudine.*

CONSUETUS, A, UM.

Ut *conſuetum* facile amorem cerneres. *And.* I. 1. 108.

CONSULO.

Peſſume iſtoc in te atque in illum *conſulis. Heaut.* III. 1. 28. Tun' *conſulis* quidquam? *Adelph.* I. 2. 47. Quae vos propter adoleſcentiam *conſulitis* parum. *Adelph.* V. 9. 36. Recte ego *conſului* meae. *Hec.* IV. 1. 44. Poſt *conſulam. Adelph.* V. 9. 25. Quod ad hanc rem opus eſt, porro *conſulo. Adelph.* III. 2. 37. Id oro te, in commune ut *conſulas. And.* III. 3. 16. Quid me fiat, parvi pendis, dum illi *conſulas. Heaut.* IV. 3. 37. Ut id *conſulerem*, interea vita ut in tuto foret. *Phorm.* V. 1. 7. Illi certe, quae nunc tibi domi eſt,

con-

Digitized by Google

conſuleres. *Phorm*. III. 1. 4. *Conſulere* in longitudinem. *Heaut*. V. 2. 10. Dum tempus *conſulendi* eſt. *Hec*. V. 1. 19. Cui de integro eſt poteſtaa etiam *conſulendi*, quid velis. *Phorm*. I 3. 22. Ut qui mihi *conſultum* optume velit eſſe. *Phorm*. I. 3. 1.

SYNTAXIa. *Peſſime conſulere quid in aliquem Parum conſulere quid. Recte conſulere. Conſulere in commune. Conſulere alicui. Conſulere in longitudinem. Velle alicui optime conſultum.*

CONSULTATIO.

Nulla tibi, Pamphile, hic jam *conſultatio* eſt. *Hec*. IV. 4. 28.

CONSUMO.

Quod in opere faciundo operae *conſumis* tuae. *Heaut*. I. 1. 21. In adparando *conſumunt* diem. *Adelph*. V. 7. 2. Si quid conſilî habet, ut *conſumat* nunc. *And*. I. 1. 133. Sumat, *conſumat*, perdat, decretum eſt pati. *Heaut*. III. 1. 56.

SYNTAXIS. *Conſumere operam. diem. conſilia. Conſumere rem familiarem.*

CONSUSURRO.

Syrus cum illo veſtro *conſuſurrat*. *Heaut*. III. 1. 64.

CONTAMINO.

Ne hoc gaudium *contaminet* vita aegritudine aliqua. *Eun* III. 5. 4. Multas *contaminaſſe* Graecas. *Heaut*. Prol. 17. In eo diſputant, *contaminari* non decere fabulas. *And*. Prol. 16.

CONTEGO.

Illi miſerae, indigne factam injuriam *contexeris*. *Hec*. III. 3. 41.

CONTEMNO.

Hic ego illum *contemſi* prae me. *Eun*. II. 2. 8. Numquid habes, quod *contemnas?* tacent: ſatis laudant. *Eun*. III. 2. 22. Nam quo redibo ore ad eam, quam *contemſerim?* *Phorm*. V. 7. 24. Arbitror, te ſuum conſilium *contemſiſſe*. *Hec*. I. 2. 15. O Dave, itan' *contemnor* abs te? *And*. III. 2. 12. Quot modis *contemtus*, ſpretus? *And*. I. 5. 13. Tamen *contemtus* abs te. haec habui in memoria. *Eun*. I. 2. 90.

SYNTAXIa. *Contemnere aliquem prae ſe. Contemnere conſilium ſuum.*

CONTEMPLOR.

Voltum *contemplamini*. *Phorm*. I. 4. 33. *Contemplamini* me. *Phorm*. III. 3. 17. At, ut ſatis *contemplata* modo ſis, mea nutrix. *Heaut*. IV. 1. 4.

CONTENTUS, A, UM.

Quia neque tu uno eras *contenta*. *Eun*. I. 2. 42. Quae paululo tum erat *contenta*. *Heaut*. III. 1. 37.

CONTERO.

Quid hic *conterimus* operam fruſtra? *Phorm*. I. 4. 32. *Contrivi* in quaerendo vitam, atque aetatem. *Adelph*. V. 4. 15. Ita curſando, atque ambulando totum hunc *contrivi* diem. *Hec*. V. 3. 17.

CONTINENS.

Hoc nemo fuit magis *continens*. *Eun*. II. 1. 21.

CONTINENTIA.

Spectatum ſatis putabam, & magnum exemplum *continentiae*. *And*. I. 1. 65.

CONTINEO.

Quae vera audivi, taceo, & *contineo* optume. *Eun*. I. 2. 23. Vix me *contineo*, quin involem in capillum. *Eun*. V. 2. 20. Ruti fere ſe *continebat*. *Phorm*. II. 3. 17. *Continebit* poſthac, ſi ſapiet, manus. *Adelph*. IV. 2. 26. Equidem cupio: & vix *contineor*. *Hec*. IV. 3. 9.

SYNTAXIS. *Optime continere quid. Vix me contineo. Continere ſe ruri. Continere manus. Vix contineor.*

CONTINGO.

Hanc mihi expetivi, *contigit*. *And*. IV. 2. 13. Cui tam ſubito tot *contigerint* commoda. *Eun*. V. 9. 3. Ut haec, quae *contigerint*, ſciat? *Phorm*. V. 6. 5. Velle te id, quod non poteſt *contingere*. *Heaut*. II. 3. 83. Haec tot propter me gaudia illi *contigiſſe* laetor. *Hec*. V. 3. 35.

CONTINUO.

Egomet *continuo* mecum. *And*. I. 1. 55. Mors *continuo* ipſam occupat. *And*. I. 5. 62 *Continuo* ad te properans percurro ad forum. *And*. II. 2. 18. Ego me *continuo* ad Chremem. *And*. II. 2. 24. *Continuo* dati tibi verba cenſes. *And*. III. 2. 24. *Continuo* palam eſt. *Eun*. I. 2. 24. *Continuo* adcurrit ad me. *Eun*. II. 3. 43. Ubi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam *continuo*. *Eun*. III. 1. 51. Quae volo, ſimul imperabo: poſt *continuo* exeo *Eun*. III. 2. 40. *Continuo* haec adornant, ut lavet. *Eun*. III. 5. 34. Ille *continuo* iraſci: neque negare audere. *Eun*. IV. 1. 4. Haec ubi aperuit oſtium, *continuo* hic ſe conjecit intro. *Heaut*. II. 3. 36. Mulier telam deſerit *continuo*. *Heaut*. II. 3. 65. *Continuo* hic adero. *Heaut*. III. 1. 96. *Continuo* injeciſſe verba tibi Dromonem. *Heaut*. V. 1. 19. Miror, *continuo* non juſſiſſe abripi me. *Heaut*. V. 2. 48. Quin pugnus *continuo* in mala haereat. *Adelph*. II. 1. 17. Patrem *continuo* convenit Philumenae. *Hec*. I. 2. 116. Omnem rem narrabit, ſcio, *continuo* ſola ſoli. *Hec*. III. 2. 15. *Continuo* voltum earum ſenſi immutari. *Hec*. III. 3. 9. *Continuo* exponetur. *Hec*. III. 3. 40. Aderit *continuo*, hoc ubi ex te audierit. *Hec*. V. 3. 15. Hic Phaedria *continuo* quamdam nactus eſt puellulam. *Phorm*. I. 2. 31. Ibi *continuo* Antipho. *Phorm*. I. 2. 51.

CONTORTOR.

Bonorum extortor, legum *contortor*. *Phorm*. II. 3. 27.

CONTRA

Si ſcias, quod donum huic dono *contra* comparet. *Eun*. II. 3. 63. Si laudabit haec illius formam: tu hujus *contra*. *Eun*. III. 1. 54. Volui facere *contra* huic aegre. *Eun*. IV. 1. 10. Uxorem numquam habui. ille *contra*, haec omnia. *Adelph*. I. 1. 19. Ille ut item *contra* me habeat, facio ſedulo. *Adelph*. I. 1. 25. Age age, nunc experiamur *contra* haec, quid ego poſſiem blande dicere. *Adelph*. V. 4. 23. Hiſcine tu, amabo, non *contra* inſidiabere? *Hec*. I. 1. 13. Nunc tibi me certum eſt *contra* gratiam referre. *Hec*. IV. 2. 7. At tu mihi *contra* nunc videre fortunatus, Phaedria. *Phorm* I. 3. 21. Nunc *contra* omnia haec; repperi, qui det, neque lacrumet.

Digitized by Google

met. *Phorm.* III. 2. 36. Audi nunc *contra* jam. *Phorm.* IV. 4. 19.

CONTROVERSIA.

Nam ſine *controverſia* a Diis ſolus diligere, Antipho. *Phorm.* V. 6. 14.

CONTUMELIA.

Quid eſt, ſi non haec *contumelia* eſt? *And.* I. 5. 2. Nam iſtaec quidem *contumelia* eſt. *Heaut.* III. 3. 5. Ne ulla merito *contumelia* fieri a vobis poſſet. *Hec.* III. 5. 20. Unum hoc ſcito: *contumeliae* me non feciſſe cauſa, ſed amoris. *Eun.* V. 2. 38. Hanccine ego ut *contumeliam* tam inſignem in me accipiam? *Eun.* IV. 7. 1. Ad *contumeliam* omnia accipiunt magis. *Adelph.* IV. 3. 15. Quin novo modo ei faceres *contumeliam*. *Phorm.* V. 7. 79. Etſi ego digna hac *contumelia* ſum maxume. *Eun.* V. 2. 26. Non perpeti meretricum *contumelias*? *Eun.* I. 1. 3. Tegere *contumelias*. *Hec.* I. 2. 91. Abſenti tibi te indignas, ſeque dignas *contumelias* numquam ceſſavit dicere hodie. *Phorm.* II. 3. 29. Dumque ejus libido occluſa eſt *contumeliis*. *And.* III. 3. 25.

SYNTAXIS. *Iſthaec quidem contumelia eſt. Mihi contumelia fit a vobis. Facere quid contumeliae cauſa. Inſignem contumeliam in ſe accipere. Non perpeti meretricum contumelias. Dicere contumelias alicui.*

CONTUMELIOSE.

En umquam cuiquam *contumelioſius* audiſtis factam injuriam? *Phorm.* II. 3. 1.

CONTURBO.

Conturbaſti mihi rationes omnes. *Eun.* V. 2. 29.

CONVASO.

Aliquid *convaſaſſem*, atque hinc me conjicerem protinus in pedes. *Phorm.* I. 4. 13.

CONVENIO.

Sed viſne adeſſe me una, dum iſtam *convenis*? *Hec.* IV. 4. 103. Nomen non *convenit*. *And.* V. 4. 39. Haud *convenit* una ire cum amica imperatorem in via. *Eun.* III. 2. 41. Non *convenit*, qui illum ad laborem impulerim, nunc me ipſum fugere. *Heaut.* I. 1. 113. In me quidvis harum rerum *convenit*. *Heaut.* V. 1. 3. Patrem continuo *convenit* Philumenae. *Hec.* I. 2. 116. Hanc mihi expetivi, contigit: *conveniunt* mores. *And.* IV. 2. 13. Haec fratri mecum non *conveniunt*. *Adelph.* I. 1. 34. Primo dies compluſculos bene *conveniebat* ſane inter eas. *Hec.* I. 2. 103. Etiam puerum inde abiens *conveni* Chremis. *And.* II. 2. 31. *Conveni* hodie adveniens quemdam mei loci hinc, atque ordinis. *Eun.* II. 2. 3. Quae *convenere* in Andriam. *And.* Prol. 13. Nunc Chremem *conveniam*. *And.* III. 2. 48. Tace! egomet *conveniam* jam ipſum. *Adelph.* II. 2. 1. Fratrem *conveniam*, Hegio. *Adelph.* III. 4. 53. Micionem, ſi apud forum eſt, *conveniam*. *Adelph.* III. 5. 3. Ego Aeſchinum *conveniam*. *Adelph.* IV. 5. 2. Ego hos *conveniam*. *Adelph.* IV. 7. 39. Quid vis dicam? an *conveniam* modo? *Hec.* III. 4. 22. *Conveniet* numerus, quantum debui. *Phorm.* I. 2. 3. Callidemidem hoſpitem Myconium, *conveni*. *Hec.* III. 4. 19. Abi: ſolum ſolus *conveni*. *Hec.* IV. 1. 42. At ego hinc me ad forum, ut *conveniam* Pamphilum. *And.* I. 3. 22. Nunc id prodeo, ut *conveniam* Parmenonem. *Eun.* V. 7. 4. Tranſito ad uxorem meam, ut *conveniat* hanc, priuſquam hinc abeat. *Phorm.* IV. 5. 7. Num videntur *convenire* haec nuptiis? *And.* II. 2. 29. *Convenire* & conloqui. *Eun.* III. 2. 14. Quidquid eſt, volo ſcire, atque hominem *convenire*. *Adelph.* I. 2. 74. Dic *conveniſſe*; egiſſe te de nuptiis. *Heaut.* IV. 8. 23. Ut rogem, quod tempus *conveniendi* patris me capere jubeat? *Phorm.* V. 4. 9. Quantum poteſt, nunc *conveniendus* Phormio eſt. *Phorm.* V. 7. 3. Laches me nunc *conventam* eſſe expetit. *Hec.* V. 1. 1. Quod conſtitui me hodie *conventurum* eum. *Hec.* III. 4. 23. Nec *conventurum* inter nos poſthac eſſe arbitror. *Hec.* IV. 4. 37. Conſtitui, me eſſe illum *conventuram*. *Hec.* I. 2. 121.

SYNTAXIS. *Convenire quem. Non convenit. Id in me convenit. Mores conveniunt. Bene ſane convenit inter eos. Convenit numerus.*

CONVENTUS.

Comitum *conventus*, ſtrepitus. *Hec.* Alt. Prol. 27.

CONVERTO vel CONVORTO.

Tranſacta re, *convortam* me domum. *Adelph.* II. 4. 22. Deum ſeſe in hominem *convertiſſe*. *Eun.* III. 5. 40. Non poſſe jam ad ſalutem *converti* hoc malum. *And.* IV. 1. 49.

CONVICIUM.

Ante aedes non feciſſe, erit melius, hic *convicium*. *Adelph.* II. 1. 26.

CONVINCO.

Convincas eſſe illum tuum? *Heaut.* V. 3. 15. *Convincas* facile ex te natum. *Heaut.* V. 3. 18.

CONVIVA.

Tum me *convivam* ſolum abducebat ſibi. *Eun.* III. 1. 17. Egomet *convivas* moror. *Heaut.* I. 1. 120.

CONVIVIUM.

In *convivium* illam? (adducas) *Eun.* IV. 1. 12. Adparare de die *convivium*. *Adelph.* V. 9. 8. Antiqua ut conſuetudine agitarem libere inter vos *convivium*. *Hec.* I. 2. 18. Quo pacto Rhodium tetigerim in *convivio*. *Eun.* III. 1. 30. Una in *convivio* erat hic. *Eun.* III. 1. 32. Ille ſuam ſemper egit vitam in otio, in *conviviis*. *Adelph.* V. 4. 9.

SYNTAXIS. *Adducere quem in convivium. Agitare convivium inter ſe. Adparare convivium. Eſſe in convivio. Vitam in conviviis agere.*

CONVIVOR.

Nolunt crebro *convivarier*. *Heaut.* I. 2. 32.

CONVOLO.

Populus *convolat*: tumultuantur. *Hec.* Alt. Prol. 32.

COPIA.

Perfecit, ſibi ut inſpiciundi eſſet *copia*. *Eun.* Prol. 21. Si non tangendi *copia* eſt. *Eun.* IV. 2. 11. Amica tecum ſine

metu ut ſit, *copia* eſt. *Heaut.* II. 3. 87. Ego in eum incidi infelix locum, ut neque mihi ejus ſit amittendi, nec retinendi *copia*. *Phorm.* I. 3. 24. Neque pol conſilii locum habeo, neque auxilii *copiam*. *And.* II. 1. 20. Date creſcendi *copiam*; novarum qui ſpectandi faciunt *copiam* ſine vitiis. *Heaut.* Prol. 28. & 29. Nam ea res dedit tum exiſtumandi *copiam*. *Heaut.* II. 3. 41. Ne quam aliam quaerat *copiam*, ac te deſerat. *Heaut.* V. 1. 54. Obſecrat, ſibi ut ejus faciat *copiam*. *Phorm.* I. 2. 63. Quid ego ex hac inopia nunc capiam; & quid tu ex hac *copia*. *Phorm.* I. 3. 15.

Syntaxis. *Eſt mihi copia inſpiciundi. tangendi. retinendi. Auxilii copiam habere. Facere alicui copiam ſpectandi. Dare copiam exiſtumandi. Quaerere aliam copiam.*

Copiae, arum.

In anguſtum oppido nunc meae coguntur *copiae*. *Heaut.* IV. 2. 2. Militem ſecum ad te quantas *copias* adducere? *Eun.* IV. 6. 17.

Coquo.

Atque ibi, favillae plena, fumi, ac pollinis, *coquendo* ſit faxo, & molendo. *Adelph.* V. 3. 61.

Coquus.

Concurrunt laeti mi obviam cupedinarii omnes, cetarii, lanii, *coqui*. *Eun.* II. 2. 26.

Cor.

Aut tibi nuptiae hae ſunt *cordi*. *Pa.* *Cordi?* *And.* II. 1. 28. Neque meo *cordi* eſſe quemquam cariorem hoc Phaedria. *Eun.* I. 2. 121. Uterque utrique eſt *cordi*. *Phorm.* V. 3. 17. Cura ex *corde* exceſſit. *Hec.* III. 2. 12. Jam inſtructa ſunt mihi in *corde* conſilia omnia. *Phorm.* II. 2. 7.

Syntaxis. *Res mihi eſt cordi. Nemo meo cordi eſt carior. Uterque utrique eſt cordi. Cura exceſſit ex corde. Conſilia in corde inſtructa.*

Coram.

Non imperabat *coram*. *And.* III. 2. 10. Sine, illum huc *coram* adducam. *And.* V. 3. 29. Rogitas? quae mihi ante oculos *coram* amatorem adduxti tuum! *Eun.* IV. 7. 24. Ah, vereor *coram* in os te laudare amplius. *Adelph.* II. 4. 5. *Coram* ipſum cedo. *Adelph.* III. 4. 38. Te ipſum purgare ipſis *coram*, placabilius eſt. *Adelph.* IV. 3. 17. Quae tute dudum *coram* me incuſaveras. *Phorm.* V. 7. 21.

Syntaxis. *Coram ante oculos. Coram in os laudare quem. Purgare ſe coram aliquo.*

Corinthius.

Fuit quaedam anus *Corinthia* hic. *Heaut.* III. 3. 39. Erat hic *Corinthia* anus, haud impura. *Heaut.* IV. 1. 16.

Corinthus.

Quae cum milite *Corinthum* hinc ſum profecta inhumaniſſimo. *Hec.* I. 2. 11. Eſt e *Corintho* hic advena anus paupercula. *Heaut.* I. 1. 44.

Cornu.

Tu, Simalio, in ſiniſtrum *cornu*. *Eun.* IV. 7. 5.

Corpus.

Corpus ſolidum, & ſucci plenum. *Eun.* II. 3. 26. Quae habitudo eſt *corporis!* *Eun.* II. 2. 11. Tu mihi es germanus pariter *corpore* & animo. *Adelph.* V. 8. 34.

Corrado *vide* Conrado.

Corrector.

Corrector! nempe tua arte viginti minae pro Pſaltria periere. *Adelph.* IV. 7. 24.

Corrigo.

Quod peccatum a nobis ortum eſt, *corrigo*. *Adelph.* IV. 3. 2. Niſi quia *correxit* miles, quod intellexi minus. *Eun.* IV. 5. 11. Vobis *corrigemus*, te judice ipſo. *Hec.* II. 2. 12. Illud, quod cecidit forte, id arte ut *corrigas*. *Adelph.* IV. 7. 23. *Corrigere* mihi gnatum porro enitere. *And.* III. 4. 17. Conſulitis parum, haec reprehendere, & *corrigere* me. *Adelph.* V. 9. 37. At ſi *corrigitur*, quot commoditates, vide. *And.* III. 3. 37.

Syntaxis. *Corrigere peccatum. Corrigam tibi hoc. Arte corrigere caſum. Corrigere gnatum.*

Corripio.

Modo me intro ut *corripui* timidus. *Hec.* III. 3. 5. *Corripui* ilico me inde lacrumans. *Hec.* III. 3. 16. Ita *corripuit* derepente tacitus ſeſe ad filiam. *Hec.* IV. 1. 3.

Corrumpo.

Sed non adeo, ut mea facilitas *corrumpat* illorum animos. *Hec.* II. 2. 6. Prandium *corrumpitur*. *Adelph.* IV. 2. 49. Hi (piſces) mihi ne *corrumpantur*, cautio eſt. *Adelph.* III. 3. 67. Sed vereor, ne mulier me abſente hic *corrupta* ſit. *Heaut.* II. 2. 2. Inveniet inopem potius, quam te *corrumpi* ſinat. *And.* II. 3. 22. Tu illum *corrumpi* ſinis. *Adelph.* I. 2. 17.

Syntaxis. *Animus corrumpitur facilitate. Prandium corrumpitur. Piſces corrumpuntur. Filius corrumpitur. Mulier corrupta.*

Corruptela.

Eccum adeſt communis *corruptela* noſtrûm liberûm. *Adelph.* V. 3. 7.

Cotidianus, a, um.

Verum ubi videbit tantos ſibi ſumtus domi *cotidianos* fieri. *Heaut.* IV. 5. 7. Quid morbi eſt? *Pa.* Febris. *So.* *Cotidiana?* *Pa.* Ita ajunt. *Hec.* III. 2. 22. At non *cotidiana* cura haec angeret animum. *Phorm.* I. 3. 8. *Cotidianae* vitae conſuetudinem. *Heaut.* II. 3. 42. Taedet *cotidianarum* harum formarum. *Eun.* II. 3. 6.

Syntaxis. *Cotidianus ſumtus. Cotidiana febris. cura. forma.*

Cotidie.

Cotidie accuſabam. *Heaut.* I. 1. 50. Mihi quidem *cotidie* augeſcit magis de filio aegritudo. *Heaut.* III. 1. 14. Quid interea? ibatne ad Bacchidem? *Pa.* *Cotidie.* *Hec.* I. 2. 82.

Cras.

Cras eſt mihi judicium. *Eun.* II. 3. 46. Thais maximo te orabat opere, ut *cras* redires. *Eun.* III. 3. 27. De argento, ſomnium: mox; *cras* redi. *Adelph.* II. 1. 50. Rus *cras* cum filio cum primo lucu ibo hinc. *Adelph.* V. 3. 54. *Cras* mane. *Phorm.* III. 2. 46.

Craſſus.

Magnus, rubicundus, criſpus,

CR
CR

pus, *craſſus*, caeſius. *Hec.* III. 4. 26.

CRATINUS.

Scin' *Cratini*, hujus ditis, aedes? *Adelph.* IV. 2. 42. Ego *Cratinum* cenſeo, ſi tibi videtur. *De.* Dic, *Cratine. Phorm.* II. 4. 7. & 8.

CREBER, BRA, BRUM.

Haeccine erant itiones *crebrae*, & manſiones diutinae Lemni? *Phorm.* V. 8. 23.

CREBRO.

Scortari *crebro* nolunt; nolunt *crebro* convivarier. *Heaut.* I. 2. 32. Quia ruri *crebro* eſſe ſoleo. *Hec.* II. 1. 18. Vereor, ſi clamorem ejus hic *crebro* audiat. *Hec.* III. 3. 52.

CREDIBILIS, LE.

Hoccin' eſt *credibile*, aut memorabile? *And.* IV. 1. 1.

CREDO.

Quem ego *credo* manibus pedibuſque obnixe omnia facturum. *And.* I. 1. 134. *Credo*, impetrabo. *And.* II. 1. 13. Quem ego nunc *credo*, me quaerere. *And.* II. 2. 4. *Credon'* tibi hoc? *And.* III. 2. 17. Unde id ſcis? *Da.* Audivi, & *credo. And.* III. 2. 31. Satis *credo*, ſi advigilaveris. *And.* IV. 1. 50. *Credo*: & id facturas, Davos dudum praedixit mihi. *And.* V. 1. 21. Tuam inveniri gaudeo. *Pa. Credo*, pater. *And.* V. 4. 36. Omnes nos gaudere hoc, Chreme, te *credo*, credere. *Ch.* Ita me Dî ament, *credo. And.* V. 4 44. Illam me *credo* haud noſſe. *And.* V. 4. 49. *Credo*, ut fit, miſera prae amore excluſti hunc foras. *Eun.* I. 2. 18. Numquidnam quod nolis, vides? *Pa.* Te. *Gn. Credo. Eun.* II. 2. 41. Perpulchra *credo* dona, haud noſtris ſimilia. *Eun.* III. 2. 15. *Credo* ei placere hoc. *Eun.* III. 3. 14. *Credo* equidem illum jam adfuturum eſſe. *Eun.* IV. 6. 1. Neſcio; niſi amaſſe *credo* Pamphilam. *Eun.* V. 1. 11. Debeam, *credo*, iſti quidquam furcifero, ſi id fecerim. *Eun.* V. 2. 23. Nihil tibi quidquam *credo. Eun.* V. 2. 45. Non pol *credo*, Chaerea. *Eun.* V. 2. 62. Reddam hercle. *Py. Credo. Eun.* V. 7. 18. Gaudeo. *Ch.* Satis *credo. Eun.* V. 9. 21. Ita *credo. Heaut.* I. 2. 37. IV. 3. 10. Si haec ſunt vera, ita uti *credo. Heaut.* II. 3. 55. *Credo. Heaut.* II. 4. 20. IV. 5. 39. *Adelph.* V. 9. 15. *Phorm.* II. 1. 25. IV. 3. 5. *Credo*; neque id injuria. *Heaut.* III. 3. 20. Etſi incredibile eſt, credere? *Credo. Heaut.* IV. 1. 12. *Credo*, id cogitaſti. *Heaut.* IV. 1. 28. Pudore & liberalitate liberos retinere ſatius eſſe *credo*, quam metu. *Adelph.* I. 1. 33. *Credo* jam, ut ſolet, jurgabit. *Adelph.* I. 1. 54. Poſtremo, nuper, *credo*, jam omnium taedebat. *Adelph.* I. 2. 70. *Credo* iſtuc melius eſſe. *Adelph.* II. 2. 13. *Credo* abductum in ganeum aliquo. *Adelph.* III. 3. 5. *Credo*, ut eſt dementia. *Adelph.* III. 3. 35. Cum maxume operis aliquid facere *credo. Adelph.* IV. 1. 2. Niſi me *credo* huic eſſe natum rei. *Adelph.* IV. 2. 6. *Credo* hercle. *Adelph.* IV. 5. 49. Facturum *credo. Adelph.* IV. 7. 32. Si adeſſet, *credo*, ibi ejus commiſereſceret. *Hec.* I. 2. 54. *Credo* ita videri tibi. *Hec.* I. 2. 66. Nemini plura acerba eſſe *credo* ex amore oblata. *Hec.* III. 1. 1. *Credo*, ipſum ad me exire. *Hec.* IV. 1. 6. *Credo*: neque adeo arbitrari patris eſt aliter. *Hec.* IV. 1. 14. Nullam pol *credo* mulierem me miſeriorem vivere. *Hec.* IV. 1. 51. *Credo* ea gratia concordes magis fore. *Hec.* IV. 3. 11. Puerum injuſſu, *credo*, non tollent meo. *Hec.* IV. 4. 82. *Credo*, aedepol, te nonnihil mirari. *Hec.* V. 1. 5. Me exſpectat, *credo*: adibo. *Hec.* V. 4. 15. Ei, *credo*, munus hoc conraditur. *Phorm.* I. 1. 6. Ad precatorem adeam, *credo. Phorm.* I. 2. 90. Ego ſedulo hunc dixiſſe *credo. Phorm.* II. 4. 13. At meo merito, *credo. Phorm.* V. 8. 42. Quas *credis* eſſe has, non ſunt verae nuptiae. *And.* I. 1. 20. Itan' *credis*? *And.* II. 3. 25. Qui *credis*? *And.* V. 4. 31. Quid? tu his rebus *credis* fieri? *Eun.* II. 2. 14. Jam ſatis *credis* ſobriam eſſe me? *Eun.* IV. 4. 36. *Credis* huic quod dicit? *Eun.* IV. 4. 38. Etiam nunc non *credis*? *Ph.* Mirum ni tu *credis* quod iſte dicit. *Eun.* IV. 4. 43. & 44. *Credin'*? *Gn.* Immo certe. *Eun.* IV. 7. 42. *Credin'* te impune habiturum? *Eun.* V. 2. 13. Quid illi *credis* animi tum fuiſſe? *Eun.* V. 7. 14. Erras, ſi id *credis*, & me ignoras. *Heaut.* I. 1. 53. Quid illum porro *credis* facturum? *Heaut.* III. 3. 30. Atqui tu hanc jocari *credis*? *Heaut.* IV. 4. 7. Ita ajunt. *Ch.* Et tu *credis*? *Me.* Omnia. *Heaut.* IV. 8. 13. An non *credis*? *Adelph.* I. 2. 56. Sanum te *credis* eſſe? *Adelph.* IV. 7. 30. Non mihi *credis*? *Phorm.* III. 2. 7. Etiam nunc *credis*, te ignorarier? *Phorm.* V. 7. 38. Hic nunc me *credit* aliquam ſibi fallaciam portare. *And.* II. 6. 1. Dum id reſcitum iri *credit*, tantiſper cavet. *Adelph.* I. 1. 45. Soſtrata *credit*, mihi me Pſaltriam hanc emiſſe. *Adelph.* IV. 4. 6. Quid illi tandem *creditis* fore animi miſero? *Adelph.* IV. 5. 31. Propter ſuam impotentiam ſe ſemper *credunt* negligi. *Adelph.* IV. 3. 16. Illi *credunt* conſilia omnia. *Adelph.* V. 4. 18. Egon' cui daturus non ſum, ut ei deſpondeam? *Sy. Credebam. Ch.* Minime. *Heaut.* IV. 5. 37. Neque ei *credebam* primo. *Hec.* IV. 4. 91. Quid? *credebas*, dormienti haec tibi confecturos Deos? *Adelph.* IV. 5. 59. Sororem plerique eſſe *credebant* meam. *Eun.* I. 2. 38. Egon' iſtuc facerem? *Si. Credidi. And.* III. 4. 5. Tuum ne, obſecro te, hoc dictum erat? vetus *credidi. Eun.* III. 1. 38. Conſervam eſſe *credidi. Eun.* V. 2. 19. Callidum & diſertum *credidi* hominem. *Eun.* V. 7. 10. Abii ad proximos, qui erant tibi: eis commiſi, & *credidi. Heaut.* V. 2. 13. Quod ego numquam *credidi* fore. *Hec.* I. 2. 23. Sed non *credidi* adeo, ut etiam totam hanc odiſſet domum. *Hec.* II. 1. 24. Nam olim ſoli *credidi*, ea me abſtinuiſſe. *Hec.* III. 3. 50. Non *credidi* aedepol adeo inhumanum fore. *Hec.* III. 5. 49. Ego etiam illorum eſſe hanc culpam *credidi. Hec.* IV. 1. 20.

20. Ego quoque etiam *credidi. Hec.* V. 1. 35. Me hujuſmodi eſſe ſciebat : ego hunc eſſe aliter *credidi. Phorm.* III. 2. 44. *Credidi.* quid ad me ibatis? *Phorm.* V. 7. 7.. An tu hunc *credidiſti* eſſe, obſecro. *Eun.* IV. 4. 12. Niſi ſi me in illo *credidiſti* eſſe hominum numero. *Adelph.* IV. 3. 3. Me tum uxorem *credidiſti* ducturum. *Adelph.* V. 3. 25. Alios tuam rem *credidiſti* magis, quam tete, animadverſuros? *Phorm.* III. 1. 3. Id ſibi negoti *credidit* ſolum dari. *And.* Prol. 2. Quae mihi ſuum animum, atque vitam *credidit. And.* I. 5. 37. Quid iſti *credam?* res ipſa indicat. *Eun.* IV. 4. 38. Quid ego, obſecro, huic *credam*, qui nihil dixit? *Phorm.* V. 8. 8. Dum amicam meam eſſe *credet*, non committet filiam. *Heaut.* IV. 3. 36. *Crede*, inquam, hoc mihi, Pamphile. *And.* II. 4. 6. *Crede* hoc meae fidei. *Eun.* V. 2. 59. *Crede*, inquam, mihi. *Heaut.* I. 1. 33. *Crede*, & noſtrum te eſſe credito. *Heaut.* V. 4. 11. Non eſt flagitium, mihi *crede. Adelph.* I. 2. 21. *Crede* hoc; ego meum jus perſequar. *Adelph.* II. 1. 9. *Crede* mihi, gaudebis facto. *Phorm.* III. 2. 9. Quod illum facere *credito. Heaut.* III. 3. 16. Noſtrum te eſſe *credite. Heaut.* V. 4. 11. Aliquid *credite*, Phormio, eſſe cauſae. *Phorm.* V. 6. 34. Oh, tibi ego ut *credam*, furcifer? *And.* III. 5. 12. Mea conſilia ut tibi *credam* omnia. *Eun.* I. 2. 48. Sed qui iſtuc *credam* ita eſſe? *Hec.* I. 2. 28. Quam eſſe eum graviter laturum *credam. Hec.* II. 2. 19. Timeo, ne aliud *credam*, atque aliud nunties. *Hec.* V. 4. 4. Factis, ut *credam*, facis. *Hec.* V. 4. 17. Sed, qui iſtuc *credam* ita eſſe? *Phorm.* V. 6. 15. Quid *credas?* *And.* III. 2. 19. Ne vacuum eſſe me nunc ad narrandum *credas. And.* IV. 2. 23. Non te *credas* Davom ludere. *And.* IV. 4. 48. Hoc modo te obſecro, ut ne *credas* a me adlegatum hunc ſenem. *And.* V. 3. 28. Oro, ne quid *credas* me advorſum edictum facere eſſe auſam. *Heaut.* IV. 1. 10. Ut nihil *credas* intelligere, niſi idem dictum ſit centies. *Heaut.* V. 1. 8. *Credas* animum ibi eſſe. *Heaut.* V. 5. 19. Quid *credas* jam? aut cui *credas? Adelph.* III. 2. 32. Aliquid moneat, ut illa, quae te ſcire *credas*, neſciat? *Adelph.* V. 4. 3. Immo etiam, hoc qui occultari facilius *credas*, dabo. *Hec.* V. 4. 29. Immo etiam dabo, quo magis *credas. Phorm.* V. 6. 38. Cave iſti quidquam *creduas. Phorm.* V. 8. 4. Vel hoc quis non *credat*, qui norit te, abs te eſſe ortum? *And.* III. 2. 9. Ut per me ſtetiſſe *credat. And.* IV. 2. 16. & 18. Ut, quum narret ſenex voſter noſtro; iſtam eſſe amicam gnati, non *credat* tamen. *Heaut.* IV. 3. 34. Qui imperium *credat* gravius eſſe, aut ſtabilius. *Adelph.* I. 1. 41. Ipſum id metuo, ut *credant. Adelph.* IV. 4. 17. Exple animum iis, ut *credant. Hec.* V. 2. 21. Ne conficere *credant* argentum ſuum. *Phorm.* V. 5. 11. Non impulit me, haec nunc omnino ut *crederem. And.* III. 2. 44. Si iſtuc *crederem* ſincere dici. *Eun.* I. 2. 96. Nec quum male facerem, *crederem* mihi impunius licere. *Heaut.* III. 2. 49. Ni noſſem cauſam, *crederem* vera hunc loqui. *Phorm.* II. 1. 48. Sumeret alicunde. *Ge.* Hui! dixti pulchre, ſiquidem quiſquam *crederet. Phorm.* II. 1. 72. Per ego te Deos oro, ut ne illis animum inducas *credere. And.* V. 1. 15. Nos gaudere hoc, te credo, *credere. And.* V. 4. 44. *Credere* omnem exercitum, conſilia. *Eun.* III. 1. 12. Quid? ilicone *credere* ea, quae dixi, oportuit te? *Eun.* V. 7. 11. Principio ego vos *credere* ambos hoc mihi vehementer velim. *Eun.* V. 9. 39. Nec tibi ille eſt *credere* auſus, quae eſt aequom patri. *Heaut.* I. 1. 104. Vin' me iſtuc tibi, etſi incredibile eſt, *credere? Heaut.* IV. 1. 11. Fac ut audeat tibi *credere* omnia. *Heaut.* V. 1. 53. Quandoquidem hoc numquam mihi ipſe voluit *credere. Adelph.* IV. 5. 6. Jurabat quoties, ut quivis facile poſſet *credere. Hec.* I. 1. 4. Te hoc mihi cupio *credere. Hec.* II. 2. 23. Verere verba ei *credere? Phorm.* I. 2. 11. Vin' me hoc *credere? Phorm.* V. 3. 27. Pergin' *credere? Phorm.* V. 8. 7. Si compererit crimini tua ſe falſo uxor *credidiſſe. Hec.* V. 2. 13. Bene factum te adveniſſe, Pamphile. *Pa. Creditur. Hec.* III. 5. 7. Ita ut juſſi, ſoli *credita* eſt. *Eun.* V. 1. 15. Ignotum eſt : tacitum eſt : *creditum* eſt. *Adelph.* III. 4. 28. Eſt vero huic *credendum*, Chreme? *And.* V. 4. 14. Sed, quod magis *credendum* ſiet, id. *Heaut.* V. 3. 16.

SYNTAXIS. *Credo, impetrabo. Creden' tibi hoc? Audivi, & credo. Perpulchra, credo, dona! Nihil credere alicui. Satis credo. Credin' te impune habiturum? Erras, ſi id credis. Sanum te credis eſſe? Credere alicui conſilia ſua. Non credidi, adeo inhumanum fore. Credere alicui animum atque vitam ſuam. Crede hoc meae fidei. Crede mihi. Tibi ego ut credam? Quid credas jam? aut cui credas? Credere alicui argentum. Credere alicui exercitum. Vin' me iſtuc tibi credere? Credere alicui verba. Eſt vero huic credendum?*

CREPO.

Sed quiſnam? foris *crepuit. Adelph.* II. 3. 11. Sed fores *crepuere* ab ea. *Eun.* V. 8. 5. Sed quid *crepuerunt* fores hinc a me? *Heaut.* I. 1. 121. Quid eſt, quod tam a nobis graviter *crepuerunt* fores? *Heaut.* III. 3. 52.

CRESCO.

Plagae *creſcunt. Phorm.* V. 2. 16. Date *creſcendi* copiam. *Heaut.* Prol. 28.

CRIMEN.

Si compererit *crimini* tua ſe falſo uxor credidiſſe. *Hec.* V. 2. 13. Hera in *crimen* veniet. *Hec.* III. 1. 55. Teque hoc *crimine* expedi. *Hec.* V. 1. 28. Atque ex *crimine* hoc Antiphonem eripiam. *Phorm.* II. 2. 8.

SYNTAXIS. *Venire in crimen. Expedire ſe crimine. Eripere quem ex crimine.*

Digitized by Google

Criminor.

Hanc metui, ne me *criminaretur* tibi. *Eun.* V. 2. 16.

Criſpus.

Magnus, rubicundus, *criſpus*, craſſus, caeſius. *Hec.* III. 4. 26.

Crito.

Quem video? eſtne hic *Crito* ſobrinus Chryſidis? *And.* IV. 5. 6. Andrium ego *Critonem* video? certe is eſt. *And.* V. 4. 3. *Paſſim alibi.*

Cruciatus.

Hanc jam oportet in *cruciatum* hinc abripi. *And.* IV. 4. 47. Quo lubet *cruciatu* per me exquire. *Hec.* V. 2. 7.

Crucio.

Chremes nimis graviter *cruciat* adoleſcentulum, nimiſque inhumane. *Heaut.* V. 5. 1. Quae nos ſemper omnibus *cruciant* modis. *Eun.* II. 3. 92. An cuiquam eſt uſus homini, ſe ut *cruciet*? *Heaut.* I. 1. 29. Ne *crucia* te, anime mi. *Eun.* I. 2. 15. *Crucior* miſer. *And.* V. 2. 10. *Crucior*, bolum tantum mihi ereptum tam ſubito e faucibus. *Heaut.* IV. 2. 6.

Syntaxis. *Cruciare quem nimis graviter, nimiſque inhumane. Omnibus modis. Cruciare ſe. Crucior miſer.*

Crux.

Quid meritus? *Da. Crucem. And.* III. 5. 15. In malam *crucem! Phorm.* II. 3. 21. Ni etiam nunc me hujus cauſa quaerere in malo jubeas *crucem*? *Phorm.* III. 3. 11. Illis *crucibus*, quae nos, noſtramque adoleſcentiam habent deſpicatam, nunc referam gratiam. *Eun.* II. 3. 91.

Syntaxis. *Mereri crucem. In malam crucem! Crucem quaerere in malo.*

Cteſipho.

O *Cteſipho! Ct.* O Syre! Aeſchinus ubi eſt? *Adelph.* II. 3. 7. Commiſſatorem haud ſane commodum, praeſertim *Cteſiphoni. Adelph.* V. 2. 9. *Cteſiphonem* video. laetus eſt de amica. *Adelph.* II. 2. 44.

Cubiculum.

Credebas, illam ſine tua opera in *cubiculum* iri deductum domum? *Adelph.* IV. 5. 60.

Cubo.

Equidem filium tum etiam, ſi nolit, cogas, ut cum illa una *cubet. Adelph.* V. 3. 65. Cum virgine una adoleſcens *cubuerit* plus potus. *Hec.* I. 2. 63.

Cudo.

Argentum *cudo*, quod tibi dem. *Heaut.* IV. 4. 18. Iſtaec in me *cudetur* faba. *Eun.* II. 3. 89.

Cujus, a, um.

Cedo, *cujum* puerum hic adpoſuiſti? *And.* IV. 4. 24. Quid? virgo, *cuja* eſt? *Eun.* II. 3. 29. Nunc qui ſcripſerit, & *cuja* Graeca ſit. *Heaut.* Prol. 8. Suamne eſſe ajebat? Cr. Non. *Ch. Cujam* igitur? *And.* V. 4. 29.

Culpa.

In te omnis haeret *culpa* ſola, Soſtrata. *Hec.* II. 1. 32. Noſtrane ea *culpa* eſt, an judicum? *Phorm.* II. 1. 45. Ibi *culpam* in te transferet. *And.* II. 3. 5. Ne poſt conferas *culpam* in me. *Eun.* II. 3. 97. Conſcia mihi ſum, a me *culpam* eſſe hanc procul. *Adelph.* III. 2. 50. Ego etiam illorum eſſe hanc *culpam* credidi, quae te eſt penes. *Hec.* IV. 1. 20. Ah! nullam de his rebus *culpam* commeruit tua. *Hec.* IV. 4. 9. Arbitrabitur commeruiſſe *culpam. Phorm.* I. 4. 29. Si eſt, patrue, *culpam* ut Antipho in ſe admiſerit. *Phorm.* II. 1. 40. Eſſe in hac re *culpam* meritam non nego. *Phorm.* V. 8. 25. Quidquid hujus factum eſt, *culpa* non factum eſt mea. *Eun.* V. 6. 10. Tua *culpa. Adelph.* II. 2. 6. Haec adeo mea *culpa* fateor fieri. *Adelph.* IV. 4. 19. Non mea opera, neque pol *culpa* evenit. *Hec.* II. 1. 31. Illius dices *culpa* factum. *Hec.* II. 1. 35. Matrem ex ea re me, aut uxorem in *culpa* inventurum arbitror. *Hec.* III. 1. 19. Neque mea *culpa* hoc diſcidium eveniſſe, id teſtor! *Hec.* III. 5. 26. Cenſen' te poſſe reperire ullam mulierem, quae careat *culpa*? *Hec.* IV. 4. 41. Nam is quidem in *culpa* non eſt. *Hec.* IV. 4. 78. Sua *culpa* ut ſciat lenem patrem illum factum me eſſe acerrimum. *Phorm.* II. 1. 31. Noſtrapte *culpa* facimus, ut malos expediat eſſe. *Phorm.* V. 2. 1. Minus queo viri *culpa*, quam me dignum eſt. *Phorm.* V. 3. 4.

Syntaxis. *Culpa haeret in te. Culpam transferre, conferre in aliquem. Culpa a me eſt procul. Culpa eſt penes te. Commerere culpam. Culpam in ſe admittere. Eſſe in culpa. Carere culpa.*

Culpo.

Quod qui reſcierint, *culpent. Eun.* II. 3. 95.

Cum.

Cum quibus erat cumque una. *And.* I. 1. 36. Qui *cum* ingeniis conflictatur ejuſmodi. *And.* I. 1. 66. Gnatam *cum* dote ſumma filio ut daret. *And.* I. 1. 74. Satis *cum* periclo. *And.* I. 1. 104. Quid *cum* illo conſilii captet. *And.* I. 1. 143. Abin' hinc in malam rem *cum* ſuſpicione iſthac, ſcelus. *And.* II. 1. 17. Num quidnam amplius tibi *cum* illa fuit, Charine? *And.* II. 1. 25. Quum iſtuc, quod poſtulo, impetro *cum* gratia. *And.* II. 5. 11. *Cum* aetate (amicitia) adcrevit ſimul. *And.* III. 3. 7. *Cum* eo injuriam hanc expoſtulem? *And.* IV. 1. 15. *Cum* patre altercaſti dudum. *And.* IV. 1. 29. *Cum* Davo egomet vidi jurgantem ancillam. *And.* V. 1. 19. *Cum* illa litigat. *And.* V. 2. 12. Tamen hanc habere ſtudeat *cum* ſummo probro? *And.* V. 3. 10. Habeat: valeat: vivat *cum* illa. *And.* V. 3. 18. Dignus es *cum* tua religione, odio. *And.* V. 4. 38. Date operam, & *cum* ſilentio animadvertite. *Eun.* Prol. 44. Quam ſi des operam, ut *cum* ratione inſanias. *Eun.* I. 1. 18. Egon' quidquam *cum* iſtis factis tibi reſpondeam? *Eun.* I. 2. 73. *Cum* milite iſto praeſens, abſens ut ſies. *Eun.* I. 2. 112. Me turpiter hodie hic dabo *cum* meo decrepito hoc Eunucho. *Eun.* II. 1. 25. Simul conſilium *cum* re amiſiſti? *Eun.* II. 2. 10. Quis eſt tam potens *cum* tanto munere hoc? *Eun.* II. 3. 61. Homo quatietur certe *cum* dono foras. *Eun.* II. 3. 66. Roget quis, quid tibi *cum* illa?

Digitized by Google

illa? *Eun.* III. 3. 5. Ecquis *cum* ea una? *Eun.* III. 3. 16. Ut veſtem *cum* eo mutem. *And.* III. 5. 24. Ibi illa *cum* illo ſermonem occipit. *Eun.* IV. 1. 8. Abi hinc, quo dignus, *cum* donis tuis tam lepidis. *Eun.* IV. 3. 9. Ciſtellam, Pythias, domo effer *cum* monumentis. *Eun.* IV. 6. 15. In medium huc agmen *cum* vecti, Donax. *Eun.* IV. 7. 4. Quid *cum* illo agas? *Eun.* IV. 7. 25. Quid *cum* illa rei tibi eſt? *Eun.* IV. 7. 34. Nolo me in via *cum* hac veſte videat. *Eun.* V. 2. 68. Quam ego *cum* una ancillula hic reliqui. *Heaut.* II. 3. 11. Aut haec *cum* illis ſunt habenda, aut illa *cum* his amittenda ſunt. *Heaut.* II. 3. 84. Vobis *cum* uno ſemel, ubi aetatem agere decretum eſt viro. *Heaut.* II. 4. 12. Quid *cum* illis agas? *Heaut.* IV. 1. 29. Eum (annulum) dico, ut una *cum* puella exponeret. *Heaut.* IV. 1. 38. Clitipho *cum* ſpe pendebit animi. *Heaut.* IV. 4. 5. Illanccine mulierem alere *cum* illa familia? *Heaut.* IV. 5. 3. Videre egiſſe jam neſcio quid *cum* ſene. *Heaut.* IV. 5. 11. Ut te quidem omnes Dii, Deaeque, quantum eſt, Syre, *cum* tuo iſtoc invento, *cum*que incepto perduint! *Heaut.* IV. 6. 7. Tu *cum* illa te intus oblecta interim. *Adelph.* II. 4. 20. Convortam me domum *cum* obſonio. *Adelph.* II. 4. 22. Una affuiſſe in raptione *cum* Aeſchino. *Adelph.* III. 3. 2. Hoc tu facito: *cum* animo cogites. *Adelph.* III. 4. 55. Quod *cum* ſalute ejus fiat. *Adelph.* IV. 1. 3. Qui *cum* illa conſuevit prius. *Adelph.* IV. 5. 32. Quid nobis *cum* illis? *Adelph.* IV 5. 44. Ut, Syre, te *cum* tua monſtratione magnus perdat Jupiter! *Adelph.* IV. 6. 1. Rus cras *cum* filio *cum* primo lucu ibo hinc. *Adelph.* V. 3. 54. & 55. Cogas, ut *cum* illa cubet. *Adelph.* V. 3. 65. Ne *cum* Poëta ſcriptura evaneſceret. *Hec.* Alt. Prol. 5. *Cum* puella anum ſuſcepiſſe inimicitias, non pudet? *Hec.* II. 1. 34. Ut reliquam vitam exigat *cum* eo viro. *Hec.* III. 5. 41. Advorſum animi tui lubidinem eſſet *cum* illo nupta? *Hec.* IV. 1. 59. Nam negabas nuptam poſſe filiam tuam te pati *cum* eo. *Hec.* IV. 1. 24. Denique minitemur, ſi *cum* illo habuerit rem poſtea. *Hec.* IV. 4. 96. Memini, ad me confugere, ſine comite, vini plenum, *cum* hoc anulo. *Hec.* V. 3. 26. Et ſi tibi res ſit *cum* eo lenone, *quocum* mihi eſt, tum ſentias. *Phorm.* I. 3. 19. Ni haec ita eſſent, *cum* illo haud ſtares. *Phorm.* II. 1. 39. Egon' illam *cum* illo ut patiar nuptam unum diem? *Phorm.* II. 1. 74. Ut *cum* uno aetatem degeret? *Phorm.* II. 3. 70. Si concordabis *cum* illa. *Phorm.* II. 3. 86. Multimodis *cum* iſthoc animo es vituperandus. *Phorm.* III. 1. 1. *Cum* illo ut mutet fidem. *Phorm.* III. 2. 27. Inter vos ſic haec potius *cum* bona ut componantur gratia, quam *cum* mala? *Phorm.* IV. 3. 16. & 17. Heja! ſudabis ſatis, ſi *cum* illo inceptas homine. *Phorm.* IV. 3. 24. Parce, ſodes; ut poſſis *cum* illa. *Phorm.* V. 3. 11. Gnatam inveni nuptam *cum* tuo filio. *Phorm.* V. 3. 34. *Cum* ejus conſuevit olim matre in Lemno. *Phorm.* V. 6. 33. I in malam rem hinc *cum* iſtac magnificentia. *Phorm.* V. 7. 37. Ut filius *cum* illa habitet apud te. *Phorm.* V. 7. 41. Ut, quid agam *cum* illo, neſciam. *Phorm.* V. 7. 87. *Paſſim alibi.*

MECUM.

Egomet continuo *mecum*: certe captus eſt! *And.* I. 1. 55. Nae iſte haud *mecum* ſentit. *And.* II. 1. 24. Inventum tibi curabo, & *mecum* adductum tuum Pamphilum. *And.* IV. 2. 1. Me te oblectes: *mecum* tota ſis. *Eun.* I. 2. 115. Id equidem adveniens *mecum* ſtomachabar modo. *Eun.* II. 3. 31. Ait, rem ſeriam velle agere *mecum*. *Eun.* III. 3. 8. Ipſa accumbere *mecum*. *Eun.* III. 3. 10. Dum haec *mecum* reputo. *Eun.* III. 5. 44. Coepi egomet *mecum*, aliam rem ex alia cogitare. *Eun.* IV. 2. 1. Occepi *mecum* cogitare. *Eun.* IV. 2. 8. Pergin', ſceleſta, *mecum* perplexe loqui? *Eun.* V. 1. 1. Quum egomet nunc *mecum* in animo vitam tuam conſidero. *Heaut.* II. 4. 5. Dum illum modo habeam *mecum*. *Heaut.* III. 1. 57. *Mecum* una ſimul. *Heaut.* V. 1. 34. Haec fratri *mecum* non conveniunt. *Adelph.* I. 1. 34. Quid tibi rei *mecum* eſt? *Adelph.* II. 1. 23. Fruſtra egomet *mecum* has rationes puto. *Adelph.* II. 1. 54. Teſtis *mecum* eſt annulus, quem amiſerat. *Adelph.* III. 2. 49. Sed quaeſo, ut una *mecum* ad matrem virginis eas *Adelph.* IV. 3. 7. Qui minus mihi idem jus aequom eſt eſſe, quod *mecum* eſt tibi? *Adelph.* V. 3. 15. Iſtam Pſaltriam una illuc *mecum* hinc abſtraham. *Adelph.* V. 3. 57. Phrygiam ut uxorem meam una *mecum* videam liberam. *Adelph.* V. 9. 16. Sed ut tacita *mecum* gaudeam. *Hec.* I. 2. 32. Ut colloqui *mecum* una poſſet. *Hec.* I. 2. 56. Ubi hoc cognoverit, non poſſe ſe *mecum* eſſe. *Hec.* I. 2. 81. Hanc habere orationem *mecum* inſtitit. *Hec.* III. 3. 21. Qui *mecum* una advectus eſt. *Hec.* III. 4. 19. Etiam *mecum* litigas! *Hec.* III. 5. 57. Si vellet, aut ſe eſſe *mecum* nuptam. *Hec.* IV. 4. 34. Dum licet, dumque adſum, loquimini *mecum*. *Phorm.* III. 3. 16. Id quidem agitans *mecum* ſedulo. *Phorm.* IV. 3. 10. Opportune adeo argentum *mecum* attuli. *Phorm.* IV. 3. 74. Redi *mecum* in memoriam. *Phorm.* V. 3. 19. Itane *mecum* agitis? *Phorm.* V. 7. 75.

NOBISCUM.

Ut *nobiſcum* eſſet hodie. *Heaut.* I. 2. 11. Et tu *nobiſcum* una, ſi opus ſit. *Adelph.* IV. 7. 35.

QUICUM. QUOCUM.

Quicum? *Do.* Cum Parmenone. *Eun.* IV. 4. 31. *Quicum* res tibi eſt, peregrinus eſt. *Eun.* IV. 6. 21. *Quicum* loquitur filius? *Heaut.* I. 2. 4. Is, *quicum* expoſita eſt gnata. *Heaut.* IV. 1. 2. Pſaltriam, ſi Dis placet, paravit, *quicum* vivat. *Adelph.* III. 4. 31. Ut habeas, *quicum* cantites. *Adelph.* IV. 7. 32. Etſi tibi res ſit cum eo lenone, *quocum* mihi eſt. *Phorm.* I. 3. 19. Offen-

di adveniens, *quicum* volebam collocatam filiam. *Phorm.* V. 1. 32. Ego cum illo, *quocum* tum uno rem habebam hoſpite, abii huc. *Eun.* I. 2. 39. Eſſem una, *quacum* cupiebam. *Eun.* III. 5. 26. *Quicum* tot conſueſſet annos. *Hec.* IV. 1. 40. Nos, *quibuſcum* eſt res, non ſinunt. *Heaut.* II. 4. 8.

SECUM.

Filium perduxere illuc, *ſecum* ut una eſſet. *And.* I. 1. 54. Etenim ipſus *ſecum* eam rem recta reputavit via. *And.* II. 6. 11. Ducit *ſecum* una virginem dono huic. *Eun.* II. 1. 23. Abducit *ſecum* ancillas. *Eun.* III. 5. 33. Quem *ſecum* adduxit Parmeno. *Eun.* IV. 4. 27. Militem *ſecum* ad te quantas copias adducere? *Eun.* IV. 6. 17. Ancillarum gregem ducunt *ſecum*. *Heaut.* II. 3. 5. Jam ancillas *ſecum* adduxit plus decem. *Heaut.* III. 1. 42. Hanc *ſecum* huc adduxit. *Heaut.* III. 3. 43. Quam Bacchis *ſecum* adduxit. *Heaut.* IV. 1. 41. Efferant quae *ſecum* huc adtulerunt. *Heaut.* IV. 4. 23. Ea gratia *ſecum* adduxiſſe, ne. *Heaut.* IV. 5. 21. Bene dicat *ſecum* eſſe actum. *Adelph.* II. 2. 2. Is venit, ut *ſecum* avehat. *Aeſ.* Hem! virginem ut *ſecum* avehat! *Adelph.* IV. 5. 19. & 20. Tum maxume meditari *ſecum* oportet. *Phorm.* II. 1. 12.

TECUM.

Cedo, quid jurgabit *tecum*? *And.* II. 3. 15. Quod nunc tute *tecum* iratus cogitas. *Eun.* I. 1. 19. Utinam eſſet mihi pars aequa amoris *tecum*. *Eun.* I. 2. 12. Poſtquam ſenſit me *tecum* quoque rem habere. *Eun.* I. 2. 57. Immo nullorum arbitror, ſi *tecum* vivit. *Eun.* III. 1. 20. Conſilium volo capere una *tecum*. *Eun.* III. 5. 66. Quid tute *tecum*? *Heaut.* I. 2. 26. Amica *tecum* ſine metu ut ſit, copia eſt. *Heaut.* II. 3. 87. Ecquid de illo, quod dudum *tecum* egi, egiſti? *Heaut.* III. 3. 34. Etiamne *tecum* res hic mihi eſt? *Heaut.* IV. 4. 20. Quaeſo facito haec *tecum* cogites. *Adelph.* V. 3. 22. Eo *tecum* una. *Hec.* II. 2. 31. Compone, quae *tecum* ſimul ferantur. *Hec.* IV. 3. 5. Egi, atque oravi *tecum*, uxorem ut duceres. *Hec.* IV. 4. 64. Adduxtin' *tecum* filiam? *Phorm.* IV. 1. 2. Una injuria eſt *tecum*. Altera eſt *tecum*. *Phorm.* V. 7. 91. Novi aeque omnia *tecum*. *Phorm.* V. 8. 44.

SYNTAXIS. *Eſſe cum aliis una. Gnata cum dote. Satis cum periculo. Cum gratia impetrare quid. Cum ſumme probro. Veſtem cum aliquo mutare. Abi quo dignus es, cum donis. Cum veſti venire in agmen. Cum ſpependere animi. Cum animo cogitare. Cum prima luce. Cum muliere cubare. Nupta eſt cum viro. Mecum ſtomachor. reputo. cogito. Mecum in animo conſidero. Mecum rationes puto. gaudeo. agito. Secum reputare rem. Meditari ſecum.*

CUM vel QUUM.

Poëta *quum* primum animum ad ſcribendum adpulit. *And.* Prol. 1. Qui, *cum* hunc accuſant, Naevium accuſant. *And.* Prol. 18. *Cum* id mihi placebat, tum. *And.* I. 1. 69. Prope adeſt, *quum* alieno more vivendum eſt mihi. *And.* I. 1. 125. Ut conſumat nunc, *cum* nihil obſint doli. *And.* I. 1. 133. Neutiquam officium liberi eſſe hominis puto, *cum* is nihil promereat. *And.* II. 1. 31. Ne in mora, *cum* opus ſit, fies. *And.* II. 5. 13. *Cum* intellexeras id conſilii capere, cur non dixti extemplo? *And.* III. 2. 37. Alium eſſe cenſes nunc me, atque olim, *quum* dabam? *And.* III. 3. 13. *Cum* in pariundo aliquot adfuerunt liberae. *And.* IV. 4. 32. *Cum*, ibi me adeſſe, neuter tum praeſenſerat. *And.* V. 1. 20. Olim iſtuc, olim, *cum* ita animum induxti tuum. *And.* V. 3. 12. Magiſtratus *cum* ibi adeſſet. *Eun.* Prol. 22. Ne nunc quidem, *cum* arceſſor ultro? *Eun.* I. 1. 2. Ubi pati non poteris, *cum* nemo expetet. *Eun.* I. 1. 7. Nihil *cum* eſt, nihil deſit tamen. *Eun.* II. 2. 12. Niſi nunc, *cum* minime vellem. *Eun.* II. 3. 41. *Cum* huc reſpicio ad virginem. *Eun.* II. 3. 50. Jam tum *cum* primum juſſit me ad ſe arceſſier. *Eun.* III. 3. 4. Quid habuiſſet, *cum* perit? *Eun.* III. 3. 16. Nunc eſt profecto, interfici *cum* perpeti me poſſum. *Eun.* III. 5. 3. *Cum* ipſum me noris, quam. *Eun.* III. 5. 18. Longe jam abieram, *cum* ſenſi. *Eun.* IV. 2. 6. Neque *cum* rogites, quid ſit, audet dicere. *Eun.* IV. 3. 17. Quia *cum* inde abeo, jam tum inceperat turba. *Eun.* IV. 4. 58. *Cum* tibi do iſtam virginem, dixtin'? *Eun.* IV. 7. 22. Praeſertim *cum* ſe ſervum fateatur tuum. *Eun.* V. 2. 24. Tum, *quum* gratum mihi eſſe potuit, nolui. *Heaut.* II. 3. 21. Ita res eſt haec nunc, quaſi *cum*. *Heaut.* II. 3. 77. *Cum* illi pericli nihil ex indicio fiet? *Heaut.* III. 1. 6. Nunc *cum* ſine intertrimento non poteſt haberi. *Heaut.* III. 1. 39. An dum hinc denuo abeat, *cum* tolerare hujus ſumtus non queat? *Heaut.* III. 2. 33. Ut *quum* narret ſenex voſter noſtro. *Heaut.* IV. 3. 33. Atqui *cum* maxume volo te dare operam, ut fiat. *Heaut.* IV. 5. 40. Si umquam fuit tempus, *quum* voluptati tibi fuerim. *Heaut.* V. 4. 1. Videre videor jam diem, *quum* hinc egens profugiet. *Adelph.* III. 3. 30. Nunc *cum* maxume operis aliquid facere credo. *Adelph.* IV. 1. 2. Nunc, *quum* non queo, aequo animo fero. ita vita eſt hominum, quaſi, *quum* ludas teſſeris. *Adelph.* IV. 7. 20. & 21. *Quum* primum eam agere coepi. *Hec.* Alt. Prol. 25. Bacchidem amabat, ut *cum* maxume, tum Pamphilus. *Hec.* I. 2. 40. Olim ſoli credidi, ea me abſtinuiſſe in principio, *cum* data eſt. *Hec.* III. 3. 51. *Cum* interea ſemper mortem exſpectabam. *Hec.* III. 4. 8. Eo pacto erit ingenio fides, *quum* illa aequa de me dixerit. *Hec.* III. 5. 25. Quod locuta es olim, *quum* illum generum cepimus. *Hec.* IV. 1. 22. Videre optabamus diem, *quum* ex te eſſet aliquis. *Hec.* IV. 4. 30. Nunc *quum* te eſſe praeter noſtram opinionem comperi. *Hec.* V. 1. 36. Quod ſi intelligeret,

quum

Digitized by Google

quom ſtetit olim nova. *Phorm.* Prol. 9. *Quum* mihi paveo, tum Autipho me excruciat animi. *Phorm.* I. 4. 10. Opus eſt nunc *cum* maxume ut ſis. *Phorm.* I. 4. 27. *Quum* ſecundae res ſunt maxume, tum maxume meditari ſecum oportet. *Phorm.* II. 1. 11. Alia *quum* occupatus eſſet ſollicitudine, tum eſſe. *Phorm.* III. 2. 17. Olim *quum* honeſte potuit, tum non eſt data. *Phorm.* V. 7. 19. *Paſſim alibi*

CUPADINARIUS.

Concurrunt laeti mi obviam *cupedinarii* omnes. *Eun.* II. 2. 25.

CUPIO.

Debeam, credo, iſti quidquam *furcifero*, ſi. *Eun.* V. 2. 23. Oh, tibi ego ut credam, *furcifer*? *And.* III. 5. 12. Ego non tangam meam? *Ch.* Tuam autem? *furcifer*! *Eun.* IV. 7. 28. Omitte de te dicere: ego te, *furcifer*, ſi vivo! *Eun.* V. 6. 19.

FURTUM.

Audin' tu? hic *furti* ſe adligat. *Eun.* IV. 7. 39. Non qui *furtum* facere ſtuduerit. *Eun.* Prol. 28. Pernoſcite, *furtumne* factum exiſtumetis, an. *Adelph.* Prol. 13. Quam hic fugam, aut *furtum* parat? *Phorm.* I. 4. 14.

FUTILIS.

Servon' fortunas meas me commiſiſſe *futili*? *And.* III. 5. 3.

G.

GALLINA.

G*Allina* cecinit: interdixit hariolus. *Phorm.* IV. 4. 28.

GANEO. GANEUM.

Dicam: gerro, iners, fraus, helluo, *ganeo*, damnoſus! *Heaut.* V. 4. 11. Credo abductum in *ganeum* aliquo. *Adelph.* III. 3. 5.

Digitized by Google

Gannio.

Quid ille *gannit?* quid volt? *Adelph.* IV. 2. 17.

Garrio.

Garris. Eun. II. 3. 86. *Heaut.* III. 2. 25. IV. 6. 19. *Phorm.* I. 4. 33. *Garri* modo. *Phorm.* III. 2. 11.

Garrulus, a, um.

Me reprehendi, ne quid de fratre *garrulae* illi dicerem. *Adelph.* IV. 4. 14.

Gaudeo.

Haud muto factum. *So. Gaudeo. And.* I. 1. 13. Jam id *gaudeo. And.* II. 2. 25. Nae iſtam multimodis tuam inveniri *gaudeo. And.* V. 4. 36. Salvum te advenire, *gaudeo. Eun.* V. 6. 6. Niſi quia neceſſe fuit hoc facere, id *gaudeo. Eun.* V. 6. 28. Meo fratri *gaudeo* amorem eſſe omnem in tranquillo. *Eun.* V. 9. 8. *Gaudeo. Ch.* Satis credo. *Eun.* V. 9. 21. Salvum adveniſſe *gaudeo. Heaut.* II. 4. 27. Quid faciam, Syre mi? *gaudeo. Heaut.* IV. 3. 14. Nae me iſtuc ex te prius audiviſſe *gaudeo. Heaut.* IV. 6. 12. Quam *gaudeo*, ubi! *Adelph.* III. 3. 90. *Gaudeo. Adelph.* V. 8. 34. *Gaudeo. Aeſ.* Et ego. *Sy.* Credo. *Adelph.* V. 9. 15. *Gaudeo* gnati cauſa. *Hec.* II. 1. 36. *Gaudeo* veniſſe ſalvom. *Hec.* III. 2. 18. Bene nuncias: & *gaudeo. Hec.* IV. 4. 20. Salvom te adveniſſe *gaudeo. Phorm.* II. 1. 56. *Gaudeo*, tantam fortunam eſſe his datam. *Phorm.* V. 6. 43. Salvum te advenire, Demea, *gaudemus!* *Adelph.* I. 1. 56. *Gaudebam. And.* I. 1. 33. I. 1. 62. *Adelph.* I. 2. 73. Impendio magis animus *gaudebat* mihi. *Eun.* III. 5. 39. *Gaudebat:* me laudabat. *Phorm.* IV. 2. 5. Vah! fruſtra ſum igitur *gaviſus* miſer. *Heaut.* IV. 8. 17. Crede mihi, *gaudebis* facto. *Phorm.* III. 2. 9. Sed ut tacita mecum *gaudeam. Hec.* I. 2. 32. Vin' hodie facere, quod ego *gaudeam*, & tuo viro oculi doleant? *Phorm.* V. 8. 63. Abs quivis homine beneficium accipere *gaudeas. Adelph.* II. 3. 1. Jam hoc aliud eſt quod *gaudeamus. Eun.* V. 9. 11. Tauta vecordia innata cuiquam ut ſiet, ut malis *gaudeant? And.* IV. 1. 3. Omnes nos *gaudere* hoc, Chreme, te credo, credere. *And.* V. 4. 43. *Gaudere* adeo coepit, quaſi qui cupiunt nuptias. *Heaut.* V. 1. 12. Hunc ſcio mea ſolide ſolum *gaviſurum* gaudia. *And.* V. 5. 8.

Syntaxis. *Tacitus mecum gaudeo. Fruſtra gaudere. Gaudere malis alterius. Gaudere aliquid. Gaudere facto. Solide gaudere gaudia alterius.*

Gaudium.

Nonne tibi eſſe viſum ſolidum eſt *gaudium? And.* IV. 1. 23. Utinam hoc perpetuum fiat *gaudium! Adelph.* V. 9. 15. Quid illud *gaudii* eſt? *And.* V. 5. 7. Si nulla aegritudo huic *gaudio* interceſſerit. *And.* V. 5. 5. Jamne erumpere hoc licet mihi *gaudium?* Ne hoc *gaudium* contaminet vita aegritudine aliqua. *Eun.* III. 5. 2. & 4. Celem tam inſperatum *gaudium*, cum? *Heaut.* III. 1. 5. Id voluit, nos ſic nec opinantes duci falſo *gaudio. And.* I. 2. 9. Ut expleam animum *gaudio. And.* II. 2. 2. Animus commotus eſt metu, ſpe, *gaudio. And.* V. 4. 33. Prae *gaudio*, ubi ſim, neſcio. *Heaut.* II. 3. 67. *Gaudio* ſumus praepediti nimio, aut aegritudine? *Heaut.* III. 1. 99. Oh! lacrumo *gaudio. Adelph.* III. 3. 55. Homini illico lacrumae cadunt, quaſi puero, *gaudio. Adelph.* IV. 1. 21. Ne me in breve conjicias tempus, *gaudio* hoc falſo frui. *Hec.* V. 4. 2. Satin' eſt, ſi te delibutum *gaudio* reddo? *Phorm.* V. 6. 16. Itaque pene hercle exclamavi *gaudio. Phorm.* V. 6. 30. Hunc ſcio mea ſolide ſolum gaviſurum *gaudia. And.* V. 5. 8. Miſeriam omnem ego capio: hic potitur *gaudia. Adelph.* V. 4. 22. Haec tot propter me *gaudia* illi contigiſſe laetor. *Hec.* V. 3. 35. Scin', me in quibus ſim *gaudiis? Eun* V. 9. 5.

Syntaxis. *Gaudium ſolidum. perpetuum. inſperatum. Aegritudo intercedit gaudio. Erumpere gaudium. Gaudium contaminatur aegritudine. Duci falſo gaudio. Animus commotus eſt gaudio. Neſcio, ubi ſim, prae gaudio. Nimio gaudio praepediri. Gaudio lacrumare. Lacrumae mihi cadunt gaudio. Frui falſo gaudio. Reddere aliquem delibutum gaudio. Potiri gaudia. Eſſe in gaudiis.*

Gemino.

Geminabit (colaphos,) niſi caves. *Adelph.* II. 1. 19.

Geminus, a, um.

Ex unis *geminas* mihi conficies nuptias. *And.* IV. 1. 51.

Gemitus.

Gemitus, ſcreatus, tuſſis, riſus, abſtine. *Heaut.* II. 3. 132.

Gemo.

Continuo adcurrit ad me, incurvus, tremulus, labiis demiſſis, *gemens. Eun.* II. 3. 44.

Gener.

Immo & *gener*, & adfines placent. *Heaut.* V. 1. 63. Tibi *generum* firmum, & filiae invenies virum. *And.* III. 3. 30. Dic, *generum* placere. *Heaut.* IV. 8. 25. Quum illum *generum* cepimus. *Hec.* IV. 1. 22.

Genius.

Quod ille unciatim, ſuum defraudans *genium*, comparſit miſer. *Phorm.* I. 1. 10.

Gens.

Illa exclamat, minime *gentium. Eun.* IV. 1. 11. Immo abeat multo malo, quovis *gentium. Heaut.* V. 1. 55. Ah! minime *gentium:* non faciam *Adelph.* III. 2. 44. Fratrem nuſquam invenio *gentium. Adelph.* IV. 2. 1. Ubivis *gentium* agere aetatem, quam? *Hec.* III. 1. 4. An quiſquam uſquam *gentium* eſt aeque miſer? *Hec.* III. 1. 13. Meriton' hoc meo videtur factum? *De.* Minime *gentium. Phorm.* V. 8. 44.

Genu.

Jam ut limen exirem, ad *genua* accidit, lacrumans miſera. *Hec.* III. 3. 18.

Genus.

Immo id eſt *genus* hominum peſſimum. *And.* IV. 1. 5. Eſt *genus* hominum, qui. *Eun.* II. 2. 17. Quod hoc *genus* eſt? *Hec.* II. 1. 1. Ubi etiam hujus *generis* reliquias reſtare video! *Adelph.*

Adelph. III. 3. 90. Olim iſti fuit *generi* quondam quaeſtus apud ſeclum prius. *Eun.* II. 2. 15. Quin habeat, amicos, *genus*, cognatos, *Heaut.* I. 2. 20. Quod ad illum attinet; talem, tali *genere*, natum ex tanta familia. *Adelph.* III. 1. 10. Haec te admittere indigna *genere* noſtro! *Adelph.* III. 3. 55. Hic meus amicus illi *genere* eſt proxumus. *Adelph.* IV. 5. 17. Lex eſt, ut orbae, qui ſunt *genere* proxumi, eis nubant. *Phorm.* I. 2. 75. O ſcelera! o *genera* ſacrilega! *Adelph* III. 2. 6.

GERMANUS.

Nunc tu mihi es *germanus* pariter corpore & animo. *Adelph.* V. 8. 34. Si te in *germani* fratris dilexi loco. *And.* I. 5. 57. O mi *germane!* *Adelph.* II. 4. 5.

GERO.

Quid rei *gerit*? *Ge.* Sic, tenuiter. *Phorm.* I. 2. 95. Pueri inter ſe quam pro levibus noxiis iras *gerunt*! quapropter? quia enim, qui eos gubernat animus, infirmum *gerunt*. *Hec.* III. 1. 30. & 31. Ut homo eſt, ita morem *geras*. *Adelph.* III. 3. 77. Reviſo, quidnam Chaerea hic rerum *gerat*. *Eun.* V. 4. 1. Si frater, aut ſodalis eſſet, qui magis morem *gereret*? *Adelph.* IV. 5. 74. Animo morem *geſſero*. *And.* IV. 1. 17. Illis morem *geſſero*. *Hec.* IV. 2. 23. Ut ſtultiſſime quidem illi rem *geſſerimus*. *Phorm.* V. 2. 7. Sine me in hac re *gerere* mihi morem. *Heaut.* V. 1. 74. Atque, ut res *geſta* eſt, narrabo ordine. *Adelph.* III. 5. 3. Non me hanc rem patri, ut ut erat *geſta*, indicaſſe? *Adelph.* IV. 4. 20. Omnem rem ſcio, ut ſit *geſta*. *Hec.* III. 5. 18. Adoleſcenti morem *geſtum* oportuit. *Adelph.* II. 2. 6. Quaſi re bene *geſta*. *Adelph.* V. 1. 13. Mos *gerundus* eſt Thaidi. *Eun.* I. 2. 108.

SYNTAXIS. *Quid rei gerit? Iras gerere. Gerere infirmum animum. Morem gerere alicui. ſibi. Quid rerum gerit? Res eſt geſta. Re bene geſta.*

GERRO.

Ego dicam: *gerro*, iners, fraus, heluo, ganeo! *Heaut.* V. 4. 10.

GESTIO.

Ipſum *geſtio* dari mihi in conſpectum. *Phorm.* II. 1. 30. Chaerea, quid eſt, quod ſic *geſtis*? *Eun.* III. 5. 10. Quid *geſtiam*, aut quid laetus ſim. *Eun.* III. 5. 7. Rex te ergo in oculis. *Th.* Scilicet. *Gn.* *Geſtire*. *Eun.* III. 1. 12.

GESTO.

Quem ego modo puerum tantillum in manibus *geſtavi* meis? *Adelph.* IV. 2. 24. Hiccine non *geſtandus* in ſinu eſt? *Adelph.* IV. 5. 75.

GESTUS.

Nunc *geſtus* mihi, voltuſque eſt capiundus novus. *Phorm.* V. 6. 50.

GETA.

Geta autem hic non adeſt. *Adelph.* III. 1. 4 Quidnam eſt, quod ſic video timidum, & properantem *Getam*? *Adelph.* III. 2. 7. Revocemus. *Geta!* *Adelph.* III. 2. 22. *Paſſim alibi.*

GLADIATOR. GLADIATORIUS.

Quum rumor venit, datum iri *gladiatores*. *Hec.* Alt. Prol. 32. Hi *gladiatorio* animo ad me adfectant viam. *Phorm.* V. 7. 71.

GLADIUS.

Suo ſibi hunc *gladio* jugulo. *Adelph.* V. 8. 35.

GLORIA.

Pugilum *gloria*. *Hec.* Alt. Prol. 25. Labore alieno magnam partam *gloriam* in ſe tranſmovet. *Eun.* III. 1. 9. Ibi ſimul rem, & belli *gloriam* armis repperi. *Heaut.* I. 1. 60. *Gloriam* tu iſtam obtine. *Adelph.* V. 3. 28. Scit ſibi nobilitatem ex eo, & rem natam, & *gloriam* eſſe. *Hec.* V. 2. 31.

GLORIOR.

Vah! *gloriare* eveniſſe ex ſententia? *Heaut.* IV. 5. 17.

GLORIOSUS, A, UM.

In ea eſt paraſitus Colax, & miles *glorioſus*. *Eun.* Prol. 31. Qui magis licet, facere paraſitum edacem, *glorioſum* militem? *Eun.* Prol. 38.

GLYCERIUM.

Mea *Glycerium* ſuos parentes repperit. *And.* V. 6. 5. Irae ſunt inter *Glycerium* & gnatum. *And.* III. 3. 20. Mea *Glycerium*, inquit, quid agis? *And.* I. 1. 107. Itane obſtinate operam dat, ut me a *Glycerio* miſerum abſtrahat? *And.* I. 5. 8. *Alibi paſſim.*

GNATA.

Is (annulus) quicum expoſita eſt *gnata*. *Heaut.* IV. 1. 2. Tace, obſecro, mea *gnata*. *Hec.* III. 1. 38. Quum compreſſa eſt *gnata*. *Hec.* IV. 1. 57. Vivit *gnata*. *Phorm.* V. 1. 22. Quae opus fuere ad nuptias *gnatae*. *And.* IV. 4. 2. *Gnatae* vita in dubium veniet. *Adelph.* III. 2. 42. Qod me oravit Myrrhina, ſuae *gnatae* partum. *Hec.* III. 4. 32. Non ducerem virum ſatis firmum *gnatae*. *Hec.* IV. 1. 41. Cognoſſe anulum illum Myrrhinam *gnatae* ſuae fuiſſe. *Hec.* V. 3. 14. Meae nutricem *gnatae* video. *Phorm.* V. 1. 9. Unicam *gnatam* ſuam filio uxorem ut daret. *And.* I. 1. 73. Qui denegarat ſe commiſſurum mihi *gnatam* ſuam uxorem. *And.* I. 5. 7. Haud dubium eſt, quin Chremes tibi non det *gnatam*. *And.* II. 3. 18. Per te Deos oro, perque unicam *gnatam* tuam. *And.* III. 3. 8. *Gnatam* ut det oro. *And.* III. 4. 13. Suam *gnatam* non dabit. *And.* IV. 4. 35. Tuam eſſe inventam *gnatam*. *Heaut.* V. 1. 7. Deſpondit ei *gnatam* hujus vicini proximi. *Hec.* I. 2. 49. *Gnatam* inveni nuptam cum tuo filio. *Phorm.* V. 3. 34.

GNATHO. GNATHONICUS.

Hic quidem eſt paraſitus *Gnatho* militis. *Eun.* II. 1. 22. Plurima ſalute ſummum ſuum impertit *Gnatho*. *Eun.* II. 2. 40. Quid tu ais, *Gnatho*? *Eun.* III. 2. 21. *Alibi.* Paraſiti item ut *Gnathonici* vocentur. *Eun.* II. 2. 33.

GNATUS.

Quod mihi pollicitus eſt ipſus *gnatus*. *And.* III. 2. 47. & 50. Ubinam eſt, quaeſo? *Ch.* Apud me domi. *Me.* Meus *gnatus!* *Heaut.* III. 1. 22. *Gnatus* ejus profugit inopia. *Heaut.* III. 2. 17. Huic jam manſiſſet unicus

gnatus

Digitized by Google

gnatus domi. *Heaut.* III. 2. 29. *Gnatus* quod ſe adſimulat laetum, id dicis? *Heaut.* V. 1. 15. Quando nec *gnatus*, neque hic mihi quidquam obtemperant. *Hec.* III. 5. 62. Sin autem eſt ob eam rem iratus *gnatus*. *Hec.* V. 2. 14. Tuus eſt damnatus *gnatus*, non tu. *Phorm.* II. 3. 75. Quanta me cura & ſollicitudine adficit *gnatus*! *Phorm.* II. 4. 2. Eo pacto *gnati* vitam cognoſces. *And.* I. 1. 22. O Chreme, pietatem *gnati*! *And.* V. 2. 28. Ne eſſe amicam hanc *gnati* reſciſcat ſenex. *Heaut.* IV. 2. 3. Iſtam eſſe amicam *gnati*, non credat tamen. *Heaut.* IV. 3. 34. Hilarum ac lubentem fac te in *gnati* nuptiis. *Adelph.* IV. 7. 38. Gaudeo *gnati* cauſa. *Hec.* II. 1. 36. Quam ut obſequatur *gnato*. *And.* I. 1. 136. Orabo *gnato* uxorem. *And.* III. 2. 48. Qui ajebant, hodie filiam meam nubere tuo *gnato*. *And.* III. 3. 3. Ejus labore, atque ejus dolore, *gnato* ut medicarer tuo. *And.* V. 1. 12. Decrevi me minus injuriae meo *gnato* facere, dum. *Heaut.* I. 1. 96. Niſi caves, tu homo, aliquid *gnato* conficies mali. *Heaut.* V. 3. 1. Eas (minas) dedi tuo *gnato*. *Phorm.* V. 8. 50. Qui *gnatum* haberem tali ingenio praeditum. *And.* I. 1. 71. Non tu ibi (objurgaſti) *gnatum*? *And.* I. 1. 122. Meum *gnatum* rumor eſt amare. *And.* I. 2. 14. Per te Deos oro, perque gnatam tuam, & *gnatum* meum. *And.* III. 3. 8. Irae ſunt inter Glycerium & *gnatum*. *And.* III. 3. 20. Corrigere mihi *gnatum* porro enitere. *And.* III. 4. 17. *Gnatum* unicum hinc ejeci miſerum injuſtitia mea. *Heaut.* I. 1. 79. An laudi putat fore, ſi perdiderit *gnatum*? *Adelph.* III. 3. 29. Prodidiſti & te, & *gnatum*. *Adelph.* IV. 5. 58. Quin *gnatum* velit ducere uxorem. *Hec.* II. 1. 43. Nolo falſa fama eſſe *gnatum* ſuſpectum. *Hec.* V. 1. 31. *Gnatum* ei reſtituo, qui pene periit. *Hec.* V. 3. 20. Neque reſpondeo, prius quam *gnatum* video. *Phorm.* V. 8. 56. *Gnate*, quum te intelligo reſipiſſe. *Heaut.* IV. 8. 2. Obſecro, mi *gnate*, ne iſtuc in animum inducas tuum. *Heaut.* V. 4. 5. *Gnate* mi, ego pol tibi dabo illam lepidam. *Heaut.* V. 5. 16. Nunc laudo te, *gnate*. *Heaut.* V. 5. 21. O mi *gnate*! *Hec.* III. 2. 17. Salve, mi pater. *La. Gnate* mi, ſalve. *Hec.* III. 5. 6. Non clam me eſt, *gnate* mi, tibi me eſſe ſuſpectam. *Hec.* IV. 2. 1. Mi *gnate*, da veniam hanc mihi. Nam haec res non minus me male habet, quam te, *gnate* mi. *Hec.* IV. 2. 29. & 30. Modo introii cum tuo *gnato* una. *And.* V. 2. 10. Num quidnam de *gnato* meo audiſti? *Heaut.* III. 1. 20.

Gracilis.

Quas matres ſtudent, demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, ut *graciles* ſicut. *Eun.* II. 3. 22.

Gradus.

Ad fores ſuſpenſo *gradu* placide ire pertexi. *Phorm.* V. 6. 27.

Graecus, a, um.

Epidicazomenon quam vocant Comoediam *Graeci*. *Phorm.* Prol. 27. Eas ſe non negat perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum ſuam ex *Graeca*. *Eun.* Prol. 33. Ex integra *Graeca* integram Comoediam hodie ſum acturus. *Heaut.* Prol. 4. Cuja *Graeca* ſit, id dicerem. *Heaut.* Prol. 8. In *Graeca* adoleſcens eſt. *Adelph.* Prol. 8. Multas contaminaſſe *Graecas*. *Heaut.* Prol. 17. Ex *Graecis* bonis Latinas fecit non bonas. *Eun.* Prol. 8.

Grandis.

An ſedere oportuit domi virginem tam *grandem*, dum? *Adelph.* IV. 5. 39. Dicam tibi impingam *grandem*. *Phorm.* II. 3. 92. Proba & modeſta. *Mi.* Ajunt. *De.* Natu *grandior*. *Adelph.* V. 8. 7. Quippe homo jam *grandior*, pauper. *Phorm.* II. 3. 15.

Grandiusculus, a, um.

Fere *grandiuſcula* (virgo) jam profecta eſt illinc. *And.* IV. 5. 19.

Gratia.

Et habetur, & refertur a me *gratia*. *Eun.* IV. 6. 12. Eſt Dis *gratia*. *Adelph.* I. 2. 41. & 58. Neque alio pacto componi poteſt inter eas *gratia*. *Hec.* III. 5. 29. Eſt magna, ecaſtor, *gratia* de iſtac re, quam tibi habeam. *Hec.* V. 1. 14. Si quis quid reddit, magna habenda eſt *gratia*. *Phorm.* I. 2. 6. Non poteſt ſatis pro merito referri *gratia*. *Phorm.* II. 2. 23. Cum is nihil promereat, poſtulare id *gratiae* adponi ſibi. *And.* II. 1. 31. Haud ſcio, an uxorem ducat; ac Syro nihil *gratiae*. *Heaut.* V. 2. 46. Id gratum fuiſſe adverſum te, habeo *gratiam*. *And.* I. 1. 85. Jamdudum res reduxit me ipſa in *gratiam*. *And.* V. 4. 45. Nunc referam *gratiam*, atque eas itidem fallam, ut? *Eun.* II. 3. 93. Adibo, atque ab eo *gratiam* hanc inibo. *Eun.* III. 5. 9. Inveniam pol hodie, parem ubi referam *gratiam*. *Eun.* IV. 4. 52. Spero aeternam inter nos *gratiam* fore. *Eun.* V. 2. 33. Qui referam illi ſacrilego *gratiam*? *Eun.* V. 3. 2. Bene feciſti: *gratiam* habeo maxumam. *Eun.* V. 9. 61. Cave, ne falſam *gratiam* ſtudeas inire. *Heaut.* II. 3. 61. *Gratiam* habeo. *Adelph.* V. 5. 6. Ego lepidus ineo *gratiam*. *Adelph.* V. 7. 16. Omnibus *gratiam* habeo: & ſeorſum tibi. *Adelph.* V. 9. 14. Iram expedies: rurſum in *gratiam* reſtitues. *Hec.* III. 1. 11. Dis *gratiam* habeo. *Hec.* III. 2. 11. Sine labore hanc *gratiam*, te, ut ſibi des pro illa, nunc rogat. *Hec.* III. 3. 30. Nunc tibi me certum eſt contra *gratiam* referre. *Hec.* IV. 2. 7. Evenit: habeo *gratiam* Dis. *Hec.* IV. 4. 31. Ut *gratiam* ineat ſine ſuo diſpendio. *Hec.* V. 2. 29. Referetque *gratiam* ei. *Hec.* V. 2. 32. Amo te, & non neglexiſſe, habeo *gratiam*. *Phorm.* I. 2. 4. Nemo ſatis pro merito *gratiam* regi refert. *Phorm.* II. 2. 24. Ego redigam vos in *gratiam*. *Phorm.* V. 7. 73. Redeat ſane in *gratiam*. *Phorm.* V. 8. 42. Cum illuc, quod poſtulo, impetro cum *gratia*. *And.* II. 5. 11. Credit, ea me huc reſtitiſſe *gratia*. *And.* II. 6. 2. Sed ea *gratia* ſimulavi, vos ut pertentarem. *And.* III. 4. 8. Nuptia-

tum

Digitized by Google

rum *gratia* haec ſunt ficta. *And.* V. 1. 17. Sed huc qua *gratia* te arceſſi juſſi, auſculta. *Enn.* I. 2. 19. Ego excludor: ille recipitur: qua *gratia*? *Eun.* I. 2. 79. Ea *gratia* ſecum adduxiſſe. *Heaut.* IV. 5. 20. Credo ea *gratia* concordes magis fore. *Hec.* IV. 3. 11. Numquam animum quaeſti *gratia* ad malas adducam partes. *Hec.* V. 3. 38. Inter vos ſic haec potius cum bona ut componantur *gratia*, quam cum mala? *Phorm.* IV. 3. 17. Dis pol habeo *gratias*. *And.* IV. 4. 31. Magnas vero agere *gratias* Thais mihi? *Eun.* III. 1. 1. Mihi, qui id dediſſem conſilium, egit *gratias*. *Adelph.* III. 3. 14. Id quia non eſt a me factum, agis *gratias*? *Adelph.* IV. 3. 5. Dis *gratias* agebat, tempus ſibi dari. *Phorm.* IV. 2. 6. Dis magnas merito *gratias* habeo, atque ago. *Phorm.* V. 7. 1. Aliquo abjicienda eſt; ſi non pretio, at *gratiis*. *Adelph.* IV. 7. 26. Ut phaleratis dictis ducas me, & meam ductes *gratiis*? *Phorm.* III. 2. 15.

Syntaxis. *Habere & referre gratiam. Eſt Dis gratia. Gratiam componere inter litigantes. Adponere alicui quid gratiae. Tibi nihil erit gratiae. Reduci in gratiam. Gratiam inire ab aliquo. Parem gratiam alicui referre. Rurſum reſtituere aliquem in gratiam. Dare alteri gratiam pro gratia. Contra referre alteri gratiam. Redigere duos in gratiam. Redire in gratiam. Impetrare quid cum gratia. Qua gratia id factum? Cum bona gratia vel mala facere quid. Magnas gratias agere alicui. Gratiis facere quid.*

Gratulor.

Salutant: ad coenam vocant: adventum *gratulantur*. *Eun.* II. 2. 28. Ohe! jam deſine Deos, uxor, *gratulando* obtundere. *Heaut.* V. 1. 6.

Gratus, a, um.

Memorem me dices eſſe, & *gratum*. *Adelph.* II. 2. 43. Id *gratum* fuiſſe advorſum te, habeo gratiam. *And.* I. 1. 15. Quam hoc munus *gratum* Thaidi arbitrare eſſe? *Eun.* II. 2. 44. Te turba evolves, & illi *gratum* feceris. *Eun.* IV. 4. 56. Tum, quum *gratum* mihi eſſe potuit, nolui. *Heaut.* II. 3. 21. Ne id adſentandi magis, quam quo habeam *gratum*, facere exiſtumes. *Adelph.* II. 4. 6. Eſt iſtuc datum profecto, ut *grata* mihi ſint, quae facio, omnia. *Eun.* III. 1. 6. Cuique erant *grata* omnia, protruſiſti hinc. *Heaut.* III. 1. 36. Eademque ut eſſet apud te ob hoc quam *gratiſſima*. *Heaut.* II. 3. 127.

Syntaxis. *Id gratum eſt advorſum me. Facere alicui gratum. Habere quid gratum. Grata mihi ſunt, quae facio, omnia.*

Gravidus, a, um.

Haec Andria *gravida* e Pamphilo eſt. *And.* I. 3. 11. Virgo ex eo compreſſu *gravida* facta eſt. *Adelph.* III. 4. 29. Haec ſe e Pamphilo *gravidam* dixit eſſe. *And.* III. 2. 33. Meminiſtin' me eſſe *gravidam*? *Heaut.* IV. 1. 13. Parturire eam, neque *gravidam* eſſe ex te, ſolus conſcius. *Hec.* III. 3. 32.

Gravis, e.

Hui, tam *graves* (raſtros) hos, quaeſo? *Heaut.* I. 1. 40. Paupertatem una pertulimus *gravem*. *Adelph.* III. 4. 50. Numquam tam *graves* ob hanc inimicitias caperem in noſtram familiam. *Phorm.* II. 3. 22. At iſtuc periculum in filia fieri, *grave* eſt. *And.* III. 3. 34. Uſque illud viſum eſt Pamphilo neutiquam *grave*, donec. *Hec.* I. 2. 50. Paupertas mihi onus viſum eſt, & miſerum, & *grave*. *Phorm.* I. 2. 44. Haec dum incipias, *gravia* ſunt: ubi cognoris, facilia. *Heaut.* V. 5. 14. Quanto tuus eſt animus natu *gravior*, ignoſcentior. *Heaut.* IV. 1. 32. Quaſi quidquam in hunc jam *gravius* dici poſſiet. *And.* V. 3. 3. Scio, tibi eſſe hoc *gravius* multo, ac durius, cui fit. *Heaut.* V. 2. 4. Errat longe, qui imperium credat *gravius* eſſe, aut ſtabilius, vi quod fit. *Adelph.* I. 1. 41. Quid faceres, ſi aliud *gravius* tibi nunc faciundum foret? *Phorm.* I. 4. 30. Mane; nondum audiſti, Demea, quod eſt *graviſſimum*. *Adelph.* III. 4. 22.

Syntaxis. *Gravem paupertatem perferre. Graves inimicitias capere in ſe. Id mihi grave videtur. Paupertas eſt grave onus. Animus natu gravior. Imperium gravius. Id eſt graviſſimum.*

Graviter. Gravius.

Omnes qui amant, *graviter* ſibi dari uxorem ferunt. *And.* I. 2. 20. Adoleſcentulus ſaepe eadem, & *graviter* audiendo, victus eſt. *Heaut.* I. 1. 62. Advertunt *graviter*, quae non cenſeas. *Heaut.* III. 3. 9. Quid eſt, quod tam a nobis *graviter* crepuerunt fores? *Heaut.* III. 3. 52. Nimis *graviter* cruciat adoleſcentulum, nimiſque inhumane. *Heaut.* V. 5. 1. Quiſnam a me pepulit tam *graviter* fores? *Adelph.* V. 3. 2. Neque adeo clam me eſt, quam eſſe eum *graviter* laturum credam. *Hec.* II. 2. 19. Etſi amor me *graviter*, conſuetudoque ejus tenet. *Hec.* III. 3. 44. Tibi quoque aedepol iratus ſum, Philumena, *graviter* quidem. *Hec.* IV. 4. 2. Me miſeram! vereor ne illud *gravius* Phaedria tulerit. *Eun.* I. 2. 1. Nolo in illum *gravius* dicere. *Adelph.* I. 2. 60. Oremus: accuſemus *gravius*: denique minitemur. *Hec.* IV. 4. 95.

Syntaxis. *Graviter ferre rem. Graviter audire quid. Fores graviter crepant. Graviter advertere quid. Nimis graviter cruciare aliquem. Graviter pellere fores. Amor me graviter tenet. Graviter iraſci alicui. Gravius dicere in aliquem. Gravius accuſare aliquem.*

Gravor.

Da veniam. *Aeſ.* Ne *gravare*. *De.* Fac, promitte. *Adelph.* V. 8. 19.

Gremium.

Jovem quo pacto Danaae miſiſſe ajunt quondam in *gremium* imbrem aureum. *Eun.* III. 5. 37. Qui ſe in ſui *gremio* poſiturum puerum dicebat patris. *Adelph.* III. 2. 35.

Grex.

Quum per tumultum noſter *grex* motus loco eſt. *Phorm.*

Digitized by Google

Prol. 33. Unum hoc vos oro, ut me in veſtrum *gregem* recipiatis. *Eun.* V. 9. 54. Sin lenis eſt, ad alium deſertur *gregem. Heaut.* Prol. 45. Ancillarum *gregem* ducunt ſecum. *Heaut.* II. 3. 4. Hetele hic de *grege* illo eſt. *Adelph* III. 3. 8.

GUBERNATRIX.

An Fortunam collaudem, quae *gubernatrix* fuit? *Eun.* V. 9. 16.

GUBERNO.

Qui eos *gubernat* animus, infirmum gerunt. *Hec.* III. 1. 31.

GYNAECEUM.

Ubi in *gynaeceum* ire occipio, puer ad me adcurrit Mida. *Phorm.* V. 6. 23.

H.

HA.

HA! ha! he! *And.* IV. 4. 15. *Eun.* III. 1. 36. III. 2. 44. *Heaut.* V. 1. 13. *Hec.* V. 4. 22. *Phorm.* II. 3. 64.

HABEO.

In memoria *habeo. And.* I. 1. 13. Id gratum fuiſſe advorſum te, *habeo* gratiam. *And.* I. 1. 15. Neque pol conſilii locum *habeo*, neque auxilii copiam. *And.* II. 1. 20. Sat *habeo. And.* II. 1. 35. Quid agam, *habeo. And.* III. 2. 18. Propemodum *habeo* tibi jam fidem. *And.* III. 4. 7. Hei mihi! cur non *habeo* ſpatium, ut? *And.* III. 5. 17. Jam hoc opus eſt. *Da.* Quin jam *habeo. Ch.* Quid eſt? *Da.* Huic, non tibi *habeo*, ne erres. *Ch.* Sat *habeo. And.* IV. 2. 21. & 22. Quid veniam? nihil *habeo. And.* IV. 2. 30. Dîs pol *habeo* gratias. *And.* IV. 4. 31. Ni metuam patrem, *habeo* pro illa re illum quod moneam probe. *And.* V. 4. 15. *Habeo* alia multa, quae nunc condonabitur. *Eun.* Prol. 17. Mihi reliquit haec, quae *habeo*, omnia. *Eun.* I. 2. 40. *Habeo* hic neminem. *Eun.* I. 2. 67. Omnia *habeo*, neque quidquam *habeo. Eun.* II. 2. 12. Bene feciſti: gratiam *habeo* maximam. *Eun.* V. 9. 61. Filium unicum adoleſcentulum *habeo. Heaut.* I. 1. 42. Cui quid reſpondeam nihil *habeo. Heaut.* II. 1. 12. *Habeo* aliud, ſi iſtud metuis. *Heaut.* II. 3. 97. Euge! *habeo* optumam (rationem.) *Heaut.* IV. 2. 10. Seni noſtro fidei nihil *habeo. Heaut.* V. 2. 49. Egomet *habeo* propemodum, quam volo. *Heaut.* V. 5. 20. Non neceſſe *habeo* omnia pro meo jure agere. *Adelph.* I. 1. 26. Unum hoc *habeo*: vide, ſi placet. *Adelph.* II. 2. 31. Miſeram me! neminem *habeo. Adelph.* III. 1. 4. Gratiam *habeo. Adelph.* V. 5. 6. Omnibus gratiam *habeo*: & ſeorſum tibi. *Adelph.* V. 9. 14. Dîs gratiam *habeo. Hec.* III. 2. 11. Evenit: *habeo* gratiam Dis. *Hec.* IV. 4. 31. Amo te, & *habeo* gratiam. *Phorm.* I 2. 4. Concluſam hic *habeo* uxorem ſaevam. *Phorm.* V. 1. 17. Dis magnas merito gratias *habeo*, atque ago. *Phorm.* V. 7. 1. Eho tu impudens, non ſatis *habes*, quod? *And.* IV. 2. 27. Qui habet ſalem, quod in te eſt. *Th. Habes. Eun.* III. 1. 11. Eone es ferox, quia *habes* imperium in belluas? *Eun.* III. 1. 25. Numquid *habes*, quod contemnas? *Eun.* III. 2. 22. *Habes*ne hominem, amabo? *Eun.* IV. 4. 7. Iſtam quam *habes*, unde *habes*, veſtem? *Eun.* IV. 4. 28. Unde *habes*? *Heaut.* IV. 1. 41. Tantum ſat *habes*? *Heaut.* IV. 3. 40. Quaeris id, quod *habes*: quod abeſt, non quaeris. *Heaut.* V. 4. 16. *Habes* omnem rem. *Hec.* I. 2. 119. Quid mulieris uxorem *habes*? *Hec.* IV. 4. 22. Hoſpitem ecquem Pamphilum hic *habes*? *Hec.* V. 3. 7. Quod *habes*, ita ut voluiſti, uxorem ſine mala fama. *Phorm.* I. 3. 17. Argentum, quod *habes*, condonamus te. *Phorm.* V. 7. 54. Quos hic noſter auctores *habet. And.* Prol. 19. Certe captus eſt! *habet*! *And.* I. 1. 56. Sceleratus Davus ſi quid conſili *habet*, ut conſumat nunc. *And.* I. 1. 133. Hoc male *habet* virum. *And.* II. 6. 5. Mihi unus ſcrupulus etiam reſtat: qui me male *habet. And.* V. 4. 37. *Habet* aliud magis ex ſeſe, & majus. *And.* V. 4. 51. Res neque conſilium, neque modum *habet* ullum. *Eun.* I. 1. 13. Neque, praeterquam quas ipſe amor moleſtias *habet*, addas: & illas, quas *habet*, recte feras. *Eun.* I. 1. 33. Qui *habet* ſalem, quod in te eſt. *Eun.* III. 1. 10. Sat *habet*, ſi tum recipitur. *Eun.* III. 2. 32. Nunc eo tibi videtur foedus, quia illam (veſtem) non *habet. Eun.* IV. 4. 17. Et *habet* quod det, & dat nemo largius. *Eun.* V. 9. 48. *Habet* bonorum exemplum. *Heaut.* Prol. 20. Agrum in his regionibus meliorem nemo *habet. Heaut.* I. 1. 12. *Habet* bene ac pudice eductam. *Heaut.* II. 1. 14. *Habet* patrem quemdam avidum. *Heaut.* III. 2. 15. Ita ut res ſeſe *habet*, narrato. *Heaut.* IV. 3. 24. Minas decem *habet* a me filia. *Heaut.* IV. 7. 7. Utrum ſtudione id ſibi *habet*, an laudi putat fore? *Adelph.* III. 3. 28. Virgo nihil *habet. Adelph.* IV. 7. 10. Eho tu, an non *habet*? *Pa. Habet. Hec.* I. 2. 25. & 26. Haec res non minus me male *habet*, quam te, gnate mi. *Hec.* IV. 2. 30. Hic nunc uxorem *habet. Hec.* V. 1. 18. Non multum *habet*, quod det, fortaſſe. *Phorm.* I. 2. 95. Duaſne is uxores *habet*? *Phorm.* V. 1. 27. *Habes* haec, ei quod, dum vivat, uſque ad aurem obganniat. *Phorm.* V. 8. 41. Filius homo adoleſcens, ſi *habet* unam amicam, tu uxores duas? *Phorm.* V. 8. 52. *Habemus* hominem ipſum. *Eun.* V. 1. 10. Te ſolum *habemus. Adelph.* III. 4. 10. Tamquam Philoſophorum *habent* diſciplinae ex ipſis vocabula. *Eun.* II. 2. 32. Quae nos, noſtramque adoleſcentiam *habent* deſpicatam. *Eun.* II. 3. 92. Quid adhuc *habent* infirmitatis nuptiae? *Hec.* I. 2. 101. Hi qui minus *habent*, ut. *Phorm.* I. 1. 7. Bene *habent* tibi principia. *Phorm.* II. 3. 82. Sic *habent* principia ſeſe, ut dico. *Phorm.* III. 1. 15. Ut meae res ſeſe *habent. Phorm.* V. 4. 1. Quocum tum uno rem *habebam* hoſpite. *Eun.* I. 2. 39. *Habebam* alibi animum amori deditum. *Hec.* III, 1. 14. Ibi agrum de noſtro

Digitized by Google

noſtro patre colendum *habebat*. *Phorm.* II. 3. 18. Quod *habui* ſummum pretium, perſolvi tibi. *And.* I. 1. 12. Tamen contemtus abs te, haec *habui* in memoria. *Eun.* I. 2. 90. Miſer quod *habui*, perdidi. *Eun.* II. 2. 6. Forte *habui* ſcortum. *Eun.* III. 1. 34. Alium *habui* neminem. *Eun.* IV. 4. 13. Quod dicas mihi, iter hac *habui*: periiſti. *Eun.* V. 9. 35. Filium unicum adoleſcentulum habeo. ah! quid dixi, habere me? immo *habui*. *Heaut.* I. 1. 42. Omnes ſollicitos *habui*. *Heaut.* III. 1. 52. Uxorem numquam *habui*. *Adelph.* I. 1. 19. Eduxi a parvulo: *habui*, amavi pro meo. *Adelph.* I. 1. 23. Numquam ſecus *habui* illam, ac ſi ex me eſſet nata. *Hec.* II. 3. 6. Quis heri Chryſidem *habuit*? *And.* I. 1. 58. Domi *habuit*, unde diſceret. *Adelph.* III. 3. 59. In digito *habuit* annulum. *Hec.* IV. 1. 59. Lemni *habuit* aliam. *Phorm.* V. 7. 49. *Habebis*, quae tuam ſenectutem oblectet. *Phorm.* II. 3. 86. Te oblectet! tibi *habe*. *Phorm.* II. 3. 88. Habeas. *Pa. Habeam?* *And.* IV. 1. 25. Tute ſcis, poſt illa quam intumum *habeam* te. *Eun.* I. 2. 48. Potius quam te inimicum *habeam*. *Eun.* I. 2. 94. & 96. Habeſne hominem, amabo? *Ph.* Quidni *habeam*? *Eun.* IV. 4. 7. Nunc *habeam*, nec ne, incertum eſt. *Heaut.* I. 1. 43. Decretum eſt pati, dum illum modo *habeam* mecum. *Heaut.* III. 1. 57. Qui vim tantam in me, & poteſtatem *habeam* tantae aſtutiae. *Heaut.* IV. 3. 32. Omitto (triſtitiam,) qui quidem te *habeam* fratrem. Ah! vereor, ne id aſſentandi magis, quam quo *habeam* gratum, facere exiſtumes. *Adelph.* II. 4. 4. & 6. Satis mihi id *habeam* ſupplicii, dum. *Adelph.* III. 2. 15. Utin' eximium neminem *habeam*? *Hec.* I. 1. 9. Eſt magna, ecaſtor, gratia de iſtac re, quam tibi *habeam*. *Hec.* V. 1. 14. Otium ab ſenibus ad potandum ut *habeam*. *Phorm.* V. 5. 3. *Habeas. Pa.* Habeam? *And.* IV. 1. 25. Amicam ut *habeas* prope jam in uxoris loco? *Heaut.* I. 1. 52. *Habeas* illam, quae placet. *Adelph.* IV. 4. 12. Facturum credo, ut *habeas* quicum cantites. *Adelph.* IV. 7. 32. Non tu hunc *habeas* plane praeſentem Deum? *Phorm.* II. 2. 31. Priuſquam tuum, ut ſeſe *habeat*, animum ad nuptias perſpexerit. *And.* II. 3. 4. Immo *habeat*: valeat. *And.* V. 3. 18. Ait, ſi fidem *habeat*, ſe iri praepoſitum tibi. *Eun.* I. 2. 59. Me miſeram! forſitan hic mihi parvam *habeat* fidem. *Eun.* I. 2. 117. Scin' tu, ut tibi res ſe *habeat*? *Eun.* IV. 7. 30. Quid reliqui eſt, quin *habeat*. *Heaut.* I. 2. 19. Ille ut item contra me *habeat*, facio ſedulo. *Adelph.* I. 1. 25. *Habeat*. in iſtac finem faciat. *Adelph.* V. 9. 40. Is ſibi reſponſum hoc *habeat*. *Phorm.* Prol. 17. Qui gnatum *haberem* tali ingenio praeditum. *And.* I. 1. 71. Rus Sunii ecquod *haberem*. *Eun.* III. 3. 13. Mihi, quale ingenium *haberes*, fuit indicio oratio. *Heaut.* II. 4. 4. Nae me iſtuc ex te prius audiviſſe gaudeo, quam argentum *haberes*. *Heaut.* IV. 6. 13. Nemo poſſet, ſat ſcio, qui *haberet*, qui pararet alium, hunc perpeti. *Eun.* III. 2. 35. Prope jam ut pro uxore *haberet*. *Heaut.* I. 1. 46. Omnem rem, quo pacto *haberet*, enarramus ordine. *Adelph.* III. 3. 11. Non me clam *haberes*, quod celaſſe intelligo. *Hec.* IV. 4. 35. Quem diceret, niſi *haberet*, cui malediceret? *Phorm.* Prol. 16. Quam ego animo egregie caram pro uxore *habuerim*. *And.* I. 5. 38. Si quidem iſtuc impune *habueris*. *Eun.* V. 7. 18. Pater narravit modo, quo pacto me *habueris* praepoſitam amori tuo. *Hec.* IV. 2. 6. Quem cum iſtoc ſermonem *habueris*, procul hinc ſtans accepi. *Hec.* IV. 3. 1. Neſcio, niſi ex ipſa quaeras, unde hunc *habuerit*. *Heaut.* IV. 1. 45. Minitemur, ſi cum illo *habuerit* rem. *Hec.* IV. 4. 96. Quid *habuiſſet*, cum perit? *Eun.* III. 3. 16. Scias poſſe *habere* jam ipſum ſuae vitae modum. *And.* I. 1. 68. Comperiſſe, Pamphilum pro uxore *habere* hanc peregrinam. *And.* I. 1. 119. Non poſſe arbitror, neque illum hanc perpetuo *habere*. *And.* III. 3. 32. Ut hanc *habere* ſtudeat cum ſummo probro? *And.* V. 3. 10. Senſit me tecum quoque rem *habere*. *Eun.* I. 2. 58. Sine, illum priores partes hoſce aliquot dies apud me *habere*. *Eun.* I. 2. 72. Spero me *habere*, qui hunc meo excruciem modo. *Eun.* V. 3. 11. Ah! quid dixi *habere* me? *Heaut.* I. 1. 42. Suavia in praeſentia quae eſſent, prima *habere*. *Heaut.* V. 2. 10. Semper parce, ac duriter ſe *habere*. *Adelph.* I. 1. 20. Qni tibi magis licet meam *habere*. *Adelph.* II. 1. 25. Unam hanc rem me *habere* praeter alios praecipuam arbitror. *Adelph.* II. 3. 5. Ut hac ille vira poſſet animum inducere uxorem *habere*. *Pa. Habere* autem? *Hec.* I. 2. 25. Quam decrerim me non poſſe diutius *habere*. *Hec.* I. 2. 74. Hanc *habere* orationem mecum a principio inſtitit. *Hec.* III. 3. 21. Multo prius ſcivi, quam tu, illum amicam *habere*. *Hec.* IV. 1. 26. Te propter tuam matrem non poſſe *habere* hanc uxorem domi. *Hec.* IV. 4. 56. Bacchidem annulum ſuum *habere*. *Hec.* V. 4. 6. Non fuit neceſſe *habere*. *Phorm.* II. 1. 66. Compoſito factum eſt, quomodo hanc amans *habere* poſſet ſine dote. *Phorm.* V. 1. 30. Id qua cauſa clam me *habuiſſe* dicam, non ſcio. *Hec.* IV. 1. 4. Me ſegregatum *habuiſſe*, uxorem ut duxit, a me Pamphilum. *Hec.* V. 1. 25. Dixit, jusjurando meo ſe fidem *habuiſſe*. *Hec.* V. 4. 31. Redeo rurſum, male vero me *habens*. *Eun.* IV. 2. 6. Minus notus, minus amicorum hic *habens*. *Eun.* IV. 6. 22. Hanc matrem *habens* talem. *Hec.* IV. 2. 26. Enim haec cognovit Myrrhina in digito modo me *habentem*. *Hec.* V. 3. 32. Eho, an domi eſt *habiturus*? *Adelph.* III. 3. 35. Credin' te impune *habiturum*? *Eun.* V. 2. 13. Quam numquam eſt ratus poſthac ſe *habiturum*. *Hec.* V. 3. 21. Et *habetur*, & refertur a me gratia. *Eun.* IV. 6. 12. Hic pro illo mu-

nere tibi honor eſt *habitus*. *Eun.* V. 7. 22. Non ſic ludibrio tuis factis *habitus* eſſem. *Hec.* IV. 1. 11. Ut patrem tuum vidi eſſe *habitum*. *Heaut.* II. 4. 22. Dicta eſt ejus haec, atque *habita* eſt ſoror. *And.* IV. 5. 14. Nunc, cum ſine magno intertrimento non poteſt *haberi*. *Heaut.* III. 1. 40. Quam decrerim me non poſſe diutius habere, eam ludibrio *haberi*. *Hec.* I. 2. 74. Si quis quid reddit, magna *habenda* eſt gratia. *Phorm.* I. 2. 6. Mihi eſſet ſpes oſtenſa hujuſce *habendae*. *Phorm.* V. 4. 8. Ait uterque tibi poteſtatem ejus *habendae* ſe dare. *Phorm.* V. 6. 40. Vapulandum: *habendae* compedes. *Phorm.* II. 1. 9. Haec cum illis ſunt *habenda*, aut illa cum his amittenda. *Heaut.* II. 3. 84.

Syntaxis. *Habere quid in memoria. Habere gratiam. Conſilii ſecum habere. Sat habeo. Quid agam, habeo. Habeo tibi fidem. Dis gratias habere. Omnia habeo, neque quidquam habeo. Habere filium. Gratiam habere alicui. Satis habere. Habere imperium in aliquem. Non habeo, quod contemnam. Habes omnem rem. Quid mulieris uxorem habes? Captus eſt! habet! Habere quid conſilii. Id me male habet. Res haec non habet conſilium, neque modum. Amor habet moleſtias. Habere ſalem. Habet, quod det. Habere exemplum bonorum. Ita ſe res habet. Studio ſibi habere quid. Virgo nihil habet. Haec res male me habet. Habere amicam. Habere quem deſpicatum. Bene ſe habent principia. Sic ſe habent res. Habere agrum colendum. Habere rem in memoria. Habere iter. Habere quem ſollicitum. Liberaliter habere aliquem. Habere annulum in digito. Tibi habe. Habere aliquem intimum. Inimicum habere aliquem. Habere vim ac poteſtatem aſtutiae in ſe. Gratum quid habere. Habere quem eximium. Habere otium ab aliquo. Habeas. Habere quem plane praeſentem Deum. Parvam fidem habere alicui. Habe tibi hoc reſponſum. Mirum ingenium habere. Res ita habet. Habere quid clam. Habere quem animo egregie carum. Habere quid impune. Habere matrem praepoſitam amori ſuo. Sermonem habere cum aliquo. Rem habere cum aliquo. Habere vitae ſuae modum. Pro uxore habere amicam. Habere priores partes apud amicam. Habere quid primum. Habere orationem. Habere quem ſegregatum. Male ſe habere. Honorem habere alicui pro munere. Ludibrio habere aliquem. Pater mire eſt habitus. Habere compedes. Haec habenda cum illis.*

Habitior.

Si qua (virgo) eſt *habitior* paullo, pugilem eſſe ajunt. *Eun.* II. 3. 23.

Habito.

Unde eſt? *Ch.* Tantumdem. *Pa.* Ubi *habitat*? *Ch.* Ne id quidem. *Eun.* II. 3. 29. *Habitat* Mileti. *Adelph.* IV. 5. 20. *Habitant* hic quaedam mulieres pauperculae. *Adelph.* IV. 5. 13. Ea *habitabat* Rhodi. *Eun.* I. 2. 27. Aut, ubi *habitet*, demonſtrarier. *Phorm.* II. 1. 76. Ut filius cum illa *habitet* apud te. *Phorm.* V. 7. 41. In hac *habitaſſe* platea dictum eſt Chryſidem. *And.* IV. 5. 1. Rus *habitatum* abii. *Hec.* II. 1. 27. Ex urbe tu rus *habitatum* migres? *Hec.* IV. 2. 13.

Habitudo.

Quae *habitudo* eſt corporis! *Eun.* II. 2 11.

Hac.

Sequere *hac* me intus ad Glycerium nunc. *And.* V. 6. 14. Plenus rimarum ſum, *hac* atque illac perfluo. *Eun.* I. 2. 25. Sequere *hac*. *Eun.* IV. 4. 47. *Heaut.* IV. 4. 21. Vos me *hac* ſequimini. *Eun.* IV. 7. 46. Si dicas mihi, iter *hac* habui: periiſti. *Eun.* V. 9. 35. Ite *hac*. *Eun.* V. 9. 64. *Hac* illac circumcurſa. *Heaut.* III. 2. 1. Sequere me intro *hac*. *Heaut.* IV. 1. 51. Sequere *hac* me ocius. *Heaut.* IV. 7. 4. Tace modo, ac ſequere *hac*. *Adelph.* II. 4. 16. Praeterito *hac* recta platea ſurſum. Ubi eo veneris: *hac* te praecipitato. *Hac* pergito. *Adelph.* IV. 2. 35. 36. & 38. Sane *hac* multo propius ibis. *Adelph.* IV. 2. 41. Sequere me ergo *hac* intro. *Adelph.* IV. 3. 18. *Hac* transfer: unam fac domum. *Adelph.* V. 7. 11.

Haereditas. Haeres. *vide*, Hereditas. Heres.

Haereo.

Ipſa eſt: *haereo*. *Eun.* V. 2. 9. Niſi mihi proſpicio, *haereo*. *Phorm.* V. 7. 70. Perii: lingua *haeret* metu. *Eun.* V. 5. 7. In te omnis *haeret* culpa ſola. *Hec.* II. 1. 32. Perfice, ut *haeream* in parte aliqua tandem apud Thaidem. *Eun.* V. 9. 25. Quin pugnus continuo in mala *haereat*. *Adelph.* II. 1. 17. Metui, ne *haereret* hic. *Adelph.* III. 3. 49.

Haesito.

In eodem luto *haeſitas*. *Phorm.* V. 2. 15.

Hariolor. Hariolus.

Ego hoc *hariolor*. *Adelph.* II. 1. 48. Non mihi credis? *De. Hariolare*. *Phorm.* III. 2. 7. Interdixit *hariolus*. *Phorm.* IV. 4. 27.

Haruspex.

Haruſpex vetuit ante brumam aliquid novi negotî incipere. *Phorm.* IV. 4. 29.

Hau.

Hau! metuo. *Eun.* IV. 6. 20.

Haud. Haudquaquam.

Haud muto factum. *And.* I. 1. 13. Inceptio eſt amentium, *haud* amantium. *And.* I. 3. 13. *Haud* vereor, ſi. *And.* I. 5. 41. At tu hercle *haud* quidquam mihi, nili. *And.* II. 1. 36. Nae iſte *haud* mecum ſentit. *And.* II. 1. 24. *Haud* dubium eſt, quin. *And.* II. 3. 17. *Haud* dubium id quidem eſt. *And.* II. 3. 25. Fidelem *haud* ferme mulieri invenias virum. *And.* III. 1. 2. Hic ſe ipſus fallit, *haud* ego. *And.* III. 2. 15. *Haud* ſcio, an, quae dixit, ſint vera. *And.* III. 2. 45. *Haud* dubium eſt mihi, ſi nolit, quin. *And.* III. 2. 50. Hoc tempus *haud* te ulciſci ſinit. *And.* III. 5. 18. *Haud* iſtuc dicas, ſi. *And.* IV. 1. 28. Nae illa illum *haud* novit. *And.* IV. 4. 33. *Haud* auſpicato huc me adtuli. *And.* IV. 5. 12.

Digitized by Google

12. Illam me credo *haud* noſſe. *And.* V. 4. 49. *Haud* ita juſſi. *And.* V. 4. 52. Conveni hodie, hominem *haud* impurum. *Eun.* II. 2. 4. *Haud* ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum. *Eun.* II. 3. 21. *Haud* diu eſt. *Eun.* II. 3. 67. Perpulchra credo dona, *haud* noſt is ſimilia. *Eun.* III. 2. 15. *Haud* convenit una ire cum amica. *Eun.* III. 2. 41. Certe extrema linea amare, *haud* nihil eſt. *Eun.* IV. 2. 13. Eja, *haud* ſic decet. *Eun.* V. 9. 35. Amicum ingenio fretum, *haud* natura ſua. *Heaut.* Prol. 24. Nae ille *haud* ſcit, quam. *Heaut.* II. 1. 10. *Haud* ſtulte ſapis. *Heaut.* II. 3. 82. *Haud* mirabile eſt. *Heaut.* II. 4. 8. Erat hic anus, *haud* impura. *Heaut.* IV. 1. 16. *Haud* multum a me aberit infortunium. *Heaut.* IV. 2. 1. Ille *haud* ſcit. *Heaut.* IV. 4. 25. *Haud* faciam. *Heaut.* III. [illegible] 7. IV. 5. 49. Illud *haud* inultum, ſi vivo, ferent. *Heaut.* V. 1. 45. *Haud* nimis aegre patior. *Heaut.* V. 2. 5. Etiam *haud* ſcio, an uxorem ducat. *Heaut.* V. 2. 46. Demea, *haud* adſpexeram te. *Adelph.* III. 3. 19. *Haud* cito mali quid ortum ex hoc ſit. *Adelph.* III. 3. 89. Pol *haud* paternum iſtuc dediſti. *Adelph.* III. 4. 4. *Haud* ſic auferent. *Adelph.* III. 4. 7. *Haud* ſcio, an illam miſere amat. *Adelph.* IV. 5. 33 Commilitatorem *haud* ſane commodum *Adelph.* V. 2. 8. Servum *haud* illiberalem praebes te. *Adelph.* V. 5. 5. *Haud* aliter cenſeo. *Adelph.* V. 8. 5. *Haud* dubium, quin. *Adelph.* V. 9. 19. *Haud* licebat, niſi. *Pa.* *Haud* opinor commode. *Hec.* I. 2. 19. & 20. Meo labori *haud* parcens. *Hec.* II. 1. 29. *Haud* equidem dico, mi Laches. *Hec.* II. 1. 35. *Haud* ita decet. *Hec.* II. 2. 10. *Haud* tibi hoc concedo. *Hec.* II. 2. 16. *Haud* pol me quidem. *Hec.* II. 3. 5. *Haud* quidem hercle parvom. *Hec.* III. 1. 26. Periiſſe me una *haud* dubium eſt. *Hec* III. 1. 46. *Haud* tua modeſtia. *Hec.* IV. 2. 15. *Haud* ita eſt. *Phorm.* II. 1. 35. *Haud* ſcio hercle, an mutet animum. *Phorm.* V. 2. 9. *Haud* multo poſt recipit ſe intro. *Phorm.* V. 6. 39. *Haudquaquam* etiam ceſſant. *Heaut.* I. 2. 1.

Heautontimorumenos.

Integram Comoediam hodie ſum acturus *Heautontimorumenon.* *Heaut.* Prol. 5.

Hecyra.

Hecyra eſt huic nomen Fabulae. *Hec.* Prol. 1. *Hecyram* ad vos refero. *Hec.* Alt. Prol. 21.

Hegio.

Eſtne hic *Hegio* tribulis noſter? *Adelph.* III. 3. 84. Abi, atque *Hegioni* rem omnem narrato ordine. *Adelph.* III. 2. 53. Salvere *Hegionem* plurimum jubeo. *Adelph.* III. 4. 14.

Hei. Heia.

Hei vereor, ne quid Andria adportet mali. *And.* I. 1. 46. *Hei* mihi! incertum eſt quid agam. *And.* I. 5. 28. *Hei* mihi! vereor dicere. *And.* II. 1. 22. *Hei* mihi! *And.* III. 5. 16. *Heaut.* II. 3. 6. V. 2. 15. *Adelph.* I. 2. 44. II. 2. 34. III. 4. 6. IV. 7. 35. *Hec.* III. 3. 6. *Phorm.* IV. 3. 66. V. 8. 15. *Hei* miſero mihi! *Heaut.* II. 2. 5. *Adelph.* II. 1. 19. *Hei*, quid ſtas? lapis! *Heaut.* IV. 7. 3. *Hei* mihi! quid faciam? *Adelph.* V. 3. 3. *Hei*! metuo lenonem, ne. *Phorm.* III. 2. 6. *Hei*! veris vincor. *Phorm.* III. 2. 16. *Hei* mihi! quam timeo. *Phorm.* IV. 3. 2. *Hei*! video uxorem. *Phorm.* V. 3. 14. *Heia*! ut elegans eſt! *Heaut.* V. 5. 19. *Heia* vero! *Hec.* II. 2. 8. *Heia*! ſudabis ſatis. *Phorm.* IV. 3. 23.

Heluo.

Dicam: gerro iners, ſiaus, *heluo*! *Heaut.* V. 4. 10.

Hem.

Hem. *And.* II. 3. 9. *Eun.* IV. 6. 9. *Hem*, quid eſt? *And.* I. 1. 89. I. 2. 13. *Adelph.* II. 4. 17. Non hercle intelligo. *Si.* Non? *hem*! *And.* I. 2. 23. Facta, tranſacta omnia. *hem*! repudiatus repetor. *And.* I. 5. 13. *Hem*, egone iſtuc conari queam? *And.* I. 5. 35. *Hem*, libero. *And.* II. 2. 14. *Hem*, paululum obſoni. *And.* II. 2. 22. Nihilne? *hem*! *And.* II. 6. 4. *Hem*, illic eſt huic rei caput. *And.* II. 6. 27. Quid dicit? *My.* Firmavit fidem. *Si.* *Hem*! *And.* III. 1. 4. *Hem*! id te oro, ut. *And.* III. 3. 24. *Hem* aſtutias! *And.* III. 4. 25. *Hem*! quid ais, ſcelus? *And.* IV. 1. 42. *Hem*, Pamphile, optime te mihi offers. *And.* IV. 2. 3. *Hem*! ſt, mane. *And.* IV. 1. 59. *Hem* ſcelera! *And.* IV. 4. 47. Itane Chryſis? *hem*! *And.* IV. 5. 8. Sycophanta. *Cr.* *Hem*! *And.* V. 4. 16. *Hem* Davom tibi! *And.* V. 2. 1. *Hem*, Dromo, Dromo. *And.* V. 2. 19. *Hem*, perii! *And.* V. 4. 26. *Hem*, quo redactus ſum! *Eun.* II. 2. 6. *Hem* alterum. *Eun.* III. 2. 6. *Hem* eunuchum tibi! *Eun.* III. 2. 19. *Hem*! biduum hic manendum eſt? *Eun.* IV. 2. 8. *Hem*, quae haec eſt fabula? *Eun.* IV. 4. 22. Principio eam eſſe dico liberam. *Thr.* *Hem*! *Eun.* IV. 7. 35. *Hem*! miſera occidi. *Eun.* V. I. 11. *Hem*! colligavit? *Eun.* V. 5. 14. *Hem*, obſecro an is eſt? *Eun.* V. 5. 20. *Hem*! quid? amat? *Eun.* V. 6. 16. *Hem*! recipiendum! *Eun.* V. 9. 42. *Hem*! tot mea ſolius ſolliciti ſint cauſa? *Heaut.* I. 1. 76. *Hem*! quid? Bacchidem? *Heaut.* II. 3. 70. *Hem*! quid dixti? *Heaut.* II. 3. 99. Syre. *Sy.* *Hem*! *Heaut.* III. 2. 6. IV. 5. 9. *Hem*! illuc volueram. *Heaut.* IV. 8. 26. *Hem*! deſino. *Adelph.* I. 2. 57. *Hem*: ſic volo. *Adelph.* II. 1. 15. Heus! heus! Syre. *Sy.* *Hem*: quid eſt? *Adelph.* II. 4. 17. *Hem*! mea Soſtrata, vide, quam rem agas. *Adelph.* III. 2. 45. *Hem*! huic mandes, ſi. *Adelph.* III. 3. 17. *Phorm.* IV. 4. 7. Filiam ejus virginem vitiavit. *De.* *Hem*! *Adelph.* III. 4. 2. *Hem* tibi autem. *Ct.* Quidnam eſt? *Sy.* Lupus in fabula. *Adelph.* IV. 1. 21. *Hem*! vide, ut diſcidit labrum. *Adelph.* IV. 2. 20. *Hem*! virginem ut ſecum avehat! *Adelph.* IV. 5. 20. Bono animo es: duces uxorem hanc. *Aeſ.* *Hem*! *Adelph.* IV. 5. 62. Hiccine non geſtandus in ſinu eſt? *hem*! *A-*

delph. IV 5. 75. *Hem* tibi! reſcivit omnem rem. *Adelph.* V. 3. 4. *Hem!* duxit. *Hec.* I. 1. 6. *Hem!* iſtoc verbo animus mihi rediit. *Hec.* III. 2. 12. Accipe. *hem!* lectum eſt. *Phorm.* I. 2. 2. *Hem!* iſtuc ſerva. *Phorm.* I. 4. 35. Geta? *Ge. Hem!* *An.* Quid egiſti? *Phorm.* IV. 4. 1. Heus Geta! *Ge. Hem* tibi! *Phorm.* V. 6. 7. *Hem!* quid ais? *Phorm.* V. 6. 32. V. 8. 15. & 51.

HERA.

Orare juſſit, ſi ſe ames, *hera*, jam ut ad ſe venias. *And.* IV. 2. 4. Jamdudum *hera* vos exſpectat domi. *Eun.* V. 3. 8. *Hera* in crimen veniet. *Hec.* III. 1. 55. Summum bonum eſſe *herae* putavi hunc Pamphilum. *And.* IV. 3. 2. Virginem, quam *herae* dono dederat miles, vitiavit. *Eun.* IV. 3. 12. Quod mihique, *heraeque*, filiaeque herili eſt. *Adelph.* III. 2. 3. Ceſſo *heram* hoc malo impertiri propere? *Adelph.* III. 2. 22. Ait, eſſe vetitum intro ad *heram* accedere. *Phorm.* V. 6. 24. *Hera* mea tace; tace obſecro. *Eun.* V. 1. 18. *Hera*, factum. *Eun.* V. 2. 12. Tibi ab iſtoc, *hera*, cavendum intelligo. *Eun.* V. 2. 44. E re nata melius fieri haud potuit, quam factum eſt, *hera.* *Adelph.* III. 1. 8. Opportune te obtuliſti mihi obviam, *hera.* *Adelph.* III. 2. 25. *Hera*, ego hinc ad hos proviſam. *Adelph.* V. 6. 1. Vereor, *hera*, ne injuria adficiatur. *Phorm.* V. 1. 3.

HERCLE.

Mihi quidem *hercle* non fit veriſimile. *And.* I. 3. 20. Mea quidem *hercle* certe in dubio vita eſt. *And.* II. 2. 10. Certe *hercle* nunc hic ſe ipſus fallit, haud ego. *And.* III. 2. 15. Verum *hercle* opinor fuiſſe Phanium. *And.* V. 4. 26. Si quidem *hercle* poſſis, nihil prius. *Eun.* I. 1. 5. Neſcio *hercle*. *Eun.* II. 3. 13. *Phorm.* I. 2. 87. Quodnam quaeſo, *hercle*. *Eun.* II. 3. 64. Sane *hercle* ut dicis. *Eun.* III. 5. 59. Perii *hercle*. *Eun.* V. 2. 66. V. 6. 14. *Heaut.* IV. 4. 14. *Adelph.* II. 2. 19. *Phorm.* II. 3. 39. Mulier commoda, & faceta, haec meretrix, & quidem *hercle* forma luculenta. *Heaut.* III. 2. 12. Non opus eſt? *Ch.* Non *hercle* vero. *Heaut.* III. 3. 51. Nae iſta *hercle* magno jam conatu magnas nugas dixerit! *Heaut.* IV. 1. 8. Fero *hercle* vero. *Heaut.* IV. 3. 14. Non *hercle* vero: verum dico. *Heaut.* IV. 5. 18. Id quidem angiportum non eſt pervium. *Sy.* Verum *hercle*. *Adelph.* IV. 2. 39. Tuus *hercle* vero & animo & natura pater. *Adelph.* IV. 7. 4. *Hercle* vero ſerio, ſiquidem primam (mammam) dedit. *Adelph.* V. 9. 18. Sane *hercle* homo voluptati obſequens fuit, dum vixit. *Hec.* III. 5. 9. Tua quidem *hercle* certo vita haec expetenda optandaque eſt. *Phorm.* I. 3. 12. Certe *hercle* tibi quidem eſt olim dies praeſtituta. *Phorm.* III. 2. 38. Sane *hercle* pulchre ſuades. *Phorm.* III. 3. 9. Equidem *hercle* neſcio. *Ch.* Vin' ſcire? *Phorm.* V. 3. 24. Pene *hercle* exclamavi gaudio. *Phorm.* V. 6. 30. Non *hercle* ex re iſtius me inſtigaſti, Demipho. *Phorm.* V. 7. 76. *Paſſim alibi.*

HERCULES.

Qui minus, quam *Hercules* ſervivit Omphalae? *Eun.* V. 8. 3.

HEREDITAS.

Ea ad hos redibat lege *hereditas.* *Hec.* I. 2. 97. Clamitent, me ſycophantam, *hereditates* perſequi, mendicum. *And.* IV. 5. 20.

HERES.

Qui ſic ſunt, haud multum *heredem* juvant. *Hec.* III. 5. 10. Satius eſt, quam te ipſo *herede* haec poſſidere Bacchidem. *Heaut.* V. 2. 16.

HERI.

Quis *heri* Chryſidem habuit? *And.* I. 1. 58. Quemne ego *heri* vidi ad vos adferri veſperi? *And.* IV. 4. 29. Quod *heri* intromiſſus non eſt. *Eun.* I. 2. 3. *Heri* minas viginti pro ambobus dedi. *Eun.* I. 2. 89. Quem mercatus eſt *heri*, ſenem, mulierem? *Eun.* II. 3. 65. *Heri* aliquot adoleſcentuli coimus in Piraeeo. *Eun.* III. 4. 1. Sed te miror, Chreme, tam mane *heri* qui tantum biberis. *Heaut.* III. 2. 8. *Heri* in vino quam immodeſtus fuiſti! *Heaut.* III. 3. 7. *Heri* ea cauſa rure huc advenit. *Hec.* I. 2. 115. *Heri* nemo voluit viſentem ad eam te intro admittere? *Hec.* II. 1. 40. *Heri* nemo voluit Soſtratam intro admittere. *Hec.* III. 1. 49. *Heri* Philumenam ad ſe arceſſi hic juſſit. *Hec.* III. 5. 16. Amicus & popularis Geta, *heri* ad me venit. *Phorm.* I. 1. 2.

HERILIS.

In nuptias conjeci *herilem* filium. *And.* III. 4. 23. Video *herilem* filium minorem huc advenire. *Eun.* II. 2. 58. Dico, edico vobis, noſtrum eſſe illum *herilem* filium. *Eun.* V. 5. 20. *Herilem* filium ejus duxiſſe audio uxorem. *Phorm.* I. 1. 5. Quod mihique, heraeque, filiaeque *herili* eſt. *Adelph.* III. 2. 3.

HERUS.

Herus eſt, neque provideram. *And.* I 2. 12. *Herus* me juſſit Pamphilum hodie obſervare. *And.* II. 5. 1. *Herus* uxore excidit. *And.* II. 5. 12. *Herus* eſt. quid agam? *And.* V. 2. 5. *Herus* damno auctus eſt. *Heaut.* IV. 1. 15. Meam *herus* eſſe operam deputat parvi pretii. *Hec.* V. 3. 1. *Herus* adeſt. *Phorm.* I. 4. 7. *Herus* ſi redierit, molendum uſque. *Phorm.* II. 1. 18. *Herus* liberalis eſt, & fugitans litium. *Phorm.* IV. 3. 18. Ut *herus* his deſiſtat litibus. *Phorm.* IV. 3. 29. Interea mittit *herus* me ad uxorem tuam. *Phorm.* V. 6. 20. *Heri* ſemper lenitas verebar quorſum evaderet. *And.* I. 2. 4. Nolim, maxume *heri* cauſa mei. *Hec.* III. 1. 51. Pergin' *hero* abſenti male loqui, impuriſſime? *Phorm.* II. 3. 25. Quam ſubito, *hero* meo ope veſtra hunc oneraſtis diem! *Phorm.* V. 6. 2. Me, aut *herum* peſſumdabunt. *And.* I. 3. 3. *Phorm.* I. 4. 5. *Herum* fefelli. *And.* III. 4. 23. Si forte opus ſit ad *herum* jusjurandum mihi, ut liquido poſſim. *And.* IV. 3. 13. Tibi oſtendam, *herum* quid ſit pericli fallere. *And.* V. 2. 25.

Num-

Syntaxis. *Ira intercedit inter eos. Ira decedit. abſcedit. Iram evomere in aliquem. Iram expedire. conciere. miſſam facere. in ſe derivare. minuere. Ira impelli. incendi. Irae ſunt inter illos. Irae fiunt ampliores. Irae maximae. Celare iras. Iras gerere. Iris impelli.*

Iracundia.

Si adjutor ſim ejus *iracundiae*. *Adelph.* I. 2. 66. Quod ejus remedium inveniam *iracundiae*? *Phorm.* I. 4. 8. Omitte, Demea, tuam iſtanc *iracundiam*. *Adelph.* IV. 7. 37. Reprime *iracundiam*, atque ad te redi. *Adelph.* V. 3. 8. Recte mihi vidiſſem, & ſenis eſſem ultus *iracundiam*. *Phorm.* I. 4. 12. Prae *iracundia*, non ſum apud me. *Heaut.* V. 1. 47. Vix ſum compos animi: ita ardeo *iracundia*. *Adelph.* III. 2. 12.

Syntaxis. *Adjutor iracundiae. Remedium iracundiae invenire. Iracundiam omittere. reprimere. ulciſci. Prae iracundia. Iracundia ardere.*

Iracundus.

Quum de eadem cauſa eſt *iracundus* factus inimiciſſimus. *Hec.* III. 1. 29. Tu quoque proterve *iracundus* es. *Hec.* III. 5. 53. Quum hoc, quod levius eſt, tam animo *iracundo* tulit. *Hec.* IV. 1. 53.

Iraſcor.

Rurſum, Demea, *iraſcere*? *Adelph.* I. 2. 56. Ut cum velit tibi jure *iraſci*, non queat. *And.* II. 3. 20. Ille continuo *iraſci*: neque negare audere. *Eun.* IV. 1. 4.

Iratus, a, um.

Redeo inde *iratus*, atque aegre ferens. *And.* I. 1. 110. Quod nunc tute tecum *iratus* cogitas. *Eun.* I. 1. 19. Metuit ſemper, ne quando *iratus* tu alio conferas. *Eun.* III. 1. 60. *Iratus* ſenex. *Heaut.* Prol. 37. Vereor, quam ne quid in illum *iratus* plus ſatis faxit, pater. *Heaut.* I. 2. 24. Jam non ſum *iratus*. *Heaut.* IV. 6. 16. Quibus in rebus alius ne *iratus* quidem eſt. *Hec.* III. 1. 28. Etſi merito *iratus* eſt. *Hec.* III. 5. 55. Tibi quoque aedepol *iratus* ſum graviter.

Digitized by Google

ter. *Hec.* IV. 4. 1. Sin autem eſt ob eam rem *iratus* gnatus. *Hec.* V. 2. 14. Ne te *iratus* ſaevidicis dictis protelet. *Phorm.* I. 4. 36. *Iratus* eſt. *Phorm.* II. 3. 3. & 79. An tu ob peccatum hoc eſſe illum *iratum* putas? *Heaut.* V. 2. 37. Oh! qui egomet produxi, atque *iratum* admodum. *Adelph.* III. 3. 49. Phanium relictam ſolam? Et *iratum* ſenem? *Phorm.* II. 2. 2. Confutavit verbis admodum *iratum* patrem. *Phorm.* III. 1. 13. Memini relinqui me, Deo *irate* meo. *Phorm.* I. 2. 24. Neſcio: niſi mihi Deos ſatis ſcio fuiſſe *iratos*. *And.* IV. 1. 40. Quae in animo cogitat *irata*, quam illa, quae parentes propitii. *Adelph.* I. 1. 6.

IRRIDEO.

Bona verba quaeſo. *Si. Irrides? And.* I. 2. 33. *Irrides* in re tanta? *Heaut.* V. 2. 29. Impuratus me ille ut etiam *irrideat*? *Phorm.* IV. 3. 64. Ne eum circumventum inique iniqui *irrideant*. *Hec.* Alt. Prol. 46. Coepit ad id adludere, & me *irridere*. *Eun.* III. 1. 35. Itan' lepidum tibi viſum eſt, ſcelus, nos *irridere*? *Eun.* V. 7. 17. Tam aperte *irrides*? *Phorm.* V. 7. 63. *Irrideor*? *And.* III. 2. 20. Etiam nunc non credis, indignis nos eſſe *irriſas* modis? *Eun.* IV. 4. 43.

IRRITOR. IRRITATUS.

Irritor. *Phorm.* V. 7. 39. Potes nunc, dum animus *irritatus* eſt. *And.* III. 4. 18. Ne, ſi magis *irritatus* ſiet. *Adelph.* II. 4. 18. Ita ſum *irritatus*, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere. *Phorm.* II. 1. 10.

IRRITUS, A, UM.

Quod modo erat ratum, *irritum* eſt. *Phorm.* V. 7. 58.

IRRUO.

In aedes *irruis* alienas. *Adelph.* I. 2. 8. Quam mox *irruimus*? *Eun.* IV. 7. 18. Vide, ne ille huc prorſus ſe *irruat*. *Adelph.* IV. 2. 11.

IS, EA, ID.

Fuit olim ſenex, mercator: navem *is* fregit apud Andrum: *is* obiit mortem. *And.* I. 3. 17. & 18. Eſtne hic Crito? *is* eſt. *And.* IV. 5. 7. Tum pol ego *is* eſſem vere, qui ſimulabar. *Eun.* III. 5. 58. Etſi *is* quoque ſuarum rerum ſatagit. *Heaut.* II. 1. 13. Quando *is*, quamobrem huc veneram, rus abiit. *Adelph.* III. 3. 81. Ita nunc *is* ſibi me ſupplicaturum putat? *Hec.* III. 5. 50. *Is* ſibi reſponſum hoc habeat. *Phorm.* Prol. 16. *Ejus* cauſa in funus prodeo. *And.* I. 1. 88. Quae cupiebat de ſorore *ejus* (Chremetis) indicare. *Eun.* IV. 1. 7. Miſeret me *ejus* (Menedemi.) *Heaut.* I. 1. 115. Filiam *ejus* (Simuli) virginem vitiavit. *Adelph.* III. 4. 20. Nec, qua via ſententia *ejus* (Phidippi) poſſit mutari, ſcio. *Hec.* IV. 1. 54. Pater *ejus* (Phaedriae) rediit, an non? *Phorm.* I. 2. 97. *Ein'* (patri) ego ut advorſer? *And.* I. 5. 28. Ubi comperi ex iis, qui *ei* fuere conſcii. *Heaut.* I. 1. 69. In quo haec diſcebat ludo, exadvorſum *ei* loco tonſtrina erat. *Phorm.* I. 2. 38. Rejecit ſe in *eum*, flens. *And.* I. 1. 109. Dicunt, homines nobiles *eum* adjutare. *Adelph.* Prol. 16. Ex *eo* nunc miſera quem capit laborem! *And.* IV. 3. 4. Mihi magna cum *eo* fuit ſemper familiaritas. *Heaut.* IV. 2. 9. Cito ab *eo* haec ira abſcedet. *Hec.* V. 2. 15. Senes qui primi venient, *ii* partem aperient. *Adelph.* Prol. 23. *Eorum* obſequi ſtudiis. *And.* I. 1. 37. *Eorum* ingenia admiror ſimul. *Eun.* II. 2. 19. *Iis* ſeſe dedere. *And.* I. 1. 36. Coepi *iis* omnia facere, obſequi. *Phorm.* I. 2. 28. Eho, non tu dixti eſſe inter *eos* inimicitias? *And.* V. 2. 11. Nihil eſt quod malim, quam illam familiam mihi dari obviam, ut iram in *eos* evomam. *Adelph.* III. 2. 14. *Ea* ab illo animadvertenda injuria eſt. *And.* I. 1. 129. Samia mihi mater fuit; *ea* habitabat Rhodi. *Eun.* I. 2. 27. *Ea* obiit mortem. *Heaut.* II. 3. 30. Tanta ſuſpicio de me incidit: neque *ea* immerito. *Adelph.* IV. 4. 7. *Ea* ad hos redibat lege hereditas. *And.* I. 2. 97. *Ea* ſerviebat lenoni impuriſſimo. *Phorm.* I. 2. 33. Importunitatem ſpectate aniculae, quia compotrix *ejus* eſt. *And.* I. 4. 5. Scis fratrem *ejus* (virginis) eſſe adprime nobilem? *Eun.* V. 5. 10. *Ejus* anuis cauſa, opinor. *Heaut.* II. 3 46. Obſecrat, ſibi ut *ejus* (puellae) faciat copiam. *Phorm.* I. 2. 63. Dabis *ei* (Thaidi) ultro ſupplicium. *Eun.* I. 1. 24. Quae eſt dicta mater eſſe *ei* (Antiphilae) antehac, non fuit. *Heaut.* II. 3. 29. Quae res in ſe neque conſilium habet, *eam* conſilio regere non potes. *Eun.* I. 1. 13. Ad *eam* rem tempus non erat. *Eun.* IV. 1. 7. Scis *eam* hinc civem eſſe! *Eun.* V. 5. 10. Si ob *eam* rem vobis vita mea inviſa eſt, quia. *Adelph.* V. 9. 32. Ob *eam* rem noluit iterum referre, ut. *Hec.* Prol. 6. Per *eam* te obſecramus ambae, ſi jus, ſi fas eſt, uti. *Hec.* III. 3. 27. Sin eſt ob *eam* rem iratus gnatus, quod. *Hec.* V. 2. 14. *Ea* lege atque omine, ut, ſi. *And.* I. 2. 29. *Ea* gratia ſecum adduxiſſe, ne. *Heaut.* IV. 5. 20. *Ea* lege hoc adeo faciam; ſi facit, quod. *Heaut.* V. 5. 10. *Ea* jam aetate ſum, ut. *Hec.* V. 1. 10. Curavi, propria *ea* Phaedria ut potiretur. *Phorm.* V. 5. 2. Ad exemplum ambarum mores *earum* exiſtimans. *Hec.* I. 2. 88. Exple animum *iis*, ut credant. *Hec.* V. 2. 21. Niſi ſi *id* eſt, quod ſuſpicor. *And.* I. 5. 14. Adjuta me, quo *id* fiat facilius. *Eun.* I. 2. 70. An quia pudet? *Ch. Id* ipſum. *Py. Id* ipſum? *Eun.* V. 2. 69. Jam *id* exploratum eſt. *Phorm.* IV. 3. 23. Nunc *id* operam do, ut. *And.* I. 1. 130. Te *id* dare operam, qui iſtum amorem ex animo amoveas tuo, quam *id* loqui, quo. *And.* II. 1. 7. & 8. *Id* agam, mihi qui ne detur. *And.* II. 1. 35. *Id* paves, ne ducas tu illam. *And.* II. 2. 12. Si *id* ſuccenſeat nunc, quia. *And.* II. 3. 2. *Id* propterea nunc hunc venientem ſequor. *And.* II. 5. 3. Ac non *id* metuat, ne, ubi. *Eun.* I. 2. 60.

Digitized by Google

60. *Id* vero ſerio triumphat. *Eun.* III. 1. 3. *Id*que adeo viſam, ſi domi eſt. *Eun.* III. 4. 7. Nunc *id* prodeo, ut conveniam Parmenonem. *Eun.* V. 7. 4. Siquidem *id* ſapere eſt, velle te *id*, quod. *Heaut.* II. 3. 83. *Id* quum ſtuduiſti, iſti formae ut mores conſimiles forent. *Heaut.* II. 4. 2. Dum *id* quaero, tibi qui filium reſtituerem. *Heaut.* III. 1. 83. *Id*que adeo miror, quomodo. *Heaut.* V. 3. 2. Cogito *id*, quod res eſt. *Adelph.* II. 1. 52. Ipſum *id* metuo, ut credant. *Adelph.* IV. 4. 17. *Id* quod me repente adſpexerant. *Hec.* III. 3. 8. Tu *id*, quod boni eſt, excerpis. *Phorm.* IV. 4. 18. In *id* redactus ſum loci, ut. *Phorm.* V. 7. 86. In *eo* diſputant. *And.* Prol. 15. *Eo* pacto apud te meo erit ingenio fides, quum. *Hec.* III. 5. 24. Tu haud quidquam mihi, niſi *ea*, quae nihil opus ſunt ſcire. *And.* II. 1. 37. Coepi aliam rem ex alia cogitare, & *ea* omnia in pejorem partem. *Eun.* IV. 2. 3.

ISTAC.

Abi ſane *iſtac*, illorſum, quo vis. *Heaut.* III. 3. 27.

ISTE, A, UD.

Nae *iſte* haud mecum ſentit. *And.* II. 1. 24. Quis fuit igitur? *Py.* *Iſte* Chaerea, *iſte* ephebus. *Eun.* V. 1. 7. & 8. *Iſte* tuus, ipſe ſentiet poſterius. *Adelph.* I. 2. 59. Non hercle ex re *iſtius* me inſtigaſti. *Phorm.* V. 7. 76. Quid *iſti* (eunucho) credam? *Eun.* IV. 4. 38. Hominem *iſtum* impuriſſimum abſolvitote. *Adelph.* II. 4. 17. Cum milite *iſto* praeſens, abſens ut ſies. *Eun.* I. 2. 112. Id *iſti* vituperant factum. *And.* Prol. 15. Quid? *iſti* te ignorabant. *Eun.* V. 9. 59. Potius, quam *iſtorum* obſcuram diligentiam. *And.* Prol. 21. Pol ego *iſtos* commovebo. *Heaut.* IV. 4. 8. Sive *iſta* uxor, ſive amica eſt. *And.* I. 3. 11. Quae *iſta* eſt pravitas? *Heaut.* V. 2. 20. Te *iſti* (Glycerio) virum do. *And.* I. 5. 60. Opinor Thaidem. *Ch.* *Iſtam* ipſam. *Eun.* III. 5. 16. Virginem *iſtam*, Thaidi, quae hodie dono data eſt, ſcis eam hinc civem eſſe? *Eun.* V. 5. 9. Faciam boni tibi aliquid pro *iſta* re. *Heaut.* IV. 5. 15. Ne bonae tuae *iſtae* nos rationes ſubvortant. *Adelph.* V. 3. 50. Nihil pol jam res *iſtaec* mihi voluptatis ferunt. *Hec.* IV. 2. 17. Tibi *iſtas* poſthac comprimito manus. *Heaut.* III. 3. 28. Mihi fides apud hunc eſt, nihil me *iſtius* facturum. *Heaut.* III. 3. 10. Olim *iſti* fuit generi quondam quaeſtus. *Eun.* II. 2. 15. Syre, praeceptorum plenus *iſtorum* ille. *Adelph.* III. 3. 58. Egon' quidquam cum *iſtis* factis tibi reſpondeam? *Eun.* I. 2. 73. *Saepiſſime alibi.*

ISTIC. *Adverb.*

Neque *iſtic*, neque alibi tibi erit in me mora. *And.* II. 5. 9. Quid *iſtic* tibi negotii eſt? *And.* V. 2. 8. Tu *iſtic* mane, ut. *Eun.* V. 2. 70. Quaſi *iſtic* minor mea res agatur, quam tua. *Heaut.* II. 3. 113. Tibi vero quid *iſtic* eſt rei? *Adelph.* IV. 5. 10. Auſculta. *Ph*, *Iſtic* ſum. *Hec.* I. 2. 39.

ISTIC, ISTAEC, ISTOC *vel* ISTUC.

Quid *iſtic*? *Sy.* Manebit. *Heaut.* II. 3. 139. Qui *iſtic* mos eſt? *Heaut.* III. 3. 1. Quid *iſtic* narrat? *Heaut.* III. 3. 18. *Phorm.* V. 8. 6. Quem? *Ch.* *Iſtunc* ſervolum dico adoleſcentis. *Heaut.* III. 2. 19. Conſervis ad eundem *iſtunc* praecipio modum. *Adelph.* III. 3. 70. Cave quoquam ex *iſtoc* exceſſis loco. *And.* IV. 4. 21. Quem cum *iſtoc* ſermonem habueris, accepi. *Hec.* IV. 3. 1. *Iſtaec* quidem contumelia eſt. *Heaut.* III. 3. 5. *Iſtaec* res eſt. *Adelph.* III. 3. 64. Omitte, Demea, tuam *iſtanc* iracundiam. *Adelph.* IV. 7. 37. Nihil *iſtac* opus eſt arte. *And.* I. 1. 5. Adortus jurgio fratrem, de Pſaltria *iſtac*. *Adelph.* III. 3. 51. *Iſtuc* ipſum. *Da.* Atque *iſtuc* ipſum nihil pericli eſt. *And.* II. 2. 13. Quid *iſtuc*? *And.* III. 3. 40. *Eun.* II. 3. 96. Quid *iſtuc*, inquam, ornati eſt? *Eun.* II. 2. 6. Eſt *iſtuc* datum profecto, ut. *Eun.* III. 1. 5. Ego *iſtuc* aetatis, non amori operam dabam. *Heaut.* I. 1. 58. Idem *iſtuc* mihi venit in mentem. *Heaut.* V. 1. 15. Quid *iſtuc*, Sannio, eſt, quod te audio, neſcio quid concertaſſe cum hero? *Adelph.* II. 2. 2. Quid *iſtic*? dabitur. *Adelph.* V. 8. 33. *Iſtuc* eſt ſapere. *Hec.* IV. 3. 2. Quid *iſtuc* conſilii eſt? *Hec.* IV. 2. 12. Quid *iſtuc* mali eſt? *Phorm.* I. 4. 7. Quid *iſtuc* verbi eſt? *Phorm.* II. 2. 29. Ipſum *iſtuc* mihi in hoc eſt. *Phorm.* III. 2. 23. Quid *iſtuc* negotì eſt? *Phorm.* V. 3. 33. Quid *iſtuc* turbae eſt? *Phorm.* V. 8. 1. Hoccine agis, an non? *Da.* Ego vero *iſtuc*. *And.* I. 2. 15. *Iſtuc* abs te factum nihili penderem. *Eun.* I. 2. 14. *Iſtuccine* interminata ſum. *Eun.* V. 1. 14. Cedo *iſtuc* tuum conſilium: quid id eſt? *Heaut.* II. 3. 91. Quid? *iſtuc* times, quod ille operam amico dat ſuo? *Heaut.* V. 1. 37. Obſecro, mi gnate, ne *iſtuc* in animum inducas tuum. *Heaut.* V. 4. 5. Pol haud paternum *iſtuc* dediſti. *Adelph.* III. 4. 4. Quid ita *iſtuc* vis? *Hec.* IV. 3. 7. Idem ego *iſtuc* facere poſſum. *Phorm.* IV. 5. 14. Ut te Dii, Deaeque cum tuo *iſtoc* invento perduint! *Heaut.* IV. 6. 7. O Juppiter! *iſtoccine* pacto oportet? *Adelph.* IV. 7. 14. Reddet tibi cito. *Mi.* *Iſtoc* vilius. *Adelph.* V. 9. 24. *Iſtaec* quum ita ſint. *Phorm.* I. 4. 25. Verba *iſtaec* ſunt. *Phorm.* III. 2. 32. Vos *iſtaec* intro auferte. *And.* I. 1. 1. Ita tu *iſtaec* tua miſceto; ne. *Heaut.* IV. 5. 35. Di *iſtaec*. *Ch.* Deos neſcio. *Heaut.* V. 4. 15. *Iſtaec* eadem tute dicas mulieri. *Adelph.* IV. 3. 8.

ISTINC.

Iterum *iſtinc* excludêre. *Hec.* III. 2. 4.

ISTIUSMODI.

Et vos eſſe *iſtiuſmodi*, & nos non eſſe, haud mirabile eſt. *Heaut.* II. 4. 7.

ISTOC.

Accede illuc, nimium *iſtoc* abiſti. *Adelph.* II. 1. 15.

ISTORSUM.

Abi ſane iſtac, *iſtorſum*, quo vis. *Heaut.* III. 3. 27. Concede hinc a foribus paululum *iſtorſum*. *Phorm.* V. 1. 14.

ISTUC. *Adverb.*

Concede *iſtuc* paululum. *Eun.* IV. 4. 39. V. 9. 38. Poſt *iſtuc* veniam. *Heaut.* II. 3. 33. *Iſtuc* ibam. *Adelph.* V. 3. 35.

ITA. *Adv. affirmandi.*

Quid iſtic tibi negoti eſt? *Da.* Mihin'? *Si.* *Ita.* *And.* V. 2. 9.

ITA. ITANE.

Non *ita* diſſimili ſunt argumento. *And.* Prol. 11. *Ita* ut ingenium eſt hominum. *Ita* ut fit. *And.* I. 1. 50. & 53. Denique *ita* tum diſcedo ab illo, ut. *And.* I. 1. 121. *Ita* Davum modo timere ſenſi, *And.* I. 2. 2. *Ita* ajunt. *And.* I. 2. 21. *Heaut.* IV. 8. 13. *Hec.* III. 2. 22. *Ita* pol quidem res eſt, ut dixti. *And.* III. 1. 1. *Ita* magnae (irae,) ut ſperem poſſe avelli. *And.* III. 3. 21. *Ita* praedicant. *Si.* *Ita* praedicant? *And.* V. 3. 4. & 5. *Ita* me Di ament, credo. *And.* V. 4. 44. De uxore, *ita* ut poſſedi, nihil mutat Chremes. *And.* V. 4. 46. Si perget laedere *ita*, ut facere inſtituit. *Eun.* Prol. 19. *Ita* erat res. *Eun.* I. 2. 17. Coepit educare, *ita* uti ſi eſſet filia. *Eun.* I. 2. 37. *Ita* prorſum oblitus ſum mei. *Eun.* II. 3. 14. Ego illud vero *ita* feci; ac lubens. *Eun.* III. 5. 43. *Ita* me Dii bene ament, quantum. *Eun.* IV. 1. 1. Sine auro, tum ornatam, *ita* uti quae ornantur ſibi. *Heaut.* II. 3. 47. *Ita* res eſt haec nunc, quaſi cum. *Heaut.* II. 3. 77. *Ita*, quaeſo. *Ita* comparatam eſſe hominum naturam, ut. *Heaut.* III. 1. 96. & 97. *Ita* non ut olim, ſed uti nunc. *Heaut.* III. 2. 13. Non licet hominem eſſe ſaepe *ita* ut volt, ſi res non ſinit. Nunc *ita* tempus eſt mihi, ut cupiam filiam. *Heaut.* IV. 1. 53. & 54. *Ita* magno deſiderio fuit ei filius. *Heaut.* IV. 5. 75. *Ita* tu iſtaec tua miſceto; ne me admiſceas. *Heaut.* IV. 5. 35. Haec *ita* ut ſunt, cautim, & paulatim dabis. *Heaut.* IV. 8. 30. *Ita*, ut volo, eſt. *Adelph.* I. 2. 59. *Ita* eſt homo. *Adelph.* I. 2. 63. Leno ego ſum. *Aeſ.* Scio. *Sa.* At *ita*, ut. *Adelph.* II. 1. 7. Numquam *ita* magnifice quidquam dicam, quin. *Adelph.* II. 3. 4. *Ita* obſecraturum, ut. *Adelph.* III. 2. 36. Ut quiſque ſuum volt eſſe, *ita* eſt. *Adelph.* III. 3. 45. Ut homo eſt, *ita* morem geras. *Adelph.* III. 3. 77. *Ita* ſe defatigarit, velim, ut. *Adelph.* IV. 1. 3. *Ita* fiat! *Ct.* *Ita.* *Adelph.* IV. 1. 5. Qui *ita* putant ſibi fieri injuriam. *Adelph.* IV. 3. 3. *Ita* velim me promerentem ames, ut. *Adelph.* IV. 5. 47. *Ita* vita eſt hominum, quaſi. *Adelph.* IV. 7. 21. Nemo illorum quiſquam ad te venit, quin *ita* paret ſe, ut. *Hec.* I. 1. 11. Haud *ita* decet. *Hec.* II. 2. 10. Utinam iſtuc *ita* Di faxint! *Hec.* III. 2. 19. Ut res dant ſeſe, *ita* magni atque humiles ſumus. *Hec.* III. 3. 20. *Ita* uſque advorſa tempeſtate uſi ſumus. *Hec.* III. 4. 9. Utinam ſciam *ita* eſſe illuc. *Hec.* IV. 1. 21. Quid *ita* iſtuc vis? *Hec.* IV. 3. 7. Deus ſum, ſi hoc *ita* eſt. *Hec.* V. 4. 3. *Ita* me Di bene ament, ut. *Phorm.* I. 3. 13. *Ita* ſum irritatus, ut. *Phorm.* II. 1. 26. Abduxtin' filiam? *Ch.* Non. *De.* Quid *ita* non? *Phorm.* IV. 1. 2. *Ita* ut aequom fuerat. *Phorm.* IV. 3. 46. *Ita* patrem audio haec facta tolerare violenter. *Phorm.* V. 1. 4. *Ita* fugias, ne praeter caſam, quod ajunt. *Phorm.* V. 2. 3. *Itane* obſtinate operam dat, ut. *And.* I. 5. 8. *Itan'* credis? *And.* II. 3. 25. *Itan'* contemnor abs te? aut *itane* tandem idoneus tibi videor eſſe? *And.* III. 2. 12. *Itane* Chryſis? hem! *And.* IV. 5. 8. *Itane* huc paratus advenis? *And.* V. 4. 6. *Itane* attemperate venit hodie, ut. *And.* V. 4. 13. *Itane* vero obturbat? *And.* V. 4. 23. *Itane* ſuades? *Eun.* I. 1. 31. *Itan'* paraſti te, ut? *Eun.* II. 2. 9. *Itane?* *Th.* Sic erit. *Eun.* V. 9. 28. *Itane* fieri oportet? *Heaut.* III. 3. 1. *Itane* vis? *Ch.* Ita. *Heaut.* V. 1. 75. *Itane* tandem, quaeſo, Menedeme, ut. *Heaut.* V. 2. 1. *Itane* eſt? *Hec.* III. 4. 4. *Itane* eſt factum? *Hec.* V. 4. 7. *Itane* tandem uxorem duxit Antipho? *Phorm.* II. 1. 1. *Itane* patris ais conſpectum veritum hinc abiſſe? *Phorm.* II. 2. 1. *Itane* hunc patiemur, Geta, fieri miſerum? *Phorm.* III. 3. 3. *Itan'* parvam mihi fidem eſſe apud te? *Phorm.* V. 3. 27. *Itane* agitis mecum? *Phorm.* V. 7. 75.

ITAQUE. *Et Ita.*

Ita volo, *itaque* poſtulo. *And.* III. 3. 18. *Itaque* ergo amantur. *Eun.* II. 3. 25. Ita me Di bene ament, *itaque* una inter nos agere aetatem liceat. *Hec.* II. 1. 10. Ita me Di ament, *itaque* obtingant ex re, quae exopto, mihi. *Hec.* IV. 2. 3. Si caetera ſunt ita, ut vis, *itaque* ut eſſe ego illum exiſtimo. *Hec.* IV. 2. 28.

ITAQUE. *Ergo.*

Itaque hercle nihil jam mutire audeo. *And.* III. 2. 25. *Itaque*, ut ne viderem, miſera effugi. *Eun.* V. 5. 3. *Itaque* hanc rem me habere arbitror. *Adelph.* II. 3. 5. *Itaque* adeo magnam mihi injecit curam. *Adelph.* IV. 5. 76. *Itaque* adeo uno animo omnes ſocrus oderunt nurus. *Hec.* II. 1. 4. *Itaque* ineptus hodie dum illic ſedeo. *Hec.* V. 3. 4. *Itaque* pene hercle exclamavi gaudio. *Phorm.* V. 6. 30. *Itaque* ad vos venio nuntiatum, Demipho. *Phorm.* V. 7. 13.

ITEM.

Sed poſtquam amans acceſſit, unus, & *item* alter. *And.* I. 1. 50. *Item* alio die quaerebam. *And.* I. 1. 62. Ait tibi uxorem ſeſe dare hodie: *item* alia multa. *And.* II. 2. 17. Paraſiti *item* ut Gnathonici vocentur. *Eun.* II. 2. 33. Vel rex maxumas mihi agebat: aliis non *item*. *Eun.* III. 1. 8. Inde *item* in (angiportum) aliud. *Eun.* V. 2. 6. Si ex capite ſis meo natus *item*, ut ajunt Minervam eſſe ex Jove. *Heaut.* V. 4. 13. Ille ut *item* contra me habeat, facio ſedulo. *Adelph.* I. 1. 25. Tu alterum, ego *item* alterum. *Adelph.*

Digitized by Google

L. 2. 51. Emtae mulieres complures: & *item* hinc alia. *Adelph.* II. 2. 22. Fecere alii ſaepe, *item* boni. *Adelph.* IV. 5. 54. *Item*, ut meretricem amittere? *Phorm.* II. 3. 66. Aediculae *item* ſunt ob decem alias. *Phorm.* IV. 3. 58.

ITER.

Evenit, ſenibus ambobus ſimul *iter* ut eſſet. *Phorm.* I. 2. 16. Si dicas mihi, *iter* hac habui: periiſti. *Eun.* V. 9. 35. Pergam, quo coepi, hoc *iter.* *Hec.* I. 2. 119. Ain' tu, tibi hoc incommodum eveniſſe *iter?* *Hec.* III. 4. 1. Hoc ipſa in *itinere* alterae dum narrat, audivi. *Heaut.* II. 3. 30. Dicam in *itinere.* *Phorm.* III. 3. 34.

ITERUM.

Quod ſi *iterum* mihi ſit danda, actum ſiet. *Heaut.* III. 1. 47. Non committet hodie umquam, *iterum* ut vapulet. *Adelph.* II. 1. 5. *Iterum* ſic memento. *Adelph.* III. 3. 72. Prius nox oppreſſiſſet illic, quam huc revorti poſſet *iterum.* *Adelph.* IV. 1. 9. Ob eam rem noluit *iterum* referre, ut *iterum* poſſit vendere. *Hec.* Prol. 7. *Iterum* jubet. *Hec.* I. 2. 111. *Iterum* iſtinc excludêre. *Hec.* III. 2. 4. Judicium de eadem cauſa *iterum* ut reddant tibi. *Phorm.* II. 3. 57.

ITIDEM.

Eadem haec, quae tibi dixi, dicam *itidem* illi. *And.* III. 4. 20. Ut hoc tibi doleret *itidem*, ut mihi dolet. *Eun.* I. 2. 13. *Itidem* patria qui abligurierat bona. *Eun.* II. 2. 4. Eas *itidem* ſallam. *Eun.* II. 3. 93. Si abduxeris, celabitur *itidem*, ut. *Heaut.* IV. 3. 20. Integram *itidem* reddam, ut. *Hec.* I. 2. 75. Ut veni, *itidem* incertum amiſi. *Hec.* II. 2. 9. *Itidem* illae mulieres ſunt ferme, ut pueri. *Hec.* III. 1. 32. Placet, non fieri hoc *itidem*, ut in Comoediis. *Hec.* V. 4. 26. *Itidem* tu face. *Phorm.* II. 3. 50. *Itidem* ut cognata ſi ſit. *Phorm.* II. 3. 62. Phormio *itidem* in hac re, ut in aliis, ſtrenuum hominem praebuit. *Phorm.* III. 1. 12.

ITIO.

Haeccine erant *itiones* crebrae, & manſiones diutinae Lemni? *Phorm.* V. 8. 23.

JUBEO.

Jubeo Chremetem. *And.* III. 3. 1. *Jubeo*, cogo, atque impero. *Eun.* II. 3. 97. Quid ais? *Sy. Jubeo.* *Heaut.* IV. 3. 24. Denique, inſpicere, tamquam in ſpeculum, in vitas *jubeo.* *Adelph.* III. 3. 62. Tamquam in ſpeculum, in patinas inſpicere *jubeo*, & moneo. *Adelph.* III. 3. 75. Salvere Hegionem plurimum *jubeo.* *Adelph.* III. 4. 15. Ego vero *jubeo.* *Adelph.* V. 8. 2. Lesbiam adduci *jubes.* *And.* I. 4. 1. Cur non illam huc tranſferri *jubes?* *And.* V. 4. 49. *Jubesne?* *Eun.* II. 3. 97. Facile equidem facere poſſum, ſi *jubes.* *Heaut.* III. 2. 36. Cur non arceſſi *jubes* filiam? *Heaut.* V. 5. 3. Tune *jubes* hoc, Demea? *Adelph.* V. 8. 1. Ita ut *jubes*, faciam. *Hec.* IV. 3. 6. Faciam, ut *jubes.* *Phorm.* V. 3. 12. *Jubet* frater? ubi is eſt? *Adelph.* V. 8. 1. Arceſſi *jubet.* Iterum *jubet.* *Hec.* I. 2. 110. & 111. Matris ferre injurias me pietas *jubet.* *Hec.* III. 1. 21. Illos ducere eadem haec lex *jubet.* *Phorm.* I. 2. 76. Id quod lex *jubet*, dotem daretis. *Phorm.* II. 1. 66. II. 3. 62. Mercedem dare lex *jubet* ei, atque amittere? *Phorm.* II. 3. 67. Quod *juſſi* ei dare bibere, & quantum imperavi, date. *And.* III. 2. 4. Hinc te intro ire *juſſi.* *And.* III. 4. 11. Haud ita *juſſi.* *And.* V. 4. 52. Huc qua gratia te arceſſi *juſſi*, auſculta. *Eun.* I. 2. 20. Fac, ita ut *juſſi.* *Eun.* II. 1. 1. Sectari *juſſi.* *Eun.* II. 2. 31. Jubete iſtos foras exire, quos *juſſi*, ocius. *Eun.* III. 2. 17. Num datum mihi eſt? num *juſſi?* *Heaut.* IV. 5. 46. Noli fodere. *juſſi.* *Hec.* III. 5. 17. Te huc foras puerum evocare *juſſi.* *Hec.* V. 1. 6. Hominem ad forum *juſſi* opperiri. *Phorm.* IV. 2. 9. Ita ut tu *juſſi*, ſoli credita eſt. *Eun.* V. 1. 15. Factum eſt, quod *juſſi*, Demea. *Adelph.* V. 9. 1. Herus me *juſſit* Pamphilum hodie obſervare. *And.* II. 5. 1. Nam quod peperiſſet, *juſſit* tolli. *And.* III. 1. 6. Orare *juſſit*, ſi ſe ames, hera, jam ut ad ſe venias. *And.* IV. 2. 4. Domum, ita ut *juſſit* frater, deducam. *Eun.* II. 3. 72. *Juſſit* me ad ſe arceſſier. *Eun.* III. 3. 4. Philumenam ad ſe arceſſi hic *juſſit.* *Hec.* III. 5. 16. Hoc te mihi nuntiare *juſſit.* *Hec.* V. 4. 7. Quis te iſthaec *juſſit* loqui? *Phorm.* IV. 3. 34. Quid renuntiavit olim? *So.* Feciſſe id quod *juſſeram.* *Heaut.* IV. 1. 48. Quia dudum tu tantopere *juſſeras*, eo coepi. *Heaut.* IV. 5. 38. Et quidem *jubebit* poſci? *Heaut.* IV. 5. 27. Quod is *jubebit*, faciam. *Phorm.* V. 8. 57. Arceſſi *jube.* *And.* III. 3. 14. *Jube* ſolvi, obſecro. *And.* V. 4. 52. *Jube*, mihi denuo reſpondeat. *Eun.* IV. 4. 24. Comprehendi *jube*, quantum poteſt. *Eun.* V. 1. 20. *Jube* hunc abire hinc aliquo. *Heaut.* III. 3. 24. Quaeſo! *jube*, maneat. *Heaut.* IV. 4. 15. Immo filium *jube* potius. *Heaut.* IV. 5. 52. Lectulos *jube* ſterni nobis. *Adelph.* II. 4. 21. Hanc in horto maceriam *jube* dirui. *Adelph.* V. 7. 10. *Jube* nunc jam dinumeret illi Babylo viginti minas. *Adelph.* V. 7. 16. Si ſanus ſies, *jube* illam redire. *Hec.* III. 5. 44. Argentum rurſum *jube* reſcribi, Phormio. *Phorm.* V. 7. 29. Heus! *jubete* iſtos ſoras exire, quos juſſi, ocius. *Eun.* III. 2. 16. Paravi, ut *jubeam* arceſſi. *And.* IV. 4. 2. Pro illo *jubeam* me illuc deducier. *Eun.* III. 5. 24. Qui ſcit; an, quae *jubeam*, ſine vi faciat? *Eun.* IV. 7. 20. Ni me quaerere in malo *jubeas* crucem? *Phorm.* III. 3. 11. Militem rogat, ut illum admitti *jubeat.* *Eun.* IV. 1. 4. Egone? ut Thaidi me dedam, & faciam quod *jubeat.* *Eun.* V. 8. 2. Ut rogem, quod tempus conveniundi patris me capere *jubeat?* *Phorm.* V. 4. 9. Faciam, ut *juſſeris.* *Eun.* I. 2. 94. Miror, continuo non *juſſiſſe* abripi me. *Heaut.* V. 2. 48. Dic *juſſiſſe* te. *Hec.* III. 5. 16. Tantum *juſſus* ſum. *Phorm.* IV. 4. 2. Proximo

Digitized by Google

J U
J U

mo *juſſa* eſt dari, ut? quod tu vetas. *Phorm.* II. 3. 69.

SYNTAXIS. *Jubere aliquem ſalvere. Lex jubet.*

JUDEX.

Tu es *judex*. *Heaut.* II. 3. 111. Ubi eſt Phaedria, *judex* noſter? *Phorm.* V. 8. 66. An quiſquam *judex* eſt, qui poſſit noſcere tua juſta? *Phorm.* II. 1. 40. Vobis corrigemus, te *judice* ipſo. *Hec.* II. 2. 13. Vos eritis *judices*. *Adelph.* Prol. 4. Quam iniqui ſunt patres in omnes adoleſcentes *judices*! *Heaut.* II. 1. 1. Noſtrane ea culpa eſt, an *judicum*? *Phorm.* II. 1. 45. Dilucide expedivi; quibus me oportuit *judicibus*. *Phorm.* II. 3. 53. Ad *judices* veniemus. *Phorm.* I. 2. 79. Poſtquam ad *judices* ventum eſt. *Phorm.* II. 1. 52.

SYNTAXIS. *Te judice. Expedire rem judicibus Iniquus judex in alterum. Ad judices venire. Tu eris judex.*

JUDICIUM.

Cras eſt mihi *judicium*. *Eun.* II. 3. 47. Veſtrum *judicium* fecit. *Heaut.* Prol. 12. Ejus *judicio* permitto omnia. *Phorm.* V. 8. 56. Magiſtratus adi, *judicium* de eadem cauſa iterum ut reddant tibi. Soli licet bis *judicium* adipiſcier. *Phorm.* II. 3. 57. & 59. Vi coactum te eſſe invitum, lege, *judicio*. tenes? *Phorm.* I. 4. 37.

SYNTAXIS. *Eſt mihi judicium. Tuum judicium facie. Permittere rem judicio alterius. Reddere alicui judicium. Adipiſci judicium. Judicio cogi.*

JUDICO.

Te laudo, & fortunatam *judico*. *Heaut.* II. 4. 1. Abi: virum te *judico*. *Adelph.* IV. 2. 25. Mea quidem ſententia *judico*, Syrum fieri eſſe aequom liberum. *Adelph.* V. 9. 3. Niſi illos ex tuo ingenio *judicas*. *Heaut.* V. 1. 7. Demea, haec male *judicas*. *Adelph.* I. 2. 20. Hominem maxumi pretii te eſſe, hodie animo *judicavi* meo. *Adelph.* V. 6. 4. Ex aliarum ingeniis nunc me *judicet*. *Eun.* I. 2. 118. Id ita eſſe, vos jam *judicare* poteritis. *Eun.* Prol. 29. Tun' proſpicere, aut *judicare* noſtram in rem quod ſit, potes? *Hec.* IV. 1. 34.

SYNTAXIS. *Judicare aliquem virum. Sententia ſua judicare rem eſſe aequam. Alterum judicare ex ſuo ingenio. Male judicare aliquid. Judicare aliquid animo ſuo.*

JUGULO.

Suo ſibi hunc gladio *jugulo*. *Adelph.* V. 8. 35. Papae! *jugularas* hominem. *Eun.* III. 1. 27.

JUNCEUS, A, UM.

Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura *junceas*. *Eun.* II. 3. 24.

JUNGO.

Unaque nos ſibi opera amicos *junget*. *Hec.* V. 2. 32.

JUNO.

Juno Lucina, fer opem! ſerva me, obſecro! *And.* III. 1. 15. *Adelph.* III. 4. 41.

JUPITER.

Ut, Syre, te magnus perdat *Jupiter*! *Adelph.* IV. 6. 2. At ita me ſervet *Juppiter*! *Phorm.* V. 3. 24. *Jovem* quo pacto. Danaae miſiſſe ajunt in gremium imbrem aureum. *Eun.* III. 5. 36. O *Jupiter*! quid ego audio? *And.* III. 1. 6. Prô *Juppiter*! *And.* IV. 3. 17. *Eun.* III. 5. 2. O *Juppiter*! *And.* V. 4. 27. *Heaut.* IV. 3. 12. *Juppiter* magne! *Eun.* IV. 4. 42. O *Juppiter*! quae illaec turba eſt? *Eun.* V. 5. 4. O *Juppiter*! ſerva obſecro haec nobis bona. *Eun.* V. 9. 18. O *Jupiter*! ubinam eſt fides? *Heaut.* II. 3. 15. O *Juppiter*! tantamne eſſe in animo inſcitiam! *Heaut.* IV. 1. 17. Prô *Juppiter*! tu homo adigis me ad inſaniam. *Adelph.* I. 2. 31. Prô ſupreme *Juppiter*! minime miror, qui. *Adelph.* II. 1. 42. Prô *Juppiter*! hominis ſtultitiam! *Adelph.* III. 3. 12. O *Juppiter*! iſtoccine pacto oportet? *Adelph.* IV. 7. 13. O *Juppiter*! hanccine vitam! *Adelph.* IV. 7. 39. Prô *Juppiter*: clamorem audio. *Hec.* III. 1. 37. O *Juppiter*! Dî nos reſpiciunt! *Phorm.* V. 3. 33. Ut ajunt Minervam eſſe ex *Jove*. *Heaut.* V. 4. 13.

JURGIUM.

Miles tendere. inde ad *jurgium*. *Eun.* IV. 1. 12. Porto hoc *jurgium* ad uxorem. *Hec.* III. 5. 63. Adortus *jurgio* fratrem apud forum. *Adelph.* III. 3. 50. De *jurgio* ſiletur. *Phorm.* V. 2. 13.

JURGO.

Cedo, quid *jurgabit* tecum? *And.* II. 3. 15. Credo jam, ut ſolet, *jurgabit*. *Adelph.* I. 1. 55. Cum Davo egomet vidi *jurgantem* ancillam. *And.* V. 1. 19.

JURO.

Qui ſine hac *jurabat* ſe unum numquam victurum diem. *Adelph.* III. 2. 34. Vel hic Pamphilus *jurabat* quoties Bacchidi! quam ſancte! *Hec.* I. 1. 3. Fidem dans, *jurans* ſe illam ducturum domum. *Adelph.* III. 4. 27.

JUS.

Jus ſummum ſaepe ſumma malitia eſt. *Heaut.* IV. 5. 48. Quod vos *jus* cogit, id voluntate impetret. *Adelph.* III. 4. 44. Virginem vitiaſti, quam te *jus* non fuerat tangere. *Adelph.* IV. 5. 52. Qui minus mihi idem *jus* aequom eſt eſſe? *Adelph.* V. 3. 15. Si *jus*, ſi fas eſt. *Hec.* III. 3. 27. Anne hoc adipiſcar, quod *jus* publicum eſt? *Phorm.* II. 3. 65. Si vim faciet, in *jus* ducito hominem. *Eun.* IV. 6. 30. Qui neque *jus*, neque bonum, atque aequum ſciunt? *Heaut.* IV. 1. 29. Ego meum *jus* perſequar. *Adelph.* II. 1. 9. Suum *jus* poſtulat. *Adelph.* II. 1. 47. Etſi ſcio, meum *jus* eſſe, ut te cogam. *Hec.* II. 2. 1. In *jus* ambula. *Ph.* In *jus*! *Phorm.* V. 7. 43. In *jus* eamus. *Ph.* In *jus*? *Phorm.* V. 7. 88. Quo *jure*, quaque injuria. *And.* I. 3. 9. Ut cum velit tibi *jure* iraſci, non queat. *And.* II. 3. 20. Hoc confiteor, *jure* mihi obtigiſſe. *And.* III. 5. 2. Non neceſſe habeo omnia pro meo *jure* agere. *Adelph.* I. 1. 27. Si nunc de tuo *jure* conceſſiſſes paululum. *Adelph.* II. 2. 9. Eodem ut *jure* uti ſenem liceat, quo *jure* ſum uſus adoleſcentior. *Hec.* Alt. Prol. 2. & 3.

Digitized by Google

Syntaxis. *Jus ſummum. Mihi idem jus tecum eſt. Jus & fas. Jus publicum. Ducere aliquem in jus. Neſcire jus. Jus ſuum perſequi. poſtulare. Jus meum eſt. In jus ambula. Ire in jus. Quo jure, quaque injuria. Omnia pro ſuo jure agere. Uti jure ſuo.*

Jus. *Liquor.*

Quo pacto ex *jure* heſterno panem atrum vorent. *Eun.* V. 4. 17.

Jusjurandum.

Si forte opus ſit ad herum *jusjurandum* mihi. *And.* IV. 3. 13. *Jusjurandum* dabitur. *Adelph.* II. 1. 11. Quem neque fides, neque *jusjurandum* repreſſit. *Adelph.* III. 2. 8. Dixit, *jurijurando* meo ſe fidem habuiſſe. *Hec.* V. 4. 30. Dabo *jusjurandum*, nihil eſſe iſtorum, tibi. *Hec.* IV. 4. 75. Aliud ſi ſcirem, qui firmare meam apud vos poſſem fidem, ſanctius quam *jusjurandum*. *Hec.* V. 1. 24. Iſtuc *jusjurandum* idem polliceare illis. *Hec.* V. 1. 27.

Justitia.

Ut meae ſtultitiae in *juſtitia* tua ſit aliquid praeſidî. *Heaut.* IV. 1. 33.

Justus, a, um.

A parvulo ut ſemper tibi apud me *juſta* & clemens fuerit ſervitus, ſcis. *And.* I. 1. 9. Cauſam hanc *juſtam* eſſe, animum inducite. *Heaut.* Prol. 41. Bonam atque *juſtam* rem oppido imperas, & factu facilem. *Heaut.* IV. 3. 26. *Juſtam* illam cauſam, facilem, vincibilem, optumam? *Phorm.* I. 4. 49. Eho! nonne haec *juſta* tibi videntur poſtea? *Adelph.* IV. 5. 26. Quia non *juſta*, injuſta prorſus omnia, omnino obſequor. *Adelph.* V. 9. 33. Qui poſſit noſcere tua *juſta*? *Phorm.* II. 1. 50. Quae cauſa eſt *juſtiſſima*. *Phorm.* IV. 4. 29.

Juvo.

Id demum *juvat*, ſi. *Adelph.* II. 3. 2. Qui ſic ſunt, haud multum heredem *juvant*. *Hec.* III. 5. 10. Crede inquam mihi, aut conſilio, aut re *juvero*. *Heaut.* I. 1. 34.

L.

Labasco.

L*Abaſcit*, victus uno verbo. *Eun.* I. 2. 98. *Labaſcit*. *Adelph.* II. 2. 31.

Labefacio.

Omnes dentes *labefecit* mihi. *Adelph.* II. 2. 36.

Labefacto.

Ita me video ab ea aſtute *labefactarier*. *Eun.* III. 3. 3.

Labia.

Adcurrit ad me, incurvus, tremulus, *labiis* demiſſis, gemens. *Eun.* II. 3. 44.

Labor *vel* Labos.

Quibus eſt alicunde aliquis objectus *labos*. *Hec.* III. 1. 6. Ut aliqua pars *laboris* minuatur mihi. *Heaut.* Prol. 42. Si quid *laboris* eſt, nollem. *Heaut.* I. 1. 30. Sine me, vacivom tempus ne quod duim mihi *laboris*. *Heaut.* I. 1. 39. Meo *labori* haud parcens. *Hec.* II. 1. 29. Ex eo nunc miſera quem capit *laborem*! *And.* IV. 3. 5. Nonne te miſeret mei? tantum *laborem* capere ob talem filium? *And.* V. 2. 29. Non convenit, qui illum ad *laborem* impulerim, me ipſum fugere. *Heaut.* I. 1. 113. Spe incerta, certum mihi *laborem* ſuſtuli. *Hec.* Alt. Prol. 9. *Laborem* inanem ipſus capit. *Hec.* III. 2. 9. Ita ut ingenium eſt hominum ab *labore* proclive ad lubidinem. *And.* I. 1. 51. Ejus *labore*, atque ejus dolore, gnato ut medicarer tuo. *And.* V. 1. 12. *Labore* alieno magnam partam gloriam verbis ſaepe in ſe tranſmovet. *Eun.* III. 1. 9. Ne adſidue agendi ſint mihi, cum *labore* maxumo. *Heaut.* Prol. 40. *Labore* inventa mea cui dem bona. *Heaut.* IV. 7. 13. Ut ſerves, quod *labore* invenerit. *Heaut.* V. 4. 17. Hoc fructi pro *labore* ab his fero, odium. Ille alter ſine *labore* patria potitur commoda. *Adelph.* V. 4. 16. & 17. Ita eos meo *labore* eductos maxumo, hic fecit ſuos, paullo ſumtu. *Adelph.* V. 4. 21. Poëtam reſtitui in locum, prope remotum ab *labore*. *Hec.* Alt. Prol. 15. Sine *labore* hanc gratiam, te, ut ſibi des pro illa, nunc rogat. *Hec.* III. 3. 30. Haud exiſtumans, quanto *labore* partum. *Phorm.* I. 1. 12. Omnes mihi *labores* fuere, quos cepi, leves. *Heaut.* II. 4. 19.

Syntaxis. *Objicitur mihi labos. Haud parcere labori ſuo. Capere laborem. Ad laborem impellere aliquem. Laborem ſibi tollere. Labor alienus. maximus. Labore invenire bona. Fructum pro labore ferre. Sine labore potiri commoda. Removeri ab labore. Labor levis.*

Laboriosus, a, um.

Si qua *laborioſa* eſt, ad me curritur: ſin lenis, ad. *Heaut.* Prol. 44. Vel me haec deambulatio, quam non *laborioſa*, ad languorem dedit! *Heaut.* IV. 6. 3.

Laboro.

Laborat e dolore. *And.* I. 5. 33. At iſtos raſtros interea tamen adpone: ne *labora*. *Heaut.* I. 1. 37. Illi de me ſupplicium dabo: *laborans*, quaerens. *Heaut.* I. 1. 87.

Labrum.

Hem! vide, ut diſcidit *labrum*. *Adelph.* IV. 2. 20.

Lacero.

Ne cujuſquam miſereat: quin ſpolies, mutiles, *laceres*. *Hec.* I. 1. 8. Vah! quibus illum *lacerarem* modis. *Adelph.* III. 2. 17.

Lacesso.

Phormionem, qui volet, *laceſſito*. *Phorm.* V. 8. 38. Vetus ſi Poëta non *laceſſiſſet* prior. *Phorm.* Prol. 14. Is ne erret, moneo, & deſinat *laceſſere*. *Eun.* Prol. 16. Hic reſpondere voluit, non *laceſſere*. *Phorm.* Prol. 20.

Laches.

Laches, & diligentiam voſtram, & benignitatem novi. *Hec.* II. 2. 21. Haud equidem dico, mi *Laches*. *Hec.* II. 1. 35. *Alibi.*

Lacruma.

Hinc illae *lacrimae*! *And.* I. 1. 99. *Lacrumae* confictae dolis: *And.* III. 3. 26. Homini

illico

Digitized by Google

illico *lacrumae* cadunt, quaſi puero, gaudio. *Adelph.* IV. 1. 21. Ipſa horrida: *lacrumae*, veſtitus turpis. *Phorm.* I. 2. 57. Ignarum cenſes tuarum *lacrumarum* eſſe me? *Hec.* IV. 4. 53. *Lacrumas* excuſſit mihi. *Heaut.* I. 1. 115. Hera, *lacrumas* mitte. *Adelph.* III. 2. 37. *Lacrumis* opplet os totum ſibi. *Heaut.* II. 3. 65. Ut ne reſtinguas, *lacrumis* ſi exſtillaveris. *Phorm.* V. 7. 82.

Syntaxis. *Lacrumas excutere alicui. Mittere lacrumas. Lacrumis opplere os totum ſibi. Exſtillare lacrumis.*

Lacrumo.

Oh! *lacrumo* gaudio. *Adelph.* III. 3. 55. *Lacrumo*, quae poſthac futura eſt vita, quum. *Hec.* III. 3. 45. Quid *lacrumas*? *Adelph.* IV. 5. 45. Quid tu igitur *lacrumas*? *Hec.* III. 2. 20. Virgo ipſa *lacrumat*. *Eun.* IV. 3. 17. Num id *lacrumat* virgo? *Eun.* V. 1. 13. Eheu! *Ch.* Ne *lacruma*. *Heaut.* I. 1. 32. Nequeo, quin *lacrumem* miſer. *Hec.* III. 3. 25. Repperi, qui det, neque *lacrumet*. *Phorm.* III. 2. 37. Virgo conſciſſa veſte *lacrumans* obticet. *Eun.* V. 1. 4. Venit ipſus ultro, *lacrumans*, orans, obſecrans. *Adelph.* III. 4. 26. Corripui illico me inde *lacrumans*. Ad genua accidit, *lacrumans* miſera. *Hec.* III. 3. 17. & 19. Intervenit adoleſcens quidam *lacrumans*. *Phorm.* I. 2. 42.

Syntaxis. *Gaudio lacrumare. Quid lacrumas? Ad genua accidit lacrumans.*

Lacrymula.

Una mehercle falſa *lacrymula* reſtinguet. *Eun.* I. 1. 22.

Lacto.

Sollicitando, & pollicitando eorum animos *lactas*? *And.* V. 4. 9. Niſi me *lactaſſes* amantem, & falſa ſpe produceres? *And.* IV. 1. 24.

Lacus.

Apud ipſum *lacum* eſt piſtrilla. *Adelph.* IV. 2. 44. Perreptavi uſque omne oppidum: ad portam, ad *lacum*: quo non? *Adelph.* IV. 6. 3.

Laedo.

Minos multo audacter, quam nunc *laedit*, laederet. *Phorm.* Prol. 11. Reſponſum, non dictum eſſe, quia *laeſit* prior. *Eun.* Prol. 6. Minus multo audacter *laederet*. *Phorm.* Prol. 11. Qui placere ſe ſtudeat bonis, & minime multos *laedere*. *Eun.* Prol. 2. Si perget *laedere* ita, ut facere inſtituit. *Eun.* Prol. 18. Placidus, nulli *laedere* os, adridere omnibus. *Adelph.* V. 4. 10.

Laetitia.

Quae mihi aegritudinem adferat: tanta haec *laetitia* oborta eſt. *Heaut.* IV. 3. 2. Ut hanc *laetitiam* nec opinanti primus ei objicerem domi. *Heaut.* I. 2. 12. Syre mi; obſecro, ne me in *laetitiam* fruſtra conjicias. *Heaut.* II. 3. 51. Quantam obtuli adventu meo *laetitiam* Pamphilo hodie! *Hec.* V. 3. 18. Hunc diem cupio, ut coepi, perpetuum in *laetitia* degere. *Adelph.* IV. 1. 6.

Laetor.

Iſtuc tibi ex ſententia tua obtigiſſe *laetor*. *Heaut.* IV. 3. 5. Ut ego nunc non tam meapte cauſa *laetor*, quam illius. *Heaut.* IV. 3. 9. Haec tot gaudia illi contigiſſe *laetor*. *Hec.* V. 3. 35. Ut quiſquam amator nuptiis *laetetur*. *Hec.* V. 3. 37.

Laetus, a, um.

Laetus eſt, neſcio quid. *And.* II. 2. 3. Quid geſtiam, aut quid *laetus* ſim. *Eun.* III. 5. 7. Quid hic *laetus* eſt? *Eun.* V. 9. 4. *Laetus* eſt de amica. *Adelph.* II. 2. 44. *Laetus* ſum, fratri obtigiſſe, quod volt. *Phorm.* V. 4. 1. Gnatus quod ſe adſimulat *laetum*, id dicis? *Heaut.* V. 1. 15. Concurrunt *laeti* mi obviam cupedinarii. *Eun.* II. 2. 25. Ain' tu? *laeta* eſt? *Eun.* III. 1. 2. *Laeta* vero ad ſe abducit domum. *Eun.* III. 5. 28. Illico omnes ſimul *laetae* exclamant, venit! *Hec.* III. 3. 8. Nihil vidi quidquam *laetius*. *Adelph.* III. 3. 12.

Lamentor.

Quia tum mihi *lamentari* praeter caeteras viſa eſt. *And.* I. 1. 94. Modo vidi virginem miſeram, ſuam matrem *lamentari* mortuam. *Phorm.* I. 2. 46.

Lampas.

Miſſa haec face; hymenaeum, turbas, *lampadas*, tibicinas. *Adelph.* V. 7. 9.

Lana.

Anus ad *lanam* redit. *Heaut.* II. 3. 37. *Lana* ac tela victum quaeritans. *And.* I. 1. 48.

Languor.

Vel me haec deambulatio, quam non laborioſa, ad *languorem* dedit! *Heaut.* IV. 6. 3.

Lanius.

Concurrunt laeti mi obviam, cupedinarii omnes, cetarii, *lanii*. *Eun.* II. 2. 26.

Lapis.

Ubi poſſem perſentiſcere, ni eſſem *lapis*? *Heaut.* V. 1. 44. Tu, inquam, mulier, quae me omnino *lapidem*, non hominem putas. *Hec.* II. 1. 17. Hei, quid ſtas? *lapis*! *Heaut.* IV. 7. 3.

Large.

Principio & habet quod det, & dat nemo *largius*. *Eun.* V. 9. 48.

Largior.

De te *largitor*, puer. *Adelph.* V. 8. 17. Ex adſentando, indulgendo, & *largiundo*. *Adelph.* V. 9. 31.

Largitas.

Quae iſtaec ſubita eſt *largitas*? *Adelph.* V. 9. 28. Vehemens in utramque partem es nimis, aut *largitate* nimia, aut parſimonia. *Heaut.* III. 1. 32.

Lascivia.

Qui nunc luxuria, & *laſcivia* diffluit. *Heaut.* V. 1. 72.

Lassus, a, um.

Animus *laſſus*, cura confectus, ſtupet. *And.* II. 1. 4. Vigilabis *laſſus*. *And.* II. 1. 15. *Laſſam* oppido tum eſſe ajebant. *Hec.* II. 1 41.

Later.

Purgem me? *laterem* lavem. *Phorm.* I. 4. 9.

Latinus, a, um.

Latini Phormionem nominant. *Phorm.* Prol. 27. Ex Graecis bonis *Latinas* fecit non bonas. *Eun.* Prol. 8. Eas fabulas

Digitized by Google

factas prius *Latinas*, ſciſſe ſe, id vero pernegat. *Eun.* Prol. 34. Dum facit paucas *Latinas*. *Heaut.* Prol. 18.

LATUS.

Triumpho, ſi licet me *latere* tecto abſcedere. *Heaut.* IV. 2. 5.

LAUDO.

Laudo. *And.* II. 6. 12. *Eun.* II. 2. 48. *Phorm.* I. 2. 90. Non *laudo*. *And.* II. 6. 24. Eu noſter! *laudo*. *Eun.* I. 2. 74. Quidquid dicunt, *laudo*: id rurſum ſi negant, *laudo* id quoque. *Eun.* II. 2. 20. Aedepol, mea te Antiphila, *laudo*. *Heaut.* II. 4. 1. In loco ego vero *laudo*. *Heaut.* III. 2. 27. Nunc *laudo* te, gnate. *Heaut.* V. 5. 21. *Laudo*, Cteſipho: patriſſas. *Adelph.* IV. 2. 25. Amoque, & *laudo*, & vehementer deſidero. *Hec.* III. 5. 38. *Laudo* hunc. *Phorm.* II. 1. 55. Mihi illam *laudas*? *Eun.* V. 9. 23. Eho! *laudas* quaeſo, heros qui fallunt? *Heaut.* III. 2. 26. *Laudas*? *Adelph.* IV. 2. 26. Scelus quemnam hic *laudas*? *And.* V. 2. 4. Aut ſi *laudas*, te ut male urat. *Eun.* III. 1. 48. Numquid habes, quod contemnas? tacent: ſatis *laudant*. *Eun.* III. 2. 23. Gaudebat: me *laudabat*. *Phorm.* IV. 2. 5. *Laudabis*. *Heaut.* II. 3. 133. Si *laudabit* haec illius formam: tu hujus contra. *Eun.* III. 1. 53. Quid ego ejus tibi nunc faciem praedicem, aut *laudem*? *Eun.* III. 5. 17. Quid commemorem primum, aut *laudem* maxume? *Eun.* V. 9. 14. Quid ego nunc te *laudem*? *Adelph.* II. 3. 3. Uno ore omnia bona dicere, & *laudare* fortunas meas. *And.* I. 1. 70. Ah, vereor coram in os te *laudare* amplius. *Adelph.* II. 4. 5. Ego in hac re nihil reperio, quamobrem *lauder* tantopere. *Adelph.* IV. 3. 1. *Laudarier* te audit libenter. *Adelph.* IV. 1. 19.

SYNTAXIS. *Non laudo. In loco laudare rem. Taces, ſatis laudas. Laudare fortunas alterius. In os laudare aliquem.*

LAVO.

It, *lavit*, redit. *Eun.* III. 5. 45. Dum *lavamus*. *Eun.* III. 5. 47. Si voles, *lavato*. *Eun.* III. 5. 48. Purgem me? laterem *lavem*. *Phorm.* I. 4. 9. Nunc primum fac, iſthaec ut *lavet*. *And.* III. 2. 7. Continuo haec adornant, ut *lavet*. *Eun.* III. 5. 34. Illa ſi jam *laverit*, mihi nuntia. *Heaut.* IV. 1. 5. Ubi nos *laverimus*. *Eun.* III. 5. 48. Arceſſitur *lavatum* interea virgo. *Eun.* III. 5. 44. Abeunt *lavatum*. *Eun.* III. 5. 52. Ea *lavatum* dum it. *Heaut.* IV. 1. 42. Unctum atque *lautum* e balneis. *Phorm.* II. 2. 25. Venias nunc precibus *lautum* peccatum tuum? *Phorm.* V. 7. 80.

LAUS.

Laudin' an vitio duci id factum oporteat. *Adelph.* Prol. 5. Tu nunc tibi id *laudi* ducis? *Adelph.* I. 2. 25. Utrum ſtudione id ſibi habet, an *laudi* putat fore? *Adelph.* III. 3. 28. Hoc *laudi* eſt. hoc vitio datur. *Adelph.* III. 3. 64. Ita facillume ſine invidia *laudem* invenias. *And.* I. 1. 39. Quantam, & quam veram *laudem* capiet Parmeno? *Eun.* V. 4. 3. In mea vita tu tibi *laudem* is quaeſitum. *Heaut.* II. 3. 74. Quod illi maledictum vehemens eſſe exiſtumant, eam *laudem* hic ducit maximam. *Adelph.* Prol. 18. Sibi vero hanc *laudem* relinquunt. *Hec.* III. 5. 11.

LAUTE.

Facete, lepide, *laute*: nihil ſupra. *Eun.* III. 1. 37. *Laute* munus adminiſtraſti tuum. *Adelph.* V. 1. 2.

LAUTUS, A, UM.

Omnes te in *lauta* & bene aucta parte putant. *Heaut.* IV. 5. 50. Hoc *lautum* eſt parum. *Adelph.* III. 3. 71.

LECTULUS.

Lectulos jube ſterni nobis. *Adelph.* II. 4. 21. *Lectulos* in ſole ilignis pedibus faciundos dedit. *Adelph.* IV. 2. 46.

LECTUS.

Huc eſt intro latus *lectus*; veſtimentis ſtratus eſt. *Heaut.* V. 1. 30. Deinde eam in *lectum* illae conlocant. *Eun.* III. 5. 45. Ut triduo hoc e *lecto* nequeat ſurgere. *Adelph.* IV. 1. 4. Video, alios feſtinare, *lectos* ſternere. *Heaut.* I. 1. 73.

LECTUS, A, UM.

Accipe. hem! (argentum) *lectum* eſt: conveniet numerus. *Phorm.* I. 2. 3.

LEMNOS.

Fructum, quem *Lemni* uxoris reddunt praedia. *Phorm.* IV. 3. 75. Cujus vir uxorem *Lemni* habuit aliam. *Phorm.* V. 7. 49. Haeccine erant itiones crebrae, & manſiones diutinae *Lemni*? *Phorm.* V. 8. 24. Evenit iter, illi in *Lemnum* ut eſſet. *Phorm.* I. 2. 16. Quid? qua profectus cauſa hinc es *Lemnum*? *Phorm.* IV. 1. 1. Cum ejus conſuevit olim matre in *Lemno* clanculum. *Phorm.* V. 6. 33. In *Lemno* clam te uxorem duxit. *Phorm.* V. 8. 15.

LENIO.

Pro ſe quiſque ſedulo faciebat, quo illam mihi *lenirent* miſeriam. *Heaut.* I. 1. 75.

LENIS, E.

Si qua laborioſa eſt, ad me curritur: ſin *lenis* eſt, ad alium defertur gregem. *Heaut.* Prol. 45. Ut ſciat *lenem* patrem illum factum me eſſe acerrimum. *Phorm.* II. 1. 32. Qui me tam *leni* paſſus eſt animo uſque adhuc. *And.* I. 5. 27. Si te tam *leni* & victo animo eſſe oſtenderit. *Heaut.* III. 1. 29. Quemquamne animo tam communi eſſe, aut *leni* putas? *Heaut.* V. 1. 39. Ego ſum animo *leni* natus. *Hec.* II. 2. 28. Ingenio te eſſe in liberos *leni* puto. *Heaut.* I. 1. 99. Aſperum (vinum,) pater, hoc eſt; aliud *lenius* ſodes vide. *Heaut.* III. 1. 50.

SYNTAXIS. *Comoedia lenis. Lenis pater. Leni animo pati aliquem. Leni ingenio eſſe in aliquem. Leni & victo animo eſſe. Animus communis & lenis. Lenius vinum.*

LENITAS.

Heri ſemper *lenitas* verebar quorſum evaderet. *And.* I. 2. 4. Inepta *lenitas* patris, & facilitas prava. *Adelph.* III. 3. 36.

LENO.

Avarus *leno*. *Heaut.* Prol. 39.

Leno

Leno ego ſum, at fide optuma. *Adelph.* II. 1. 7. Vah! *leno* iniqua me non volt loqui. *Sa. Leno* ſum, fateor, *Adelph.* II. 1. 33. & 34. Eia! ne parum *leno* ſies. *Phorm.* III. 2. 23. In Graeca adoleſcens eſt, qui *lenoni* eripit meretricem. *Adelph.* Prol. 8. Ea ſerviebat *lenoni* impuriſſimo. *Phorm.* I. 2. 33. Argentum accepi: tradidi *lenoni.* *Phorm.* V. 5. 1. Is pro ſua amica *lenoni* dedit. *Phorm.* V. 8. 50. Hei! metuo *lenonem.* *Phorm.* III. 2. 6. Ad *lenonem* hinc ire pergam. *Phorm.* V. 6. 7. *Leno*, audi, ſi vis, nunc jam. *Adelph.* II. 1. 30. Si tibi res ſit cum eo *lenone*, tum ſentias. *Phorm.* I. 3. 19. Ab *lenone* ipſus eripuit palam. *Adelph.* III. 2. 30.

LEPIDE.

Facete, laute, *lepide*: nihil ſupra. *Eun.* III. 1. 37.

LEPIDUS, A, UM.

Euge! jam *lepidus* vocor. Ego *lepidus* ineo gratiam. *Adelph.* V. 7. 13. & 16. O *lepidum* patrem! *And.* V. 4. 45. Ego uſa ſum benigno, & *lepide*, & comi. *Hec.* V. 3. 39. *Lepida* es. *Hec.* V. 1. 26. Ego pol tibi dabo illam *lepidam.* *Heaut.* V. 5. 16. Itan' *lepidum* tibi viſum eſt, ſcelus, nos irridere? *Eun.* V. 7. 17. O *lepidum* caput! *Adelph.* V. 9. 9. *Phorm.* III. 3. 26. Abi hinc, quo dignus, cum donis tuis tam *lepidis.* *Eun.* IV. 3. 10. Placet; pater *lepidiſſime.* *Adelph.* V. 7. 13. O capitulum *lepidiſſimum!* *Eun.* III. 3. 25.

SYNTAXIS. *Lepidus homo. pater. Lepida mulier. Lepidum caput. donum. Capitulum lepidiſſimum.*

LEPUS.

Lepus tute es, & pulpamentum quaeris? *Eun.* III. 1. 36.

LESBIA.

Lesbiam adduci jubes. *And.* I. 4. 1. Ita pol quidem res eſt, ut dixti, *Lesbia.* *And.* III. 1. 1.

LEVIS, E.

Omnes mihi labores fuere, quos cepi, *leves.* *Heaut.* II. 4. 19. Itidem mulieres ſunt ferme, ut pueri, *levi* ſententia. *Hec.* III. 1. 32. Quas antehac fecit fabulas, tenui eſſe oratione, & ſcriptura *levi.* *Phorm.* Prol. 5. Olim quidem te cauſae impellebant *leves.* *Hec.* III. 4. 12. Pueri inter ſeſe quam pro *levibus* noxiis iras gerunt! *Hec.* III. 1. 30. Sin autem eſt iratus gnatus, quod peperit uxor clam; id *leve* eſt. *Hec.* V. 2. 15. *Levia* ſunt haec, quae tu pergravia eſſe in animum induxti tuum. *Hec.* III. 1. 12. Nolo: nec *leviorem* vobis, viderier immerito. *Hec.* V. 1. 32. Quum hoc, quod *levius* eſt, tam animo iracundo tulit. *Hec.* IV. 1. 53.

SYNTAXIS. *Levis labor. Levi ſententia eſſe. Levis ſcriptura. cauſa. Leves noxiae. Id leve eſt. Homo levior. Hoc levius eſt.*

LEVO.

Sperabit ſumtum ſibi ſenex *levatum* eſſe harum abitu. *Heaut.* IV. 4. 24.

LEX.

Lex eſt, ut orbae, qui ſunt genere proxumi, eis nubant: & illos ducere eadem haec *lex* jubet. *Phorm.* I. 2. 75. & 76. Invitus feci: *lex* coëgit. Etiamne id *lex* coëgit? *Phorm.* II. 1. 6. & 8. Sed, id quod *lex* jubet, dotem daretis. *Phorm.* II. 1. 66. Id quod *lex* jubet, dotem dare. *Phorm.* II. 3. 62. Mercedem dare *lex* jubet ei, atque amittere? *Phorm.* II. 3. 67. Ut praeter civium morem atque *legem* hanc habere ſtudeat? *And.* V. 3. 9. Neque *legem* putat tenere ſe ullam. *Adelph.* I. 2. 5. Ea *lege* atque omine, ut, ſi. *And.* I. 2. 29. Ejus morte ea ad me *lege* redierunt bona. *And.* IV. 5. 4. Hac *lege* tibi meam adſtringo fidem. *Eun.* I. 2. 22. Ea *lege* hoc adeo faciam; ſi facit. *Heaut.* V. 5. 10. Ea ad hos redibat *lege* hereditas. *Hec.* I. 2. 97. Si uxorem velit, *lege* id licere facere. *Phorm.* I. 2. 66. Vi coactum te eſſe invitum, *lege*, judicio. tenes? *Phorm.* I. 4. 37. Mea *lege* utar. *Phorm.* III. 2. 48. *Lege* agito ergo. *Phorm.* V. 7. 91. Huic *leges* cogunt nubere hanc. *Adelph.* IV. 5. 18. Servom hominem cauſam orare *leges* non ſinunt. *Phorm.* II. 1. 62. Bonorum extortor, *legum* contortor! *Phorm.* II. 3. 27. Tam facillime patris pacem in *leges* conficiet ſuas. *Heaut.* V. 2. 45. Coactus *legibus*, eam uxorem ducet. *And.* IV. 4. 41. Mihi non videtur, quod ſit factum *legibus*, reſcindi poſſe. *Phorm.* II. 4. 15. An *legibus* daturum poenas dices, ſi illam ejecerit? *Phorm.* IV. 3. 21.

SYNTAXIS. *Lex jubet. cogit. Praeter morem atque legem. Nulla lex me tenet. Ea lege atque omine. Bona redeunt lege ad me. Id licet lege. Sua lege uti. Lege agere. Leges non ſinunt hoc. Legum contortor. Pacem in leges ſuas conficere. Legibus poenas dare.*

LIBENS. *vide* LUBENS.

LIBENTER.

Tuhercle cum illa, Phaedria, & *libenter* vivis: etenim bene *libenter* victitas. *Eun.* V. 9. 44. Recipimus (in gregem.) *Ch.* Ac *libenter.* *Eun.* V. 9. 56. Laudarier te audis *libenter.* *Adelph.* IV. 1. 19. Iſtos invidos Di perdant! qui haec *libenter* nuntiant. *Hec.* III. 5. 19. At nunc dicam, quod *lubenter* audias. *Phorm.* III. 2. 3.

LIBER. *Bacchus.*

Sine Cerere & *Libero* friget Venus. *Eun.* IV. 5. 6.

LIBER, A, UM.

Uſque ad necem operiere loris. *Sa.* Loris? *liber!* *Adelph.* II. 1. 28. Accede huc ad me: *liber* eſto. *Adelph.* V. 9. 13. Neutiquam officium *liberi* eſſe hominis puto. *And.* II. 1. 30. Dolet, dictum imprudenti adoleſcenti, & *libero.* *Eun.* III. 1. 40. Quae *liberum* ſcire aequum eſt adoleſcentem. *Eun.* III. 2. 24. Judico Syrum fieri eſſe aequom *liberum.* *Adelph.* V. 9. 3. Neque vendundam cenſeo, quae *libera* eſt. *Adelph.* II. 1. 40. Principio eam eſſe dico *liberam.* *Eun.* IV. 7. 35. Phrygiam ut uxorem meam una mecum videam *liberam.* *Adelph.* V. 9. 16. Si tu illam attigeris ſecus, quam dignum eſt, *liberam.* *Phorm.* II. 3. 91. Cum in pariundo aliquot adfuerint *liberae.* *And.* IV. 4. 32. Scire eſt *liberum* inge-

nium atque animum. *Adelph.* V. 3. 42.

Liberalis, e.

Moleſtus certe ei fuero. *And.* IV. 1. 17. Is ubi *moleſtus* magis eſt. *Eun.* III. 1. 24. Quam *moleſtus*! *Heaut.* III. 3. 7. Si *moleſtus* pergis eſſe. *Adelph.* II. 1. 27. Tu *moleſtus* ne ſies. *Phorm.* IV. 3. 30. Aut dicat quod volt; aut *moleſta* ne ſiet. *Eun.* III 3. 23. Num illi *moleſtae* quidpiam hae ſunt nuptiae? *And.* II. 6. 7. Sed hoc mihi *moleſtum* eſt. *And.* I. 1. 16. Mihi *moleſtum*. *And.* II. 2. 21. Verum, ubi *moleſtum* non erit. *Eun.* III. 2. 31. Quin mihi *moleſtum* eſt. *Heaut.* III. 3. 21. Auſculta paucis, niſi *moleſtum* eſt, Demea. *Adelph.* V. 3. 20. Adhuc non *moleſta* ſunt. *Adelph.* I. 2. 42. Tamen nonnihil *moleſta* ſunt haec mihi. *Adelph.* I. 2. 62.

Molior

Dum *moliuntur*, dum comuntur, annus eſt. *Heaut.* II. 2. 11.

Mollio.

Adeon' ingenio eſſe duro te, atque inexorabili, ut neque precibus *molliri*

molliri queas? *Phorm.* III. 2. 13. Poſtquam hominem his verbis ſentio *mollirier.* *Phorm.* IV. 3. 27.

MOLLITER.

Aedepol, Syriſce, te curaſti *molliter.* *Adelph.* V. 1. 1.

MOLLITIES.

Ejiciunda hercle haec eſt *mollities* animi. *Eun.* II. 1. 16.

MOLO.

Ut, ſi te inde exemerim, ego pro te *molam.* *And.* I. 2. 29. Ibi favillae plena, fumi, ac pollinis, coquendo ſit ſaxo, & *molendo.* *Adelph.* V. 3. 61. Herus ſi redierit, *molendum* uſque in piſtrino. *Phorm.* II. 1. 19.

MOMENTUM.

Dum in dubio eſt animus, paullo *momento* huc illuc impellitur. *And.* I. 5. 31.

MONEO.

Dehinc ut quieſcant, porro *moneo.* *And.* Prol. 22. Is ne erret, *moneo.* *Eun.* Prol. 16. Sedulo *moneo*, quae poſſum, pro mea ſapientia. *Adelph.* III. 3. 73. Tamquam in ſpeculum in patinas inſpicere jubeo, & *moneo.* *Adelph.* III. 3. 75. Te ſedulo & *moneo*, & hortor, ne. *Hec.* I. 1. 7. Verum te hoc *moneo* unum. *Hec.* V. 1. 39. Bene *mones.* *And.* II. 2. 36. Niſi eum ſervas, caſtigas, *mones.* *Heaut.* III. 3. 31. Faciam, ut *mones.* *Hec.* IV. 4. 97. Una harum quaevis cauſa me, ut faciam, *monet.* *And.* V. 4. 1. Neque voce alia, ac res *monebat*, ipſa poterat conqueri. *Hec.* III. 3. 15. Curavi ambos ſedulo: docui, *monui*, bene praecepi omnia. *Adelph.* V. 9. 6. Quod modo hic nos Antiphonem *monuimus.* *Phorm.* I. 4. 44. Habeo pro illa re illum quod *moneam* probe. *And.* V. 4. 15. Facit, ut te audacter *moneam*, & familiariter. *Heaut.* I. 1. 6. Memini, tametſi nullus *moneas.* *Eun.* II. 1. 10. Neque poſtulem abs te, niſi ipſa res *moneat.* *And.* III. 3. 19. Quin res, aetas, uſus, aliquid *moneat.* *Adelph.* V. 4. 3. Vel me *monere* hoc, vel percontari puta. *Heaut.* I. 1. 26. *Monere* oportet me hunc vicinum, ut. *Heaut.* I. 1. 117. Qui harum mores cantabat mihi, *monuiſſe* fruſtra. *Heaut.* II. 3. 20.

SYNTAXIS. *Sedulo monere quem. Jubere & monere. Monere & hortari. Res monet. Audacter monere quem.*

MONITOR.

Sed hic adjutor meus, & *monitor*, & praemonſtrator. *Heaut.* V. 1. 2. O Geta *monitor*! *Phorm.* II. 1. 4. Nihil opus fuit *monitore.* *Heaut.* I. 1. 119.

MONS.

Modo non *montes* auri pollicens. *Phorm.* I. 2. 18.

MONSTRATIO.

Ut, Syre, te cum tua *monſtratione* magnus perdat Jupiter! *Adelph.* IV. 6. 2.

MONSTRO.

Scio, ubi ſit: verum hodie numquam *monſtrabo.* *Adelph.* IV. 2. 31.

MONSTRUM.

Monſtrum; etiam ultro deriſum advenit. *Eun.* V. 2. 21. Aliquid *monſtri* alunt. *And.* I. 5. 15. Eho! nonne hoc *monſtri* ſimile eſt? *Eun.* II. 3. 42. Quid iſtuc nam *monſtri* fuit? *Eun.* IV. 3. 14. *Monſtri* ſimile. *Phorm.* V. 7. 61. Taces? *monſtrum* hominis! non dicturus? *Eun.* IV. 4. 29. Poſtilla, *monſtra* evenerunt mihi! *Phorm.* IV. 4. 25.

MONUMENTUM.

Aut unde in patrium *monumentum* pervenerit. *Eun.* Prol. 13. Ciſtellam domo eſſer cum *monumentis.* *Eun.* IV. 6. 15.

MORA.

Neque iſtic, neque alibi tibi uſquam erit in me *mora.* *And.* II. 5. 9. Nunc per hunc nulla eſt *mora.* *And.* III. 4. 14. Nec *mora* ulla eſt, quin eam uxorem ducam. *And.* V. 6. 7. Ne *mora* ſit, ſi innuero, quin. *Adelph.* II. 1. 17. Sin eveniat, quod volo, in Pamphilo ut nihil ſit *morae.* *And.* I. 1. 139. Ne *morae* meis nuptiis egomet ſiem? *Adelph.* IV. 5. 78. Cupio: verum hoc mihi *morae* eſt. *Adelph.* V. 7. 6. Ut huic malo aliquam producam *moram.* *And.* III. 5. 9. Ibo, illis dicam, nullam eſſe in nobis *moram.* *Adelph.* IV. 7. 1. Nec *moram* ullam, quin ducat, dari. *Hec.* I. 2. 52. I intro: ne in *mora*, cum opus ſit, ſies. *And.* II. 5. 13. Sequere me intro, ne in *mora* illi ſis. *And.* III. 1. 9. Ut, cum opus ſit, ne in *mora* nobis ſiet. *Adelph.* III. 2. 56.

SYNTAXIS. *Nulla in me mora eſt. Non eſt mora. In te nihil eſt morae. Morae eſſe rei alicui. Moram producere rei. Eſſe in mora alicui.*

MORATUS, A, UM.

Sed quid mulieris uxorem habes? aut quibus *moratam* moribus? *Hec.* IV. 4. 22.

MORBUS.

Si forte *morbus* amplior factus ſiet. *Morbus* qui auctus ſiet. *Hec.* III. 1. 50. & 54. Male metuo, ne Philumenae magis *morbus* adgraveſcat. *Hec.* III. 2. 2. Pol me detinuit *morbus.* Rogas? ſenectus ipſa eſt *morbus.* *Phorm.* IV. 1. 8. & 9. Di boni! quid hoc *morbi* eſt? *Eun.* II. 1. 19. Quid *morbi* eſt? *Hec.* III. 1. 43. III. 2. 22. Verbum unum cave de nuptiis; ne ad *morbum* hoc etiam. *And.* I. 5. 66. Tuos eſſe illi mores *morbum* magis, quam ullam aliam rem, arbitror. *Hec.* II. 1. 42. Extemplo ejus *morbum* cognovi miſer. *Hec.* III. 3. 13. Peregre rediens ſemper cogitet, aut *morbum* filiae. *Phorm.* II. 1. 14. Alio ſuſpicans *morbo* me viſurum adfectam, ac. *Hec.* III. 3. 6.

SYNTAXIS. *Morbus amplior factus. auctus. adgraveſcit. Senectus ipſa eſt morbus. Quid morbi eſt? Hoc ad morbum. Tui mores mihi morbus ſunt. Morbo adfectus.*

MORDEO.

Principio, ſi id te *mordet.* *Adelph.* V. 3. 21. Denique par pari referto; quod eam *mordeat.* *Eun.* III. 1. 55. Invidere omnes mihi: *mordere* clanculum. *Eun.* III. 1. 21.

MORIGEROR.

Atque adoleſcenti eſſes *morigeratus?* *Adelph.* II. 2. 10.

MORIGERUS, A, UM.

Seu tibi *morigera* fuit in rebus

Digitized by Google

bus omnibus. *And.* I. 5. 59.

MORIOR.

Chryſis vicina haec *moritur.* *And.* I. 1. 78. In Imbro *moritur* cognatus ſenex. *Hec.* I. 2. 96. Is ibi *mortuus* eſt. *And.* V. 4. 25. Quam pridem pater mihi & mater *mortui* eſſent. *Eun.* III. 3. 12. Mater mea illic *mortua* eſt nuper. *Eun.* I. 2. 50. Ea *mortua* eſt. *Heaut.* III. 3. 41. Ejus anuis cauſa, opinor, quae erat *mortua.* *Heaut.* II. 3. 46. Per ejus unam, ut audio, aut vivam, aut *moriar*, ſententiam. *Phorm.* III. 1. 19. Si *moreretur*, ne expers partis eſſet. *Heaut.* IV. 1. 39. Sine modo, *mori* me malim. *Eun.* I. 1. 21. *Mori* me ſatius eſt. *Eun.* IV. 7. 2. Jam ferme *moriens* me vocat. *And.* I. 5. 49. Ille tibi *moriens* nos commendavit, ſenex. *Adelph.* III. 4. 11. Verba fiunt *mortuo.* *Phorm.* V. 8. 26. Summa vi defendam hanc, atque illum *mortuum.* *Adelph.* III. 4. 47. Qui ab Orco *mortuum* me reducem in lucem feceris? *Hec.* V. 4. 12. Egone hunc ab Orco *mortuum*? *Hec.* V. 4. 35. Vidi virginem hic viciniae miſeram, ſuam matrem lamentari *mortuam.* *Phorm.* I. 2. 46.

SYNTAXIS. *Verba fiunt mortuo. Ab Orco mortuum reducem in lucem facere. Pater mihi mortuus.*

MOROR.

Quid multis *moror*? *And.* I. 1. 87. Nihil *moror.* *Eun.* I. 2. 104. Ubi vis, non *moror.* *Eun.* III. 2. 7. Egomet convivas *moror.* *Heaut.* I. 1. 120. Non *moror.* *Phorm.* IV. 5. 6. Nihil eſt, illic quod *moremur* diutius. *Heaut.* IV. 7. 6.

MORS.

Mors continuo ipſam occupat. *And.* I. 5. 62. Hanc, niſi *mors*, mihi adimet nemo. *And.* IV. 2. 14. Matrem ipſam ex aegritudine miſeram *mors* conſecuta eſt. *Phorm.* V. 1. 23. Hic hujus *mortem* tam fert familiariter. *And.* I. 1. 84. Is obiit *mortem.* *And.* I. 3. 18. Ea obiit *mortem.* *Heaut.* II. 3. 30. Non ſimulare *mortem* verbis, re ipſa ſpem vitae dare. *Heaut.* IV. 1. 23. Omnem familiam mulcavit uſque ad *mortem.* *Adelph.* I. 2. 10. Illum, ut vivat, optant: meam autem *mortem* exſpectant. *Adelph.* V. 4. 20. Cum interea ſemper *mortem* exſpectabam miſer. *Hec.* III. 4. 8. *Mortem*ve exſpectet meam. *Hec.* IV. 2. 20. Peregre rediens ſemper cogitet, aut uxoris *mortem*, aut. *Phorm.* II. 1. 14. Ea *mortem* obiit: e medio abiit. *Phorm.* V. 8. 30. Ejus *morte* ea ad me lege redierunt bona. *And.* IV. 5. 4. Jam depeciſci *morte* cupio. *Phorm.* I. 3. 14.

SYNTAXIS. *Mors occupat aegrotum. Mors conſequitur hominem ex aegritudine. Obire mortem. Familiariter ferre mortem. Mulcare quem uſque ad mortem. Mortem exſpectare. Morte depeciſci.*

MORTUUS. *vide*, MORIOR.

MOS.

Mos gerundus eſt Thaidi. *Eun.* I. 2. 108. Cujus *mos* maxume eſt conſimilis voſtrum. *Heaut.* II. 4. 13. Qui iſtic *mos* eſt, Clitipho? *Heaut.* III. 3. 1. Vah! quam vellem etiam noctu amicis operam *mos* eſſet dari. *Adelph.* IV. 1. 16. Suus cuique *mos.* *Phorm.* II. 4. 14. Moleſtus certe ei fuero; atque animo *morem* geſſero. *And.* IV. 1. 17. Ut praeter civium *morem* atque legem, hanc habere ſtudeat? *And.* V. 3. 9. Sine me in hac re gerere mihi *morem.* *Heaut.* V. 1. 74. Adoleſcenti *morem* geſtum oportuit. *Adelph.* II. 2. 6. Ut homo eſt, ita *morem* geras. *Adelph.* III. 3. 77. Qui magis *morem* gereret? *Adelph.* IV. 5. 74. Illis *morem* geſſero. *Hec.* IV. 2. 23. *Morem* antiquom, atque ingenium obtines. *Hec.* V. 4. 20. Prope adeſt, quum alieno *more* vivendum eſt mihi. *And.* I. 1. 125. *More* hominum evenit, ut. *And.* V. 6. 3. Hunccine erat aequum ex illius *more*, an illum ex hujus vivere? *Heaut.* I. 2. 29. Conveniunt *mores.* *And.* IV. 2. 13. Illi formae ut *mores* conſimiles forent. *Heaut.* II. 4. 2. Praeſertim ut nunc ſunt *mores.* *Phorm.* I. 2. 5. Ne te ignarum fuiſſe dicas meorum *morum.* *Adelph.* II. 1. 6. Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios *mores* poſtulat. *And.* I. 2. 18. Quomodo meretricum ingenia & *mores* poſſet noſcere. *Eun.* V. 4. 10. Poſtquam ei *mores* oſtendi tuos. *Eun.* V. 9. 59. Noſti *mores* mulierum. *Heaut.* II. 2. 10. Qui hatum *mores* cantabat mihi. *Heaut.* II. 3. 19. *Mores* cave in te eſſe iſtos ſentiam. *Heaut.* V. 4. 9. O Juppiter! hanccine vitam! hoſcine *mores*! *Adelph.* IV. 7. 40. Quae res tam repente *mores* mutavit tuos? *Adelph.* V. 9. 27. Ad exemplum ambarum *mores* earum exiſtimans. *Hec.* I. 2. 88. Tuos eſſe ego illi *mores*, morbum magis, quam ullam aliam rem, arbitror. *Hec.* II. 1. 42. Cujuſque *mores* toleret ſua modeſtia. *Hec.* III. 5. 28. Uxorem tuam propter meos *mores* hinc abiſſe. *Hec.* IV. 2. 2. *Mores* facile tutor. *Hec.* V. 1. 8. Uxorem his *moribus* dabit nemo. *And.* II. 3. 21. Quam multa injuſta ac prava fiunt *moribus*! *Heaut.* IV. 7. 11. Id quod eſt conſimilis *moribus.* *Heaut.* V. 3. 17. Quid mulieris uxorem habes? aut quibus moratam *moribus*? *Hec.* IV. 4. 22.

SYNTAXIS. *Morem gerere alicui. Qui iſtic mos eſt? Suus cuique mos. Praeter morem atque legem. Gerere ſibi morem. Morem antiquum obtinere. Alieno more vivere. Ex alterius more vivere. Mores conveniunt. Mores conſimiles ſunt formae. Ut nunc ſunt mores. Conſimilis eſt moribus. Hic dies alios mores poſtulat. Noſcere mores meretricum, mulierum. Iſti mores in te ſunt. Mores mutantur. Exiſtimare mores alicujus ad exemplum alterius. Tui mores mihi morbus ſunt. Mores tutari. Id fit moribus. Malis moratus moribus.*

MOVEO.

Ego iſtaec *moveo*, aut curo? *And.* V. 4. 18. Move vero ocius te, nutrix. *So. Moveo.* *Eun.* V. 3. 4. Nihil nos dos *movet.* *Heaut.* V. 1. 66. *Move* ocius te, ut. *And.* IV. 3. 16. *Move* vero ocius te, nutrix. *Eun.* V. 3. 3. Nihil *moventur* nuptiae.

Digitized by Google

M U

M U

nuptiae. *And.* III. 2. 36. Per tumultum noſter grex *motus* loco eſt. *Phorm.* Prol. 33.

MOX.

Mox ego huc revortor. *And.* III. 2. 5. *Mox* deferent puerum huc ante oſtium. *And.* III. 2. 27. Aut *mox* noctu te adigent horſum inſomnia. *Eun.* II. 1. 13. Quam *mox* irruimus? *Eun.* IV. 7. 18. De argento, ſomnium: *mox*; cras redi. *Adelph.* II. 1. 50. Hinc ad hos proviſam, quam *mox* virginem arceſſant. *Adelph.* V. 6. 1. Dum exſpecto, quam *mox* veniat. *Phorm.* I. 3. 9. Exſpecto, quam *mox* recipiat huc ſeſe Geta. *Phorm.* IV. 3. 1.

MULCO.

Omnem familiam *mulcavit* uſque ad mortem. *Adelph.* I. 2. 10. Male *mulcabo* ipſam. *Eun.* IV. 7. 4.

MULIEBRIS.

Nulla mala re eſſe expolitam *muliebri.* *Heaut.* II. 3. 48.

MULIER.

Mulier quaedam ex Andro commigravit huc viciniae. *And.* I. 1. 42. Illa temulenta eſt *mulier*, & temeraria. *And.* I. 4. 2. Tum haec ſola eſt *mulier.* *And.* II. 3. 7. Mirum vero, impudenter *mulier* ſi facit meretrix? *And.* IV. 4. 16. Aurum ſibi clam *mulier* demit. *Eun.* IV. 1. 13. Neque tu iſtum metuas ne amet *mulier.* *Eun.* V. 9. 50 Vereor, ne *mulier* me abſente hic corrupta ſit. *Heaut.* II. 2. 2. *Mulier* tibi adeſt, audin' Clinia? *Heaut.* II. 3. 2. *Mulier* telam deſerit continuo. *Heaut.* II. 3. 64. *Mulier* commoda, & faceta, & forma luculenta. *Heaut.* III. 2. 10. Mater quod ſuaſit ſua, adoleſcens *mulier* fecit. *Hec.* IV. 4. 39. *Mulier* mulieri magis congruit. *Phorm.* IV. 5 14. Ne te adoleſcens *mulier* defatiget. *Phorm.* V. 3. 11. *Mulier* ſapiens es, Nauſiſtrata. *Phorm.* V. 8. 57. Nomen *mulieris* cedo quod ſit, ut quaeratur. *Heaut.* IV. 1. 49. Me miſeret *mulieris.* *Hec.* III. 4. 32. Quid *mulieris* uxorem habes? *Hec.* IV. 4. 21. Iſtum patronum *mulieris.* *Phorm.* II. 1. 77. Fidelem haud ferme *mulieri* invenias virum. *And.* III. 1. 2. Traditus ſum *mulieri.* *Eun.* III. 5. 27. Deum ſeſe in hominem convertiſſe, fucum factum *mulieri.* *Eun.* III. 5. 41. Ubi de improviſo interventum eſt *mulieri.* *Heaut.* II. 3. 40. Non auderet haec facere viduae *mulieri.* *Heaut.* V. 1. 80. Iſtaec eadem tute dicas *mulieri.* *Adelph.* IV. 3. 8. Ut nuptae *mulieri* (meretrix) ſe oſtenderet. *Hec.* V. 1. 30. Mulier *mulieri* magis congruit. *Phorm.* IV. 5. 14. Mediam *mulierem* complectitur. *And.* I. 1. 106. Cui committas primo partu *mulierem.* *And.* I. 4. 3. Quem mercatus eſt heri, ſenem, *mulierem*? *Eun.* II. 3. 65. Illanccine *mulierem* alere cum illa familia? *Heaut.* IV. 5. 3. Eripuit *mulierem*, quam amabat. *Adelph.* I. 2. 10. Omitte *mulierem.* *Adelph.* II. 1. 18. Quia miſeram *mulierem*, & me, qui referire non audebam, vicit. *Adelph.* IV. 2. 27. Optumam quidem *mulierem.* *Adelph.* V. 9. 17. Aegram eſſe ſimulant *mulierem.* *Hec.* I. 2. 113. Nullam pol credo *mulierem* me miſeriorem vivere. *Hec.* IV. 1. 51. Cenſen' te poſſe reperire ullam *mulierem*, quae careat culpa? *Hec.* IV. 4. 40. Niſi tu properas *mulierem* abducere. *Phorm.* II. 3. 80. Abduxi *mulierem.* *Phorm.* V. 5. 1. Video filium invitum ſane *mulierem* ab ſe amittere. *Phorm.* V. 7. 27. *Mulier*, tun' adpoſuiſti hunc? *And.* IV. 4. 3. Pergin', *mulier*, odioſa eſſe? *Heaut.* V. 3. 4. Tu, inquam, *mulier*, quae. *Hec.* II. 1. 17. Vtrum me, aut hominem deputas? ſi utrumvis horum, *mulier*, umquam tibi viſus forem. *Hec.* IV. 1. 10. Si vera dicis, nihil tibi eſt a me pericli, *mulier.* *Hec.* V. 1. 9. Sed quam cito ſunt conſecutae *mulieres*! *Heaut.* II. 3. 134. Emtae *mulieres* complures. *Adelph.* II. 2. 21. Habitant hic quaedam *mulieres* pauperculae. *Adelph.* IV. 5. 13. Utin' omnes *mulieres* eadem aeque ſtudeant? *Hec.* II. 1. 2. Nae nos ſumus *mulieres* inique aeque omnes inviſae viris. *Hec.* II. 3. 1. Itidem illae *mulieres* ſunt ferme, ut pueri, levi ſententia. *Hec.* III. 1. 32. Amarae *mulieres* ſunt. *Hec.* IV. 4. 88. At pol ego amatores *mulierum* eſſe audieram eos maximos. *Eun.* IV. 3. 23. Novi ingenium *mulierum.* *Eun.* IV. 7. 42. Nolli mores *mulierum.* *Heaut.* II. 2. 10. Strepitus, clamor *mulierum* fecere, ut. *Hec.* Alt. Prol. 27. Volgus quod male audit *mulierum.* *Hec.* IV. 2. 24. Interea inter *mulieres*, quae ibi aderant, adſpicio adoleſcentulam. *And.* I. 1. 90. Deleo omnes dehinc ex animo *mulieres.* *Eun.* II. 3. 5. Eas ad *mulieres* huc intro. *Hec.* V. 1. 27. Noſtras *mulieres* ſuſpectas fuiſſe falſo nobis, in re ipſa invenimus. *Hec.* V. 2. 11.

SYNTAXIS. *Mulier temulenta. Mulier meretrix. Mulier corrupta. commoda, & faceta. Adoleſcens. Mulier mulieri magis congruit. Mulier ſapiens. Quid mulieris uxorem habes? Patronus mulieris. Mulier vidua. nupta. miſera. optima. odioſa. paupercula. ſuſpecta. inviſa viro. Volgus mulierum. Mulieres delere ex animo.*

MULIERCULA.

Potius, quam paterere filium commeare ad *mulierculam.* *Heaut.* III. 1. 35. Vinolentus *mulierculam* eam compreſſit. *Phorm.* V. 8. 28.

MULTIMODIS.

Nae iſtam *multimodis* tuam inveniri gaudeo. *And.* V. 4. 36. *Multimodis* injurius, Clitipho, es. *Heaut.* II. 3. 79. *Multimodis* cum iſthoc animo es vituperandus. *Phorm.* III. 1. 1.

MULTO. MULTUM.

Verum aliter evenire *multo* intelligit. *And.* Prol. 4. Illud mihi *multo* maximum eſt, quod. *And.* III. 2. 46. Is quaeſtus nunc eſt *multo* uberrimus. *Eun.* II. 2. 22. Certe tu quidem pol & *multo* hilarior. *Ch.* Sed Thais *multo* ante venit? *Eun.* IV. 5. 5. & 7. *Multo* omnium nunc me fortunatiſſimum factum puto eſſe, quum. *Heaut.* IV. 8. 1. Immo abeat *multo* malo quovis gentium, quam. *Heaut.* V. 1. 55.

Scio, tibi eſſe hoc gravius *multo*, ac durius, cui fit. *Heaut.* V. 2. 4. Sane hac *multo* propius ibis, & minor eſt erratio. *Adelph.* IV. 2. 41. Quo vir melior *multo* es, quam ego. *Adelph.* IV. 5. 71. *Multo* rectius eſt, quam. *Adelph.* V. 7. 22. Quaſi tu non *multo* malis narrare hoc mihi, quam. *Hec.* I. 2. 35. Maligna *multo* & magis procax facta illico eſt. Atque ea res *multo* maxime disjunxit illum ab illa. *Hec.* I. 2. 84. & 85. *Multo* melius hic quae fiunt, quam illic, ubi ſum adſidue, ſcio. *Hec.* II. 1. 20. Hae irae factae eſſent *multo* ampliores. *Hec.* III. 1. 9. *Multo* prius ſcivi, quam tu, illum amicam habere. *Hec.* IV. 1. 26. Minus *multo* audacter, quam nunc laedit, laederet. *Phorm.* Prol. 11. Incertior ſum *multo*, quam dudum. *Phorm.* II. 4. 19. Ac rebus vilioribus *multo*, tamen talenta bina. *Phorm.* V. 3. 8. Haud *multo* poſt cum patre idem recipit ſe intro denuo. *Phorm.* V. 6. 39. Atque aliquis dicat, nihil promoveris. *Multum.* *And.* IV. 1. 17. Quod des, paulium eſt: & neceſſe eſt *multum* accipere Thaidem. *Eun.* V. 9. 45. Haud *multum* a me aberit infortunium. *Heaut.* IV. 2. 1. Paullum id autem? *De.* Si *multum* fiet, tamen faciundum eſt. *Adelph.* V. 8. 27. Philotis, ſalve *multum*. *Hec.* I. 2. 7. Qui ſic ſunt, haud *multum* heredem juvant. *Hec.* III. 5. 10. Nec pol me *multum* fallit: quin. *Hec.* V. 1. 2. Non *multum* habet, quod det, fortaſſe. *Ge.* Immo nihil, niſi. *Phorm.* I. 2. 95.

MULTUS, A, UM.

Eadem haec *multi* alii in Andro tum audivere. *And.* IV. 5. 28. Qui placere ſe ſtudeat bonis quam plurimis, & minime *multos* laedere. *Eun.* Prol. 2. Niſi pol filium *multis* modis jam expecto, ut redeat domum. *Hec.* II. 3. 7. *Multae* ſunt cauſae, quamobrem cupiam abducere. *Eun.* I. 2. 65. Concurrunt *multae* opiniones, quae. *Heaut.* II. 2. 3. *Multas* contaminaſſe Graecas, dum facit paucas Latinas. *Heaut.* Prol. 17. *Multa* concurrunt ſimul. *And.* III. 2. 31. Quam *multa* injuſta ac prava fiunt moribus! *Heaut.* IV. 7. 11. *Multa* in homine, Demea, ſigna inſunt, ex quibus. *Adelph.* V. 3. 35. Sumtum admittet; *multa.* *Adelph.* V. 7. 15. *Multa* ex quo fuerint commoda. *Hec.* V. 3. 42. *Multa* advenienti, ut fit, nova hic, compluria (narrantur.) *Phorm.* IV. 3. 6. Ait tibi uxorem dare ſe hodie: item alia *multa.* *And.* II. 2. 17. Ingeram mala *multa*? *And.* IV. 1. 16. Habeo alia *multa*, quae nunc condonabitur. *Eun.* Prol. 17. Quid tibi ego *multa* dicam? *Eun.* III. 2. 43. Quid *multa* verba? amare coepi. *Eun.* III. 5. 20. Haec atque hujuſmodi ſum *multa* paſſa. *Eun.* IV. 6. 8. *Multa* fert libido. *Heaut.* III. 3. 12. Male docet te mea facilitas *multa*. *Heaut.* IV. 1. 35. Coëmiſſe, hinc quae illuc veheres, *multa*. *Adelph.* II. 2. 17. Quodnam ob factum? *De.* *Multa.* *Adelph.* V. 9. 4. Quid *multis* moror? *And.* I. 1. 87.

MUNDUS, A, UM.

Quae dum foris ſunt, nihil videtur *mundius*, nec magis compoſitum quidquam. *Eun.* V. 4. 12.

MUNEROR.

Diſciplina eſt eiſdem, *munerarier* ancillas primum. *Heaut.* II. 3. 59.

MUNUS.

Ei, credo, *munus* hoc corraditur. *Phorm.* I. 1. 6. *Munus* noſtrum ornato verbis. *Eun.* II. 1. 8. Quam hoc *munus* gratum Thaidi arbitrare eſſe? *Eun.* II. 2. 44. Lauteque *munus* adminiſtraſti tuum. *Adelph.* V. 1. 2. Hice hoc *munere* arbitrantur ſuam Thaidem eſſe. *Eun.* II. 2. 38. Quis eſt tam potens cum tanto *munere* hoc? *Eun.* II. 3. 61. Hic pro illo *munere* tibi honos eſt habitus. *Eun.* V. 7. 22. Sinam ſine *munere* a me abire? *Hec.* V. 4. 13. Geta ferietur alio *munere*. *Phorm.* I. 1. 13.

SYNTAXIS. *Munus corradere. ornare verbis. Munus gratum. Laute adminiſtrare munus. Potens cum munere. Habere alicui honorem pro munere. Sine munere abire. Ferire quem munere.*

MUSICUS, A, UM.

Nolite ſinere per vos artem *muſicam* recidere ad paucos. *Hec.* Alt. Prol. 38. Qui artem tractant *muſicam*. *Phorm.* Prol. 18. Prope jam remotum ab labore, atque arte *muſica*. *Hec.* Alt. Prol. 15. Repente ad ſtudium hunc ſe adplicaſſe *muſicum*. *Heaut.* Prol. 23. Fac periculum in literis, in *muſicis*. *Eun.* III. 2. 24.

MUSSITO.

Accipiunda, & *muſſitanda* injuria adoleſcentium eſt. *Adelph.* II. 1. 53.

MUSTELLINUS.

Hic eſt vetus, vietus, veternoſus, ſenex, colore *muſtellino*. *Eun.* IV. 4. 22.

MUTATIO.

Quid huc reditio eſt? quid veſtis *mutatio*? *Eun.* IV. 4. 4. *Mutatio* fit. *Hec.* IV. 4. 11.

MUTILO.

Quin ſpolies, *mutiles*, laceres, quemque nacta ſis. *Hec.* I. 1. 8.

MUTIO.

Nihil jam *mutire* audeo. *And.* III. 2. 25. Neque opus eſt (dicto:) adeo *mutito*. *Hec.* V. 4. 26.

MUTO.

Haud *muto* factum. *And.* I. 1. 13. De uxore, ita ut poſſedi, nihil *mutat* Chremes. *And.* V. 4. 46. Id *mutavit*, quia me immutatum videt? *And.* I. 5. 7. Quae res tam repente mores *mutavit* tuos? *Adelph.* V. 9. 27. *Muta* veſtem. *Eun.* III. 5. 61. Ut veſtem cum eo *mutem*. *Eun.* III. 5. 24. Ubi (veſtem) *mutem*? perii! *Eun.* III. 5. 62. Ibi proximum eſt, ubi *mutes*. *Eun.* III. 5. 64. Ne is *mutet* ſuam ſententiam. *And.* II. 3. 19. Nequeo exorare, cum iſto ut *mutet* fidem. *Phorm.* III. 2. 27. Haud ſcio hercle, ut homo eſt, an *mutet* animum. *De.* Hem! *mutet* autem? *Phorm.* V. 2. 9. & 10. Non, ſi queam *mutare*. *Adelph.* IV. 7. 20. Nec, qua via

Digitized by Google

via ſententia ejus poſſit *mutari*, ſcio. *Hec.* IV. 1. 54.

Syntaxis. *Mutare factum. Mutare rem. Nibil mutare. Mutare veſtem cum aliquo. Mutare ſententiam. Fidem mutare cum aliquo. Mutare animum.*

Mutus, a, um.

Quid ille? *Th. Mutus* illico. *Eun.* III. 1. 27. Tu neſcis id, quod ſcis. *Dr. Mutum* dices. *Heaut.* IV. 4. 26. Utinam aut hic ſurdus, aut haec *muta* facta ſit. *And.* III. 1. 5.

Mutuus, a, um.

Huic drachmarum argenti haec mille dederat *mutuum*. *Heaut.* III. 3. 40. Tradunt operas *mutuas*. *Phorm.* II. 1. 37.

Myconius.

Dic dum, quaeſo, es tu *Myconius*? *Hec.* V. 3. 5. Callidemidem hoſpitem *Myconium* conveni. *Hec.* III. 4. 19. *Myconium* hoſpitem dum exſpecto in arce. *Hec.* V. 3. 3.

Myrrhina.

Quo pacto hoc celem; quod me oravit *Myrrhina*. *Hec.* III. 4. 31. Cognoſſe anulum illum *Myrrhinam* gnatae ſuae fuiſſe. *Hec.* V. 3. 13. Quid ais, *Myrrhina*? heus, tibi dico. *Hec.* IV. 1. 8. *Alibi.*

Mysis.

Quis hic loquitur? *Myſis*, ſalve. *And.* I. 5. 32. Tu *Myſis*, dum exeo, parumper opperire me hic. *And.* IV. 2. 31. Eho, *Myſis*, puer hic unde eſt? quiſve huc adtulit? *And.* IV. 4. 9. *Alibi.*

N.

Nae.

Faciunt, *nae*, intelligendo, ut nihil intelligant. *And.* Prol. 17. *Nae* iſte haud mecum ſentit. *And.* II. 1. 24. *Nae* illa illum haud novit. *And.* IV. 4. 33. *Nae* tu iſtas (fores,) faxo, calcibus ſaepe inſultabis fruſtra. *Eun.* II. 2. 54. *Nae*, ille facili me utetur patre. *Nae* ille haud ſcit, quam. *Heaut.* II. 1. 5. & 10. *Nae* ego te, ſi uſus veniat, magnifice tractare poſſim. *Heaut.* III. 2. 45. *Nae* iſta hercle magnas nugas dixerit! *Heaut.* IV. 1. 8. *Nae*, ille haud ſcit, paullum lucri quantum. *Heaut.* IV. 4. 25. *Nae* me iſtuc ex te prius audiviſſe gaudeo. *Nae* ego fortunatus homo ſum! *Heaut.* IV. 6. 12. & 21. *Nae* tu propediem iſtius obſaturabere. *Heaut.* IV. 8. 28. At, *nae*, illud haud inultum, ſi vivo, ferent. *Heaut.* V. 1. 45. *Nae*, ego homo ſum infelix! *Nae*, ille continebit poſthac, ſi ſapiet, manus. *Adelph.* IV. 2. 1. & 26. *Nae* meam herus eſſe operam deputat parvi pretii. *Hec.* V. 3. 1. *Alibi.*

Naevius.

Colacem eſſe *Naevi* & Plauti, veterem fabulam. *Eun.* Prol. 25. Qui cum hunc accuſant, *Naevium*, Plautum, Ennium accuſant. *And.* Prol. 18.

Nam. Namque.

Nam in Prologis ſcribundis operam abutitur. *And.* Prol. 5. *Nam* iſthaec commemoratio, quaſi. *And.* I. 1. 16. *Nam* is poſtquam exceſſit ex ephebis: *Nam* antea qui ſcire poſſes? *And.* I. 1. 24. & 25. *Namque* hoc tempore obſequium amicos. *And.* I. 1. 40. *Nam* Andriae illi id erat nomen. *Nam* hi tres tum ſimul amabant. *And.* I. 1. 58. & 60. *Nam* ſi illum objurges. *And.* I. 1. 115. *Nam* quid ego nunc dicam de patre? ah! *And.* I. 5. 17. Quorſum *nam* iſtuc? *And.* II. 2. 24. *Nam* pol, ſi id ſciſſem, nunquam huc tetuliſſem pedem. *And.* IV. 5. 13. *Nam* quid ita? *Eun.* V. 2. 58. *Nam* quod rumores diſtulerunt malevoli. *Heaut.* Prol. 16. *Nam* uſque dum ille vitam illam colet inopem. *Heaut.* I. 1. 84. *Nam* prorſum nihil intelligo. *Heaut.* IV. 5. 28. *Namque* adoleſcens, quam minima in ſpe ſitus erit. *Heaut.* V. 2. 44. *Nam* tui ſimilis eſt probe: *nam* illi nihil vitii eſt relictum, quin. *Heaut.* V. 3. 18. & 19. *Namque* id metui. *Adelph.* II. 1. 39. *Nam* ſenex rus abdidit ſe. *Hec.* I. 2. 99. *Nam* me miſeret mulieris. *Nam* me parenti potius, quam amori obſequi oportet. *Hec.* III. 4. 32. & 34. *Nam* quod ego nunc remedium inveniam miſer! *Phorm.* I. 4. 23. *Nam* quae haec anus eſt exanimata? *Phorm.* V. 1. 5. *Saepiſſime alibi.*

Nanciscor.

Ex nuptiis tuis ſi nihil *nanciſcor* mali. *Phorm.* III. 3. 10. Piſces ex ſententia *nactus* ſum. *Adelph.* III. 3. 67. Puer quia clam te eſt natus, *nactus* (cauſam) alteram es. *Hec.* IV. 4. 59. Unde annulum iſtum *nactus*? *Hec.* V. 3. 27. Quod ſine ſumtu, ingenuam, liberalem *nactus* es. *Phorm.* I. 3. 16. Poſtquam par ingenium *nactus* eſt. *Hec.* I. 2. 95. Continuo quandam *nactus* eſt puellulam. *Phorm.* I. 2. 31. More hominum evenit, ut quod ſim *nactus* mali, prius reſciſceres tu, quam. *And.* V. 6. 3. Ubi ſiem veſtitum hunc *nactus*. *Eun.* III. 5 8. Quin ſpolies, mutiles, laceres, quemque *nacta* ſis. *Hec.* I. 1. 8.

Syntaxis. *Nanciſci malum. par ingenium. meliorem. cauſam.*

Narratio.

Narrationis incipit mihi initium. *And.* IV. 2. 26.

Narro.

Narro huic, quae dudum narraſti mihi. *And.* III. 4. 12. Virtutes *narre*. *Adelph.* IV. 1. 20. Rogat unde ſit? *narro* omnia haec. *Hec.* V. 3. 33. Non opinor, Dave. *Da.* Opinor *narras*? non recte accipis. *And.* II. 2. 30. Ab Andria eſt ancilla haec? quid *narras*? *And.* III. 1. 3. Bonum ingenium *narras* adoleſcentis. *And.* III. 1. 8. *Narras* probe. *And.* V. 6. 6. Hui! regem elegantem *narras*. *Eun.* III. 1. 18. Quid *narras*! *Eun.* IV. 4. 5. *Adelph.* III. 4. 2. *Phorm.* I. 2. 86. Bene, aedepol, *narras*. *Eun.* V. 3. 7. Nihil *narras*? *Heaut.* III. 2. 9. Mira *narras*. *Heaut.* V. 1. 23. Vigilantiam tuam tu mihi *narras*? *Adelph.* III. 3. 44. Quid, malum! bone vir, mihi *narras*? *De.* Hem! quid *narras*? *Adelph.* IV. 2. 18. & 20. Pium ac pudicum ingenium *narras* Pamphili. *Hec.* I. 2. 77. Quid mihi iſtaec *narras*? *Hec.* V. 2. 18.

Videas te, atque illum, ut *narras. Phorm.* II. 3. 21. Filium *narras* mihi? *Phorm.* II. 3. 54. Quid ergo *narras*? *Phorm.* IV. 4. 4. Neque intelliges? *De.* Tu nihil *narras. Phorm.* V. 3. 23. Quaeſo, quid *narras*? *Phorm.* V. 7. 42. Mi vir, non mihi *narras*? *Phorm.* V. 8. 13. Quid Davus *narras*? *And.* II. 6. 3. Neque pugnas *narrat*, neque cicatrices oſtentat. *Eun.* III. 2. 29. Quid *narrat*? *Heaut.* I. 2. 18. Sua quae *narras* facinora! *Heaut.* II. 1. 8. Alterae dum *narrat*, ſorte audivi. *Heaut.* II. 3. 31. Quid iſtic *narras*? *Heaut.* III. 3. 18. *Phorm.* V. 8 6. Quid ea *narrat*! *Heaut.* IV. 1. 42. Quid Cteſiphonem hic *narras*? *Adelph.* V. 2. 2. Pamphilus me ſolum ſeducit foras: *narrat*que, ut. *Hec.* I. 2. 70. Saepe interea mihi ſenex *narrabat. Phorm.* II. 3. 19. Narro huic, quae tu dudum *narraſti* mihi. *And.* III. 4. 12. Incredibilia Parmeno modo quae *narravit. Eun.* V. 9. 20. Modo quae *narravit* mihi hic intus Bacchis? *Hec.* I. 2. 22. Nam mihi intus tuus pater *narravit* modo. *Hec.* IV. 2. 6. Nam ipſa *narravit* mihi. *Hec.* IV. 4. 89. Amorem huic *narrabo* meum. *And.* II. 1. 12. Ut res geſta eſt, *narrabo* ordine. *Adelph.* III. 5. 3. Egomet *narrabo*, quae mihi dixti. *Adelph.* IV. 3. 13. Omnem rem *narrabis*, ſcio, continuo ſola ſoli. *Hec.* III. 2. 15. Sed *narra*, obſecro. plus millies audivi. *Eun.* III. 1. 31. *Narra* iſtuc, quaeſo, quid ſiet. *Ch.* Immo te obſecro, ut audias. *Eun.* III. 5. 14. Tu iſti *narra* omnem rem ordine, ut factum ſiet. *Eun.* V. 5. 28. Tu *narra Phorm.* V. 8. 11. Aperte, ita ut res ſeſe habet, *narrate. Heaut.* IV. 3. 24. Hegioni cognato hujus, rem omnem *narrate* ordine. *Adelph.* III. 2. 53. Quem mihi optem nunc, cui haec *narrem*, dari? *And.* V. 5. 6. Longum eſt, Clitipho, ſi tibi *narrem. Heaut.* II. 3. 95. Quid ergo narras? *An.* Quid ego *narrem*! *Phorm.* IV. 4. 4. Ego, quid *narres*, neſcio. *And.* III. 1. 19. Neſcio, quid *narres. And.* IV. 3. 19. Non qui argumentum *narret. And.* Prol. 6. Nae ille haud ſcit, quam mihi nunc ſurdo *narret* fabulam. *Heaut.* II. 1. 10. Ut celet ſenem. *Sy.* Immo, ut recta via rem *narret* ordine omnem. *Heaut.* IV. 3. 28. Ut quum *narret* ſenex voſter noſtro, non credat tamen. *Heaut.* IV. 3. 33. Num tu intelligis, hic quid *narret*? *Phorm.* V. 6. 6. Scelus! tibi *narret*? *Phorm.* V. 8. 12. Patiamurne, an *narremus* cuipiam? *Adelph.* III. 2. 38. Sed ſi quid *narrare* occepi. *And.* III. 2. 24. Non poſſum ſatis *narrare*, quos ludos praebueris intus. *Eun.* V. 7. 9. Quas, malum! ambages mihi *narrare* occipit? *Heaut.* II. 3. 78. Quaſi tu non multo malis *narrare* hoc mihi, quam ego, quae percontor, ſcire. *Hec.* I. 2. 35. Unde exordiar *narrare. Hec.* III. 3. 2. Item alia multa, quae nunc non eſt *narrandi* locus. *And.* II. 2. 17. Nihil eſt, quin male *narrando* poſſit depravarier. *Phorm.* IV. 4. 17. Dies mihi hic ut ſit ſatis vereor ad agendum: ne vacuum eſſe me nunc ad *narrandum* credas. *And.* IV. 2. 23. Non ſatis tutus eſt ad *narrandum* hic locus. *Phorm.* V. 3. 35.

Syntaxis. *Ordine narrare rem. Aperte narrare. Omnem rem narrare. Surdo narrare fabulam. Recta via narrare rem. Narrare ambages. Non eſt narrandi locus. Male narrando depravare rem. Non ſum vacuus ad narrandum. Locus tutus ad narrandum.*

Naſcor.

Aut ingenio egregie ad miſerias *natus* ſum: aut. *Heaut.* III. 1. 11. Ego ſum animo leni *natus. Hec.* II. 2. 28. Annos ſexaginta *natus* es, aut plus eo, ut conjicio. *Heaut.* I. 1. 10. Ut ex me atque ex hoc *natus* es! *Heaut.* V. 4. 7. Scitus puer eſt *natus* Pamphilo. *And.* III. 2. 6. Puer eſt *natus. And.* V. 1. 14. *Adelph.* IV. 7. 10. At ille alter venit, annos *natus* ſedecim. *Eun.* IV. 4. 26. Atqui ex me hic non *natus* eſt, ſed ex fratre. *Adelph.* I. 1. 15. *Natus* eſt nobis nepos. *Hec.* IV. 4. 17. Puer quia clam te eſt *natus. Hec.* IV. 4. 59. Puerumque clam voluit, *natus* qui eſt, exſtinguere. *Hec.* V. 1. 22. Si ex capite ſis meo *natus. Heaut.* V. 4. 13. Uxorem duxit: *nati* filii duo. *Adelph.* I. 1. 21. *Nati* filii: alia cura. *Adelph.* V. 4. 13. Ea ſi vivit, annos *nata* eſt ſedecim, non major. *Eun.* III. 3. 20. Facete! nunc demum iſtaec *nata* oratio eſt. *Adelph.* V. 3. 19. Mulierculam eam compreſſit, unde haec *nata* eſt. *Phorm.* V. 8. 29. Habui illam, ac ſi ex me eſſet *nata. Hec.* II. 3. 6. Ex homine hunc *natum* dicas. *Eun.* III 2. 7. Convincas facile ex te *natum*: talem, niſi tu, nulla pareret filium. *Heaut.* V. 3. 18. Quod ad illum attinet, *natum* ex tanta familia. *Adelph.* III. 1. 10. Niſi me credo huic eſſe *natum* rei, ferundis miſeriis. *Adelph.* IV. 2. 6. Commenta mater eſt, eſſe ex alio viro, neſcio quo, puerum *natum. Adelph.* IV. 5. 24. Quin ex te recte eum *natum* putent. *Hec.* III. 3. 39. Et gaudeo, *natum* illum, & tibi illam ſalvam. *Hec.* IV. 4. 21. Et filium inde hunc (eſſe) *natum. Hec.* V. 3. 34. Scit ſibi & rem *natam*, & gloriam eſſe. *Hec.* V. 2. 31. Virum me *natam* vellem. *Phorm.* V. 3. 9. E re *nata* melius fieri haud poteſt, quam. *Adelph.* III. 1. 8. Nos jam a pueris illico *naſci* ſenes. *Heaut.* II. 1. 2. Quanto tuus eſt animus *natu* gravior, ignoſcentior. *Heaut.* IV. 1. 32. Id mea minime refert, qui ſum *natu* maximus. *Adelph.* V. 4. 27. Hujus uxoris eſt mater, proba & modeſta: *natu* grandior. *Adelph.* V. 8. 7.

Syntaxis. *Natus ex parentibus. Animo leni natus. Natus eſt mihi nepos. Natus ex homine. Natus ex ſumma familia. Natus ſum huic rei. Recte natus. Annos nata ſedecim. Oratio haec nunc demum nata eſt. Et res nata & gloria. E re nata.*

NASUS.

Ruſamne illam virginem, caeſiam, ſparſo ore, adunco *naſo? Heaut.* V. 5. 18.

NATALIS.

Geta ferietur alio munere, ubi hera pepererit: porro autem alio, ubi erit puero *natalis* dies. *Phorm.* I. 1. 14.

NATU. *vide*, NASCOR.

NATURA.

Paullum intereſſe cenſes ex animo omnia, ut fert *natura*, facias, an de induſtria? *And.* IV. 4. 56. Tametſi bona eſt *natura*, reddunt curatura junceas. *Eun.* II. 3. 24. Ita comparatam eſſe hominum *naturam* omnium, ut? *Heaut.* III. 1. 97. Jam nunc haec tria primum addidi praeter *naturam. Adelph.* V. 5. 4. Amicûm ingenio fretum, haud *natura* ſua. *Heaut.* Prol. 24. *Natura* tu illi pater es, conſiliis ego. *Adelph.* I. 2. 46. Tuus hercle vero & animo, & *natura* pater. *Adelph.* V. 7. 4.

NATUS, A, UM. *vide*, NASCOR.

NAVIGO.

Nunc hujus periculo fit. ego in portu *navigo. And.* III. 1. 22. Non hercle verbis dici poteſt tantum, quam re ipſa *navigare* incommodum eſt. *Hec.* III. 4. 3.

NAVIS.

Navem is fregit apud Andrum inſulam. *And.* I. 3. 17. *Navem* conductam, hoc ſcio. *Adelph.* II. 2. 17. Abiit: periit: *navem* adſcendit. *Adelph.* IV. 5. 69. Atticus olim *navi* fracta, apud Andrum ejectus eſt. *And.* V. 4. 20. E *navi* egredientem, illico abduxi ad coenam. *Heaut.* I. 2. 8. Dies triginta, aut plus eo, in *navi* fui. *Hec.* III. 4. 7.

NAVITER.

Verum ſi incipies, neque pertendes *naviter. Eun.* I. 1. 6.

NAUSISTRATA.

Agedum, ut ſoles, *Nauſiſtrata.* Ire igitur tibi licet, *Nauſiſtrata. Phorm.* V. 3. 1. & 30. *Alibi.*

NAUTA.

Sed veniſſe eas ſalvas, audivi ex *nauta*, qui illas vexerat. *Phorm.* IV. 1. 10.

NE.

Deſinant maledicere, malefacta *ne* noſcant ſua. *And.* Prol. 23. Hei vereor, *ne* quid Andria adportet mali. *And.* I. 1. 46. *Ne* haec quidem ſatis vehemens cauſa ad objurgandum. *And.* I. 1. 122. *Ne* eſſet ſpatium cogitandi. *And.* I. 2. 11. Hoccine agis, an non? *And.* I. 2. 15. Aliquid facerem, ut hoc *ne* facerem. *And.* I. 5. 24. Tum hoc timet, *ne* deſeras ſe. *And.* I. 5. 35. Te obteſtor, *ne* abs te hanc ſegreges, neu deſeras. *And.* I. 5. 56. Te per amorem obſecro, principio, ut *ne* ducas. *And.* II. 1. 27. Ego id agam, mihi qui *ne* detur. *And.* II. 1. 35. Id paves, *ne* ducas tu illam. *And.* II. 2. 12. *Ne* nega. *And.* II. 3. 10. *Heaut.* III. 3. 3. *Phorm.* V. 3. 20. Puerum *ne* reſciſcat mihi eſſe ex illa, cautio eſt. *And.* II. 3. 26. Interminatus ſum, *ne* faceres? *And.* III. 2. 16. Si poterit fieri, ut *ne* pater per me ſtetiſſe credat. *And.* IV. 2. 16. *Ne* me attingas, ſceleſte. *And.* IV. 4. 51. Eſt*ne* hic Crito ſobrinus Chryſidis? *And.* IV. 5. 6. Per ego te Deos oro, ut *ne* illis animum inducas credere. *And.* V. 1. 15. Ah! *ne* ſaevi tantopere. *And.* V. 2. 27. Quidvis cupio, dum *ne* ab hoc me falli comperiar. *And.* V. 3. 31. Eo. *ne* exſpectetis, dum exeant huc. *And.* V. 6. 16. Dehinc, *ne* fruſtretur ipſe ſe. *Eun.* Prol. 14. Vereor, *ne* illud gravius Phaedria tulerit, neve. *Eun.* I. 2. 1. *Ne* crucia te, obſecro, anime mi. *Eun.* I. 2. 15. *Ne* hoc quidem tacebit Parmeno. *Pa.* O! dubium*ne* id eſt? *Eun.* I. 2. 49. Fingit cauſas, *ne* det, ſedulo. Ac non id metuat, *ne* ſeſe relinquam. *Eun.* I. 2. 58. & 60. Et perpeti, *ne* redeam interea? *Pa.* Te *ne*? *Eun.* II. 1. 12. Ubi habitat? *Ch. Ne* id quidem. *Eun.* II. 3. 30. Verum, *ne* poſt conferas culpam in me. *Eun.* II. 3. 96. Edicit, *ne* vir quiſquam ad eam adeat: & mihi *ne* abſcedam, imperat. *Eun.* III. 5. 30. Metuo fratrem, *ne* intus ſit: porro autem, pater *ne* rure redierit jam. *Eun.* III. 5. 63. Utrum taceam*ne*; an praedicem? *Eun.* IV. 4. 54. Tun' me prohibeas, meam *ne* tangam? *Eun.* IV. 7. 39. Here, *ne* me ſpectes. *Eun.* V. 6. 18. Vos oratos volo, *ne* plus iniquûm poſſit oratio. *Heaut.* Prol. 27. *Ne* lacruma: *ne* retice: *ne* verere. *Heaut.* I. 1. 32. & 33. Nunc habeam, nec*ne*, incertum eſt. *Heaut.* I. 1. 43. Vide ſis, *ne* quo hinc abeas longius. *Heaut.* I. 2. 38. Obſecro, *ne* me in laetitiam fruſtra conjicias. *Heaut.* II. 3. 51. Cave, *ne* falſam gratiam ſtudeas inire. *Heaut.* II. 3. 61. Vide ſis, *ne* quid imprudens ruas. *Heaut.* II. 3. 128. Ea gratia ſecum adduxiſſe, *ne* tu id perſentiſceres. *Heaut.* IV. 5. 21. Nec quidquam magis nunc metuo, quam *ne* denuo extrudar hinc, *ne* accedam ad Bacchidem. *Heaut.* IV. 6. 4. & 5. Quid Syrus meus? *ne* is quidem quidquam? *Heaut.* V. 1. 23. Quid? metuis, *ne* non, quum velis, convincas? *Heaut.* V. 3. 15. Dehinc *ne* exſpectetis argumentum fabulae. *Adelph.* Prol. 22. Ea *ne* me celet, conſueſeci filium. *Adelph.* I. 1. 29. *Ne* me obtundas de hac re ſaepius. *Adelph.* I. 2. 33. *Ne* non tibi iſtuc foeneraret? *Adelph.* II. 2. 11. Serves*ne*, an perdas totum. *Adelph.* II. 2. 33. Utrum ſtudio*ne* id ſibi habet, an? *Adelph.* III. 3. 28. Metui: *ne* haereres hic. *Adelph.* III. 3. 49. Ceſſo ire intro, *ne* morae meis nuptiis fiem. *Adelph.* IV. 5. 78. *Ne* tu curares meum, neve ego tuum? *Adelph.* V. 3. 11. *Ne* nimium modo bonae tuae nos rationes ſubvortant. *Adelph.* V. 3. 49. Demea, rogat frater, *ne* abeas longius. *Adelph.* V. 5. 1. Te ſedulo & moneo, & hortor, *ne* cujuſquam miſereat. *Hec.* I. 1. 7. Nempe ea cauſa, ut *ne* id fiat palam. *Hec.* I. 2. 30. Quid interea? ibat*ne* ad Bacchidem? *Hec.* I. 2. 82. Te, Salus,

lus, *ne* quid ſit hujus, oro? *Hec.* III. 2. 3. *Ne* me fruſtra illic exſpectet. *Hec.* III. 4. 24. Tibi id in manu eſt, *ne* fiat. *Hec.* III. 5. 43. Roga, velit*ne*, an non, uxorem. *Hec.* IV. 1. 43. Interdico, *ne* extuliſſe extra aedes puerum velis. *Hec.* IV. 1. 48. Dum *ne* reducam, turbent porro, quam velint. *Hec.* IV. 4. 12. Quo magis omnes res cautius, *ne* temere faciam, adcuro. *Hec.* V. 1. 11. At, pol, me feciſſe arbitror, *ne* id merito mihi eveniret. *Hec.* V. 3. 41. Timeo, *ne* aliud credam. *Hec.* V. 4. 4. Maledictis deterrere, *ne* ſcribat, parat. *Phorm.* Prol. 3. Ut *ne* addam, quod ſine ſumtu ingenuam nactus es. *Phorm.* I. 3. 16. Viſe, redierit*ne* jam, an nondum, domum. *Phorm.* II. 4. 5. Unam praeterea horam *ne* oppertus ſies. *Phorm.* III. 2. 29. *Ne* clama: petito haſce a me decem. *Phorm.* IV. 3. 59. Ego curabo, *ne* quid verborum duint. *Phorm.* IV. 5. 1. *Ne* me iſtoc poſthac nomine adpellaſſis. *Phorm.* V. 1. 15. Heus! *ne* filii quidem noſtri hoc reſciſcant, volo. *Phorm.* V. 3. 36. Sed iſ*ne* eſt, quem quaero, an non? *Phorm.* V. 6. 12. Verebamini, *ne* non id facerem, quod? *Phorm.* V. 7. 9. *Saepius alibi.*

NEBULO.

Sane, quod tibi nunc vir videatur eſſe hic, *nebulo* magnus eſt. *Eun.* IV. 7. 15. *Nebulonem* hunc certum eſt ludere. *Eun.* II. 2. 38. Actum eſt, ſiquidem tu me hic etiam, *nebulo*, ludificabere. *Eun.* IV. 4. 50.

NEC.

Id voluit, nos ſic *nec* opinantes duci falſo gaudio. *And.* I. 2. 9. *Nec* quid agam, certum eſt. *And.* I. 3. 4. Temulenta eſt mulier, & temeraria: *nec* ſatis digna, cui. *And.* I. 4. 3. Non. *nec* quis eſſet, umquam audieram dicier. *Eun.* IV. 4. 32. Numquam, pol, hominem ſtultiorem vidi, *nec* videbo. *Eun.* V. 7. 8. Nunc habeam, *nec*ne, incertum eſt. *Heaut.* I. 1. 43. Neque tu illum ſatis noveras, *nec* te ille. *Heaut.* I. 1. 102. *Nec* tu aram tibi, *nec* precatorem pararis. Nihil ſuccenſeo, *nec* tibi, *nec* huic: *nec* vos eſt aequom, quod facio, mihi. *Heaut.* V. 2. 22. 23. & 24. *Nec* nihil, neque omnia haec ſunt, quae dicit. *Adelph.* I. 2. 61. Geta hic non adeſt: *nec* quem ad obſtetricem mittam; *nec* qui. *Adelph.* III. 1. 5. Non eum hominem ducerem, *nec* virum ſatis firmum. *Hec.* IV. 1. 41. *Nec*, pol, iſtae metuunt Deos: neque. *Hec.* V. 2. 6. Ut neque mihi ejus ſit amittendi, *nec* retinendi copia. *Phorm.* I. 3. 24. *Paſſim alibi.*

NACASSARIO. NECESSE.

Tum coacti, *neceſſario* ſe aperiunt. *And.* IV. 1. 8. Quaſi *neceſſe* ſit, ſi huic non dat. *And.* II. 2. 35. Sed *neceſſe* eſt, huic ut ſubveniat. *Eun.* V. 5. 27. Niſi quia *neceſſe* fuit hoc facere. *Eun.* V. 6. 28. *Neceſſe* eſt multum accipere Thaidem. *Eun.* V. 9. 45. *Neceſſe* eſt, Clitipho, conſilia conſequi conſimilia. *Heaut.* I. 2. 35. In eum jam res rediit locum, ut ſit *neceſſe*. *Heaut.* II. 3. 119. Non *neceſſe* habeo omnia pro meo jure agere. *Adelph.* I. 1. 26. Magnum neſcio quid *neceſſe* eſt eveniſſe. *Hec.* III. 1. 24. Non fuit *neceſſe* habere. *Phorm.* II. 1. 66.

NECESSITAS.

Quandoquidem illam a me diſtrahit *neceſſitas*. *Hec.* III. 5. 42.

NEDUM.

Satrapes ſi fiet amator, numquam ſufferre ejus ſumtus queat, *nedum* tu poſſis. *Heaut.* III. 1. 45.

NEGLECTUS.

Quapropter haec res neutiquam *neglectui* eſt mihi. *Heaut.* II. 3. 116.

NAGLIGENS. NEGLIGENTER.

Sed ſi te aequo animo ferre accipiet, *negligentem* feceris. *Heaut.* II. 3. 23. Ah! tantamne rem tam *negligenter* agere? *And.* I. 5. 18. Capillus paſſus, prolixus, circum caput rejectus *negligenter*. *Heaut.* II. 3. 50.

NEGLIGENTIA.

Quorum aemulari exoptat *negligentiam* potius, quam iſtorum obſcuram diligentiam. *And.* Prol. 20. Non manebat aetas, virginis meam *negligentiam*. *Phorm.* IV. 1. 5. Inopia & cognatorum *negligentia* coacta. *And.* I. 1. 44. Qui praeteritus *negligentia* eſt. *Adelph.* Prol. 14. Neque *negligentia* tua, neque odio id fecit tuo. *Phorm.* V. 8. 27.

NEGLIGO.

Quem ipſe *neglexit* pater, ego alam? *Hec.* IV. 4. 48. Pecuniam in loco *negligere*, maximum interdum eſt lucrum. *Adelph.* II. 2. 8. Narrabat, ſe hunc *negligere* cognatum ſuum. *Phorm.* II. 3. 19. Amo te, & non *neglexiſſe*, habeo gratiam. *Phorm.* I. 2. 4. *Negligitur* ipſa. *Phorm.* II. 3. 11. Quum ejus tam *negliguntur* internuntii. *Heaut.* II. 3. 58. Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt *negligi*. *Adelph.* IV. 3. 16. Pannis obſita, *neglecta*, immunda illuvie. *Heaut.* II. 3. 54.

NEGO.

Negat quis? *nego*. *Eun.* II. 2. 21. Factum eſt, non *nego*. *Adelph.* V. 3. 12. Ego me (noviſſe) *nego*: tu, qui ais. *Phorm.* II. 3. 36. Num ego iſtuc *nego*? *Phorm.* III. 2. 39. Ego eſſe in hac re culpam meritam non *nego*. *Phorm.* V. 8. 25. Hinc civem eſſe ais? *Cr.* Tu *negas*? *And.* V. 4. 6. *Negas*? *Phorm.* V. 1. 13. Rogo. *negat* vidiſſe. *And.* II. 2. 21. Eas ſe non *negat* perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum. *Eun.* Prol. 31. *Negat* quis? nego. *Eun.* II. 2. 21. Roga. *Py.* Veniſtin' hodie ad nos? *negat*. *Eun.* IV. 4. 25. Modo ait, modo *negat*. *Eun.* IV. 4. 47. Factum hic eſſe id non *negat*. *Heaut.* Prol. 18. Is filium *negat* eſſe ruri. *Adelph.* IV. 2. 3. Illa enim ſe *negat*. Sin aliter, *negat*. *Phorm.* I. 2. 63. & 66. *Negat* Phanium eſſe hanc ſibi cognatam Demipho? Hanc Demipho *negat*? *Ge.* *Negat*. *Ph.* Neque ejus patrem ſe ſcire, qui fuerit? *Ge.* *Negat*. *Ph.* Nec Stilphonem

Digitized by Google

phonem ipſum ſcire, qui fuerit. *Ge. Negat. Phorm.* II. 3. 5. 6. 7. & 9. Id rurſum ſi *negant*, laudo id quoque. *Eun.* II. 2. 20. Illum Eunuchum *negant* fuiſſe. *Eun.* V. 1. 6. *Negant* rediſſe. *Phorm.* II. 4. 19. *Negabas* nuptam poſſe filiam tuam te pati cum eo. *Hec.* IV. 1. 23. Omnes *negabant*. *Hec.* V. 3. 7. *Negabon'* velle me, modo qui ſum pollicitus, ducere? *And.* III. 5. 6. Jam hoc quoque *negabis* tibi placere? *Heaut.* II. 3. 109. Poſtremo non *negabit*. *Adelph.* III. 4. 38. Ne *nega*. *And.* II. 3. 10. *Heaut.* III. 3. 3. *Phorm.* V. 3. 20. Heus! *negato* rurſum. *Eun.* IV. 4. 45. Hic nunc non dubitat, quin te ducturum *neget*. *And.* II. 4. 2. Id equidem, ſi tu *neget*, certo ſcio. *Heaut.* IV. 1. 19. Ut qui ſe filiam *neget* daturum. *And.* I. 1. 122. Sed ſi tu *negaris* ducere. *And.* II. 3. 5. Ego illud ſedulo *negare* factum: Ille inſtat factum. *And.* I. 1. 120. Ille iraſci: neque *negare* audere. *Eun.* IV. 1. 5. Ille primo ſe *negare*. ſed poſtquam acrius pater inſtat. *Hec.* I. 2. 45.

NEGOTIUM.

Id ſibi *negoti* credidit ſolum dari, populo ut placerent. *And.* Prol. 2. Poſtremo id mihi da *negoti*. *And.* III. 2. 41. Quid iſtic tibi *negoti* eſt? *And.* V. 2. 8. Davo ego iſtuc dedam jam *negoti*. *And.* V. 4. 50. Aut *negoti* ſi quando odium ceperat. *Eun.* III. 1. 14. Nunc mihi hoc *negoti* caeteri dedere, ut. *Eun.* III. 4. 6. Paullum *negoti* mihi obſtat. *Heaut.* III. 1. 92. Quid huic hic *negoti* eſt? Mirabar, quid hic *negotii* eſſet tibi. Quid hoc eſt *negoti*! *Adelph.* IV. 5. 4. 8. & 73. Sed quid hoc *negoti* eſt? *Hec.* I. 2. 22. Haruſpex vetuit aliquid novi *negoti* incipere. *Phorm.* IV. 4. 30 Quid iſtuc *negoti* eſt? *Phorm.* V. 3. 33. Quorum opera in otio, in *negotio*, quiſque uſus eſt. *Adelph.* Prol. 20. Ut in otio eſſet potius quam in *negotio*. *Hec.* Alt. Prol. 18. Aequali ſuo video inſervire, & ſocium eſſe in *negotiis*. *Heaut.* III. 1. 9.

SYNTAXIS. *Dare alicui quid negotii. Negotii odium me capit. Quid hoc eſt negotii? Aliquid novi negotii incipere. Quid iſtuc negotii eſt? Quid tibi hic negotii eſt? Eſſe in negotio.*

NEMO.

Uxorem his moribus dabit *nemo*. *And.* II. 3. 22. Hanc, niſi mors, mihi adimet *nemo*. *And.* IV. 2. 14. *Nemo* eſt, quem mallem, omnium. *And.* V. 5. 7. Cum *nemo* expetet. *Eun.* I. 1. 7. Hoc *nemo* fuit minus ineptus. *Eun.* II. 1. 20. Nam hercle *nemo* poſſet, ſat ſcio hunc perpeti. *Eun.* III. 2. 34. Num quis hic eſt? *nemo* eſt. *nemo* homo eſt. *Eun.* III. 5. 1. *Nemo* eſt hominum, quem. *Eun.* III. 5. 13. *Nemo* eſt hominum, qui vivat, minus. *Eun.* IV. 6. 19. Ecquis me vivit hodie fortunatior? *nemo* hercle quiſquam. *Eun.* V. 9. 2. Magis opportunus, nec magis ex uſu tuo *nemo* eſt. Dat *nemo* largius. Accipit hominem *nemo* melius prorſus, neque prolixius. *Eun.* V. 9. 48. & 52. Agrum meliorem *nemo* habet: Servos complures: proinde quaſi *nemo* fiet, ita. *Heaut.* I. 1. 12. & 13. *Nemo* eſt miſerior me. *Heaut.* II. 3. 22. *Nemo* eſt meorum amicorum hodie. *Heaut.* III. 3. 13. Ne te admiſce: *nemo* accuſat, Syre, te. *Heaut.* V. 2. 22. Sed *nemo* dabit. *Adelph.* II. 1. 54. Nam hercle alius *nemo* reſpicit nos. *Adelph.* III. 2. 55. Ubi, ſi quid bene praecipias, *nemo* obtemperet? *Adelph.* III. 3. 80. Cliens, amicus, hoſpes, *nemo* eſt vobis? *Adelph.* IV. 1. 13. *Nemo* illorum quiſquam, ſcito, ad te venit, quin. *Hec.* I. 1. 10. *Nemo* ad te venit, niſi cupiens tui. *Hec.* I. 2. 66. Iterum jubet. *nemo* remiſit. Noſtra it viſere ad eam. admiſit *nemo*. *Hec.* I. 2. 112. & 114. *Nemo* voluit viſentem ad eam te intro admittere? *Hec.* II. 1. 40. Quid *nemon'* medicum adduxit? *Hec.* III. 1. 43. Heu! *nemo* voluit Soſtratam intro admittere. *Hec.* III. 1. 49. Puer, heus! *nemon'* huc prodit? *Phorm.* I. 2. 102. *Nemo* ſatis pro merito gratiam regi refert. *Phorm.* II. 2. 24. Cave reſciſcat quiſquam. *So. Nemo* ex me ſcibit. *Phorm.* V. 1. 38. Ut propior illi, quam ego ſum, ac tu, *nemo* eſt. *Phorm.* V. 3. 25. Eorum obſequi ſtudiis; advorſus *nemini*. *And.* I. 1. 37. Ea quoniam *nemini* obtrudi poteſt, itur ad me. *And.* I. 5. 15. Fratrem homini *nemini* eſſe primarum artium magis principem. *Adelph.* II. 3. 6. *Nemini* plura acerba eſſe credo ex amore homini umquam oblata, quam mihi. *Hec.* III. 1. 1. Scio, *nemini* aliter ſuſpectum fore, quin. *Hec.* III. 3. 38. Neſcio: niſi, me dixiſſe *nemini*, id certo ſcio. *Phorm.* V. 7. 60. Interea introire *neminem* video, exire *neminem*. *And.* II. 2. 26. & 27. Hoc ſcio unum, *neminem* peperiſſe hic. *And.* III. 2. 26. Qui hic *neminem* alium videam? *And.* IV. 4. 11. Habeo hic *neminem*; neque amicum, neque cognatum. *Eun.* I. 2. 67. Sed *neminem*ne curioſum intervenire nunc mihi? *Eun.* III. 5. 5. Alium habui *neminem*. *Eun.* IV. 4. 13. Miſeram me! *neminem* habeo. *Adelph.* III. 1. 4. Utin' eximium *neminem* habeam? *Sy. Neminem*. *Hec.* I. 1. 9. Ego hominem callidiorem vidi *neminem*, quam. *Phorm.* IV. 2. 1.

NEMPE.

Nempe ut curentur recte haec. *And.* I. 1. 3. *Nempe* ergo aperte vis, quae reſtant, me loqui? *And.* I. 2. 24. *Nempe* incommoditas denique huc omnis redit. *And.* III. 3. 35. Expedies? *Da.* Certe, Pamphile. *Pa. Nempe* ut modo. *And.* III. 5. 12. *Nempe. Si.* Id ſcilicet. *And.* V. 4. 47. *Nempe* omnia haec nunc verba huc redeunt denique. *Eun.* I. 2. 78. *Nempe* huic prorſus illam non dat. *Eun.* II. 2. 34. *Nempe* hoc ſic eſſe opinor dicturum patrem. *Eun.* II. 3. 13. Novi, *nempe*, opinor Thaidem. *Eun.* III. 5. 15. *Nempe* anui illi prodita abs te filia eſt planiſſume. *Heaut.* IV. 1. 26. *Nempe* tua arte viginti minae pro Pſal-

N E
N E

Pſaltria periere. *Adelph.* IV. 7. 24. *Nempe* ea cauſa, ut ne id fiat palam. *Hec.* I. 2. 30. *Nempe* Phormionem. *Nempe* Pamphilam. *Phorm.* II. 1. 77. & 80.

Neo.

Anus ſubtemen *nebat.* *Heaut.* II. 3. 52.

Nepos.

Natus eſt nobis *nepos.* *Hec.* IV. 4. 17. Tuo *nepoti*, hujus filio hodie primam mammam dedit haec. *Adelph.* V. 9. 17.

Neptunus.

O coelum! o terra! o maria *Neptuni*! *Adelph.* V. 3. 4.

Neque.

Quae inſcitia eſt, advorſum *ſtimulum* calces? *Phorm.* I. 2. 28.

STIPES.

Quae ſunt dicta in ſtultum, caudex; *ſtipes*, aſinus, plumbeus. *Heaut.* V. 1. 4.

STIPULA.

Meridie ipſo faciam, ut *ſtipulam* colligat. *Adelph.* V. 3. 62.

STO.

Sto exſpectans, ſi quid mihi imperent. *Eun.* III. 5. 46. Dum ante oſtium *ſto*: notus mihi obviam venit. *Eun.* V. 2. 4. Quid *ſtas*? quid ceſſas? *And.* V. 6. 15. Etiam nunc hic *ſtas*, Parmeno? *Eun.* II. 2. 55. Eamus ergo ad coenam: quid *ſtas*? *Eun.* III. 2. 6. Abi dum tu illis obviam, propera: quid *ſtas*? *Heaut.* II. 3. 9. Hei, quid *ſtas*? lapis! *Heaut.* IV. 7. 3. Here, etiam tu nunc hic *ſtas*? *Hec.* III. 4. 16. Vide, quid agas. *Ph. Stat* ſententia. *Eun.* II. 1. 18. Quid *ſtamus*? cur non imus hinc? *Eun.* III. 2. 12. Quid hic *ſtabas*? cur non recta introibas? *Eun.* I. 2. 7. Partim ſum earum exactus: partim vix *ſteti*. *Hec.* Alt. Prol. 7. Quod ſi intelligeret, quom *ſtetit* olim nova. *Phorm.* Prol. 9. Revocemus hominem. *An. Sta* illico. *Phorm.* I. 4. 18. Ni haec ita eſſent, cum illo haud *ſtares*, Phaedria. *Phorm.* II. 1. 39. Poſtquam ante oſtium me audivit *ſtare*, adproperat. *And.* III. 1. 17. Pamphilum ipſum video *ſtare* ante oſtium. ite intro. *Hec.* III. 4. 14. Bacchidem, eccam, video *ſtare* ante oſtium! *Hec.* V. 4. 14. Si poterit fieri, ut ne pater per me *ſtetiſſe* credat, quo minus. Id faciam, in proclivi quod eſt, per me *ſtetiſſe*, ut credat. *And.* IV. 2. 16. & 18. Actoris opera magis *ſtetiſſe*, quam ſua. *Phorm.* Prol. 10. Quem cum iſtoc ſermonem habueris, procul hinc *ſtans* accepi, uxor. *Hec.* IV. 3. 1. Quid agitur? *Pa. Statur.* *Gn.* Video. *Eun.* II. 2. 40.

SYNTAXIS. *Quid ſtas? Stat ſententia. Actor vix ſtat. Fabula ſtat. Stare ante oſtium. Stat per me. Statur.*

STOLIDUS.

Jam ſcio, ah! vix tandem ſenſi *ſtolidus*. *And.* III. 1. 12. Nonne ad ſenem aliquam fabricam fingit? *Sy. Stolidus* eſt. *Heaut.* III. 2. 34.

STOMACHOR.

Id equidem adveniens mecum *ſtomachabar* modo. *Eun.* II. 3. 31.

STORAX.

Storax! non rediit hac nocte a coena Aeſchinus? *Adelph.* I. 1. 1.

STRATO.

Quaeſo, inquam, *Strato*, eone es ferox, quia? *Eun.* III. 1. 24.

STRENUE.

Abi prae *ſtrenue*, ac aperi fores. *Adelph.* II. 1. 13.

STRENUUS.

Phormio itidem in hac re, ut in aliis, *ſtrenuum* hominem praebuit. *Phorm.* III. 1. 12.

STRE-

Strepitus.

Comitum conventus, *ſtrepitus*, clamor mulierum fecere, ut. *Hec.* Alt. Prol. 27.

Struo.

Num me feſellit, hoſce id *ſtruere*? *Heaut.* III. 2. 3.

Studeo.

Dum *ſtudeo* obſequi tibi, pene illuſi vitam filiae. *And.* V. 1. 3. Dum tibi ſororem *ſtudeo* reddere & reſtituere. *Eun.* IV. 6. 7. Neque illam ſane *ſtudeo* vendere. *Adelph.* IV. 7. 27. Illis dum *ſtudeo* ut quam plurimum facerem. *Adelph.* V. 4. 14. Eo domum, *ſtudeo* haec, prius quam ille, ut redeat. Illam ad vos redire *ſtudeo*, ſi facere poſſim ullo modo. *Hec.* II. 2. 20. & 23. Dum *ſtudes* dare verba nobis. *Eun.* V. 5. 8. *Studes* par referre. *Adelph.* I. 1. 48. Dum nimium dici nos bonos *ſtudemus* & benignos. *Phorm.* V. 2. 2. Quas (virgines) matres *ſtudent* demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, ut. *Eun.* II. 3. 21. Occidunt me quidem, dum nimis ſanctas nuptias *ſtudent* facere. *Adelph.* V. 7. 2. Horum ille nihil egregie praeter caetera *ſtudebat*; & tamen omnia haec mediocriter. *And.* I. 1. 32. Ita ut aequum fuerat, atque ut *ſtudui*, tradere. *Eun.* V. 2. 31. Id quum *ſtuduiſti*, iſti formae ut mores conſimiles forent. *Heaut.* II. 4. 2. Ille ad famem hunc ab ſtudio *ſtuduit* rejicere. *Phorm.* Prol. 19. Cave, ne falſam gratiam *ſtudeas* inire. *Heaut.* II. 3. 62. Tamen hanc habere *ſtudeat* cum ſummo probro? *And.* V. 3. 10. Si quiſquam eſt, qui placere ſe *ſtudeat* bonis. *Eun.* Prol. 1. Ut adoleſcentuli vobis placere *ſtudeant* potius, quam ſibi. *Heaut.* Prol. 52. Utin' omnes mulieres eadem aeque *ſtudeant*, nolintque omnia? *Hec.* II. 1. 2. Peccatum imprudentia eſt Poëtae, non qui furtum facere *ſtuduerit*. *Eun.* Prol. 28.

Syntaxis. *Nihil egregie praeter caetera ſtudere. Cave ſtudeas.*

Studioſe.

Mater ubi accepit, coepit *ſtudioſe* omnia docere, educare, ita uti ſi. *Eun.* I. 2. 36. Texentem telam *ſtudioſe* ipſam offendimus. *Heaut.* II. 3. 44. Eaſdem agere coepi, ut ab eodem alias diſcerem novas, *ſtudioſe*. *Hec.* Alt. Prol. 11.

Studium.

Viris eſſe advorſas, aeque *ſtudium* eſt: ſimilis pertinacia eſt. *Hec.* II. 1. 5. Utrum *ſtudione* id ſibi habet, an laudi putat fore, ſi perdiderit gnatum? *Adelph.* III. 3. 28. Ut animum ad aliquod *ſtudium* adjungant. *And.* I. 1. 29. Repente ad *ſtudium* hunc ſe adplicaſſe muſicum. *Heaut.* Prol. 23. Qui in tutelam meam *ſtudium* ſuum, & ſe in voſtram commiſit fidem. *Hec.* Alt. Prol. 45. Vide, quam iniquus ſis prae *ſtudio*, dum efficias id, quod cupis. *And.* V. 1. 6. Hinc ſciri potuit, quo *ſtudio* vitam ſuam te abſente exegerit. *Heaut.* II. 3. 39. Is adeo diſſimili *ſtudio* eſt. *Adelph.* I. 1. 16. Ita populus *ſtudio* ſtupidus in funambulo animum occuparat. *Hec.* Prol. 4. Ne illum ab *ſtudio* abducerem. Prope jam remotum injuria adverſariûm ab *ſtudio*, atque ab labore, atque arte Muſica. *Hec.* Alt. Prol. 11. & 15. Poëta vetus Poëtam non poteſt retrahere ab *ſtudio*; & tranſdere hominem in otium. Ille ad famem hunc ab *ſtudio* ſtuduit rejicere. *Phorm.* Prol. 2. & 19. Satias jam tenet *ſtudiorum* iſtorum. *Hec.* IV. 2. 19. Eorum obſequi *ſtudiis*. *And.* I. 1. 37.

Syntaxis. *Animum ad ſtudium adjungere. Studio ſibi habere rem. Iniquus prae ſtudio. Diſſimili ſtudio eſſe. Studio ſtupidus. Aliquem ab ſtudio abducere. removere. retrahere. rejicere. Obſequi ſtudiis alterius.*

Stulte.

Factum a nobis *ſtulte* eſt. Haud *ſtulte* ſapis. *Heaut.* II. 3. 8. & 82. Qui amat, cui odio ipſus eſt, bis facere *ſtulte* duco. *Hec.* III. 2. 8. Ut *ſtultiſſime* quidem illi rem geſſerimus. *Phorm.* V. 2. 7.

Stultitia.

Exſuperat ejus *ſtultitia* haec omnia. *Heaut.* V. 1. 5. Ah! *ſtultitia* eſt iſtaec, non pudor. *Adelph.* II. 4. 10. Ut meae *ſtultitiae* in juſtitia tua ſit aliquid praeſidi. *Heaut.* IV. 1. 33. Quidquid ego hujus feci, tibi proſpexi, & *ſtultitiae* tuae. Ibi tuae *ſtultitiae* ſemper erit praeſidium. *Heaut.* V. 2. 8. & 14. Ego pretium ob *ſtultitiam* fero. *And.* III. 5. 4. Prô Juppiter! hominis *ſtultitiam*. *Adelph.* III. 3. 13. Illius *ſtultitia* victa, ex urbe tu rus habitatum migres? *Hec.* IV. 2. 13. Cujus de *ſtultitia* dici, ut dignum eſt, non poteſt. *Phorm.* II. 3. 55. Utrum *ſtultitia* facere ego hunc, an malitia dicam? *Phorm.* IV. 3. 54.

Stultus, a, um.

Homini homo quid praeſtat! *ſtulto* intelligens! *Hec.* II. 2. 1. Chreme, vin' tu homini *ſtulto* mihi auſcultare? *Heaut.* III. 3. 24. Tu jam pendebis, qui *ſtultum* adoleſcentulum nobilitas flagitiis. *Eun.* V. 7. 20. In me quidvis harum rerum convenit, quae ſunt dicta in *ſtultum*. *Heaut.* V. 1. 4. Ah *ſtulte*! tu de Pſaltria me ſomnias agere. *Adelph.* IV. 7. 6. Hic homines prorſum ex *ſtultis* inſanos facit. *Eun.* II. 2. 23. Quid illo faciemus, *ſtulta*? *Eun.* V. 1. 21. In qua re nunc tam confidenter reſtas, *ſtulta*? *Heaut.* V. 3. 7. Ut *ſtultae* & miſere omnes ſumus religioſae. *Heaut.* IV. 1. 36. Quod cavere poſſis, *ſtultum* admittere eſt. *Eun.* IV. 6. 23. Sed ego *ſtultior*, meis dictis parere hanc qui poſtulem. *Hec.* IV. 1. 49. Numquam, pol, hominem, *ſtultiorem* vidi, nec videbo. primo callidum & diſertum credidi hominem. *Eun.* V. 7. 8. Hominum homo *ſtultiſſime*. *Adelph.* II. 2. 10.

Stupeo.

Quid *ſtupes*, Antiphila? *Heaut.* II. 4. 24. Animus laſſus, cura confectus, *ſtupet*. *And.* II. 1. 4.

Stupidus.

Ita populus ſtudio *ſtupidus* in funam-

funambulo animum occuparat. *Hec.* Prol. 4.

SUADEO.

Itane *ſuades*? *Pa.* Si ſapis. *Eun.* I. 1. 31. Recte *ſuades*, faciam. *Heaut.* V. 2. 43. Sane hercle pulchre *ſuades*. *Phorm.* III. 3. 9. Is mihi *ſuadet*, nuptias quantum queam, ut maturem. *And.* III. 3. 45. Nunc me pietas matris potius commodum *ſuadet* ſequi. *Hec.* III. 5. 31. Mater quod *ſuaſit* ſua, adoleſcens mulier fecit. *Hec.* IV. 4. 38. Numquam faciam. *Da.* Ne nega. *Pa.* *Suadere* noli. *And.* II. 3. 11. Numquam deſtitit inſtare, *ſuadere*, orare, uſque adeo donec perpulit. *And.* IV. 1. 38. Quod utinam ne Phormioni id *ſuadere* in mentem incidiſſet. *Phorm.* I. 3. 5.

SUASUS.

Vereor, hera ne ob meum *ſuaſum* indigne injuria adficiatur. *Phorm.* V. 1. 3.

SUAVIS, E.

Ha! ha! he! homo *ſuavis*. *Phorm.* II. 3. 64. Tibi autem porro ut non ſit *ſuave* vivere. *Heaut.* III. 1. 73. Nihil *ſuave* meritum eſt. *Phorm.* II. 1. 75. Ubi te vidi animo eſſe omiſſo, &, *ſuavia* in praeſentia quae eſſent, prima habere. *Heaut.* V. 2. 9. Haec, cum rationem ineas, quam ſint *ſuavia*, & quam cara ſint. *Phorm.* II. 3. 30.

SUAVIUM.

O Thais mea, meum *ſuavium*, quid agitur? *Eun.* III. 2. 3.

SUB.

Mater, cujus *ſub* imperio eſt, mala. *Heaut.* II. 2. 4. Agelli eſt hic *ſub* urbe paullum, quod locitas foras. *Adelph.* V. 8. 26.

SUBAGITO.

Iſtaec quidem contumelia eſt: hominem amicum recipere ad te, atque ejus amicam *ſubagitare*. *Heaut.* III. 3. 6.

SUBDITUS.

Subditum ſe ſuſpicatur. *Ch.* *Subditum*: ain' tu? *Heaut.* V. 3. 12.

SUBDUCO.

Cum eo clam te *ſubduxti* mihi. *Eun.* IV. 7. 25. Hoc eſt ſigni, ubi primum poterit, ſe illinc *ſubducet*, ſcio. *Eun.* IV. 1. 14. Numquam ita quiſquam bene *ſubducta* ratione ad vitam fuit, quin. *Adelph.* V. 4. 1.

SUBJICIO.

Si meminiſti, id quod olim dictum eſt, *ſubjice*. *Phorm.* II. 3. 40.

SUBITO.

Quid hoc, quod timida *ſubito* egreditur Pythias? *Eun.* IV. 2. 14. Cui tam *ſubito* tot contigerint commoda. *Eun.* V. 9. 3. Crucior bolum tantum mihi ereptum tam *ſubito* e faucibus. *Heaut.* IV. 2. 6. Ita nunc imparatum *ſubito* tanta te impendent mala. *Phorm.* I. 4. 2. Unde ego nunc tam *ſubito* huic argentum inveniam miſer? *Phorm.* III. 3. 1. Quam *ſubito* hero meo Antiphoni ope veſtra hunc oneraſtis diem! *Phorm.* V. 6. 2.

SUBITUS, A, UM.

Quae iſtaec *ſubita* eſt largitas? *Adelph.* V. 9. 28. Quod ego huic nunc *ſubito* exitio remedium inveniam miſer! *Phorm.* I. 4. 23.

SUBLATUS.

Quia paullulum vobis acceſſit pecuniae, *ſublati* animi ſunt. *Hec.* III. 5. 57.

SUBLIMIS, E.

Sublimem hunc intro rape, quantum potes. *And.* V. 2. 20. *Sublimem* medium adriperem. *Adelph.* III. 2. 18.

SUBMONEO.

Submonuit me Parmeno ibi ſervus, quod ego adripui. *Eun.* III. 5. 22.

SUBOLET.

Numquid patri *ſubolet*? *Phorm.* III. 1. 10. Syrus idem mire finxit filium, ut ne paullulum quidem *ſuboleat*, eſſe amicam hanc Cliniae. *Heaut.* V. 1. 26.

SUBSENTIO.

Etſi *ſubſenſi* id quoque, illos ibi eſſe. *Heaut.* III. 1. 62.

SUBSERVIO.

Tu, ut *ſubſervias* orationi, utcunque opus ſit verbis, vide. *And.* IV. 3. 20.

SUBSIDIUM.

Nunc prior adito tu: ego in *ſubſidiis* hic ero ſuccenturiatus, ſi quid deficies. *Phorm.* I. 4. 52.

SUBSTERNO.

Ex ara hinc ſume verbenas tibi, atque eas *ſubſterne*. *And.* IV. 3. 12.

SUBSTO

Perii! metuo, ut *ſubſtet* hoſpes. *And.* V. 4. 11.

SUBTEMEN.

Anus *ſubtemen* nebat. praeterea una ancillula erat, ea texebat una. *Heaut.* II. 3. 52.

SUBTRISTIS.

Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquantulum mihi. *And.* II. 6. 16.

SUBVENIO.

Tu impuliſti. *Ph.* Sic opinor. *Ge.* *Subveni*. *Phorm.* II. 2. 6. Ferte miſero atque innocenti auxilium! *ſubvenite* inopi! *Adelph.* II. 1. 12. Sed neceſſe eſt, huic ut *ſubveniat*. *Eun.* V. 5. 27. Cervam fugere, & eam plorare, orare, ut *ſubveniat* ſibi. *Phorm.* Prol. 8.

SUBVORTO.

Ne nimium modo bonae tuae iſtae nos rationes, & tuus iſte animus aequus *ſubvortant*. *Adelph.* V. 3. 51.

SUCCEDO.

Parum *ſuccedit* quod ago: at facio ſedulo. *And.* IV. 1. 56. Hac non *ſucceſſit*, alia adgrediemur via. *And.* IV. 1. 47. Quando hoc bene *ſucceſſit*, hilarem hunc ſumamus diem. *Adelph.* II. 4. 23.

SUCCENSEO.

Derides? merito nunc ego mihi *ſuccenſeo*. *Heaut.* V. 1. 42. Nihil *ſuccenſeo*, nec tibi, nec huic. *Heaut.* V. 2. 23. Eho, an id *ſuccenſes* nunc illi? *Phorm.* II. 1. 29. Sed eſt, quod *ſuccenſet* tibi. *And.* II. 6. 17. Is nunc propterea tibi *ſuccenſet*. *And.* IV. 1. 30. Sed parumne eſt, quod omnibus nunc nobis *ſuccenſet* ſenex, ni. *Phorm.* III. 3. 13. Egone illi non *ſuccenſeam*? *Phorm.* II. 1. 30. Jam adoleſcenti nihil eſt, quod *ſuccenſeam*, ſi. *Phorm.* II. 3. 14. Atqui nihil fecit, patrue, quod *ſuccenſeas*. *Phorm.* II. 1. 33. Si id *ſuccenſeat* nunc, quia non dat tibi uxorem Chremes.

S U

S U

Digitized by Google

mes. *And.* II. 3. 2. Dicat, nos dare eam Phormioni nuptum, ne *ſuccenſeat*. *Phorm.* IV. 5. 8.

SUCCENTURIATUS.

Ego in ſubſidiis hic ero *ſuccenturiatus*, ſi quid deficies. *Phorm.* I. 4. 53.

SUCCURRO.

Paratae lites: *ſuccurrendum* eſt. *Adelph.* V. 3. 6.

SUCCUS.

Color verus, corpus ſolidnm, & *ſucci* plenum. *Eun.* II. 3. 26.

SUDO.

Heia! *ſudabis* ſatis, ſi cum illo inceptas homine. *Phorm.* IV. 3. 23.

SUFFARCINATUS, A, UM.

Vidi Cantharam *ſuffarcinatam*. *And.* IV. 4. 31.

SUFFERO.

Syre, vix *ſuffero*. *Heaut.* II. 4. 20. An ut pro hujus peccatis ego ſupplicium *ſufferam*? *And.* V. 3. 17. Satrapes ſi ſiet amator, numquam *ſufferre* ejus ſumtus queat. *Heaut.* III. 1. 44.

SUGGERO.

Cur amat? cur potat? cur tu his rebus ſumtum *ſuggeris*? *Adelph.* I. 1. 37.

SUI *Pronom.*

Unnm hoc ſcio, hanc meritam eſſe, ut memor eſſes *ſui*. *And.* I. 5. 46. Quam uterque eſt ſimilis *ſui*! *Phorm.* III. 2. 16. Id *ſibi* negoti credidit ſolum dari. *And.* Prol. 2. Quid igitur *ſibi* volt pater? *And.* II. 3. 1. Quid *ſibi* hic veſtitus quaerit? *Eun.* III. 5. 10. Oh! illud vide; os ut *ſibi* diſtorſit carnufex! *Eun.* IV. 4. 3. Minime miror, ſi te *ſibi* quiſque expetit. *Heaut.* II. 4. 3. Ubi videbit, tantos *ſibi* ſumtus domi cotidianos fieri. *Heaut.* IV. 5. 6. Qui *ſibi* me pro ridiculo putat. *Heaut.* V. 1. 79. Et tibi bene eſſe ſoli, quum *ſibi* ſit male. *Adelph.* I. 1. 9. Ex aliis ſumere exemplum *ſibi*. *Adelph.* III. 3. 62. Pater, ſi ex me illa liberos vellet *ſibi*, aut. *Hec.* IV. 4. 33. Unaque nos *ſibi* opera amicos junget. *Hec.* V. 2. 32. Is *ſibi* reſponſum hoc habeat. *Phorm.* Prol. 17. Obſecrat, *ſibi* ut ejus faciat copiam. *Phorm.* I. 2. 63. Uxorem decretat dare *ſeſe* mihi hodie. Tum autem hoc timet, ne deſeras *ſe*. *And.* I. 5. 3. & 35. Dehinc ne fruſtretur ipſe *ſe*, aut. *Eun.* Prol. 14. Illa *ſeſe* interea commodum huc advorterat. *Eun.* II. 3. 51. Hi *ſe* ad vos adplicant. *Heaut.* II. 4. 13. Aperte, ita ut res *ſeſe* habet, narrato. *Heaut.* IV. 3. 24. Semper parce, ac duriter *ſe* habere. *Adelph.* I. 1. 21. Praeſidium velle *ſe* ſenectuti ſuae. *Hec.* I. 2. 44. Ruri fere *ſe* continebat. *Phorm.* II. 3. 17. Ut ajebat, de ejus conſilio *ſeſe* velle facere. *Phorm.* III. 1. 17. Quia habet aliud magis ex *ſeſe*, & majus. *Eun.* V. 4. 51. Pro *ſe* quiſque ſedulo faciebat. *Heaut.* I. 1. 74. Antiphonem video ab *ſeſe* amittere invitum eam. *Phorm.* V. 7. 25. Omnes *ſibi* malle melius eſſe, quam alteri. *And.* II. 5. 16. *Sibi* vero hanc laudem relinquunt. *Hec.* III. 5. 11. Qui ſcis eos nunc diſcordare inter *ſe*? *And.* III. 3. 43. Sic habent principia *ſeſe*, ut dico. *Phorm.* III. 1. 15. *Saepiſſime alibi.*

SUM, ES, EST.

Nullus *ſum*! *And.* III. 4. 20. *Eun.* V. 7. 22. *Hec.* III. 1. 39. IV. 4. 31. Quandoquidem tam iners, tam nulli conſilii *ſum*. *And.* III. 5. 3. Vix *ſum* apud me, ita animus commotus eſt metu. *And.* V. 4. 34. Non adeo inhumano ingenio *ſum*, ut. *Eun.* V. 2. 41. Propter quam in ſumma infamia *ſum*. *Heaut.* II. 3. 18. Non tibi ego exempli ſatis *ſum*? *Ch.* Prae iracundia, Menedeme, non *ſum* apud me. *Heaut.* V. 1. 47. & 48. Immo & ibi nunc *ſum*, & uſque id egi dudum. *Heaut.* V. 2. 30. Obſecro, mi gnate, ne iſtuc in animum inducas tuum, alienum eſſe te. *Cl. Sum. Heaut.* V. 4. 6. Vix *ſum* compos animi: ita ardeo iracundia. *Adelph.* III. 2. 12. Quod me accuſat nunc vir, *ſum* extra noxiam. *Hec.* II 3. 3. Nam ea jam aetate *ſum*, ut. *Hec.* V. 1. 10. Non *ſum* apud me. *Phorm.* I. 4. 27. Sic *ſum*: ſi placeo, utere. Ego iſti nihilo *ſum* aliter, ac fui. *Phorm.* III. 2. 42. & 45. Nihil circuitione uſus *es*. *And.* I. 2. 31. Potin' *es* mihi verum dicere? *And.* II. 6. 6. Quis tu *es*? quis mihi *es*? *And.* IV. 1. 11. Qui dum? *Gn.* Quia triſtis *es*. *Eun.* II. 2. 42. Multimodis injurius, Clitipho, *es*; neque ferri potis *es*. *Heaut.* II. 3. 80. Natura tu illi pater *es*, conſiliis ego. *Adelph.* I. 2. 46. Tu quoque proterve iracundus *es*. *Hec.* III. 5. 53. Hem! ſatis pro imperio! quiſquis *es*. *Phorm.* I. 4. 19. Meum gnatum rumor *eſt* amare. *And.* I. 2. 14. Nihil loci *eſt* ſegnitiae, neque ſocordiae. *And.* I. 3. 1. Item alia multa, quae nunc non *eſt* narrandi locus. *And.* II. 2. 17. Amantium irae, amoris integratio *eſt*. *And.* III. 3. 23. Tuum *eſt*, mihi ignoſcere. *And.* IV. 1. 55. Ea res *eſt*; propterea que nunc miſera in moerore *eſt*. *And.* IV. 2. 10. Dos, Pamphile, *eſt* decem talenta. *And.* V. 4. 47. Atque adeo longum *eſt*, nos illum exſpectare, dum exeat. *And.* V. 6. 13. Cras *eſt* mihi judicium. *Eun.* II. 3. 46. Sic homo *eſt*, perpaucorum hominum. *Eun.* III. 1. 18. Quid huc reditio *eſt*? quid veſtis mutatio? *Eun.* IV. 4. 4. Quid ais? *Th.* Id quod res *eſt*. *Eun.* IV. 6. 10. Quanti *eſt* ſapere! *Eun.* IV. 7. 21. Mihi ſic *eſt* uſus: tibi ut opus facto *eſt*, face. *Heaut.* I. 1. 28. Si una haec dedecori *eſt* parum? *Heaut.* II. 3. 93. Non *eſt* mentiri meum. *Heaut.* III. 2. 38. At mihi fides apud hunc *eſt*. *Heaut.* III. 3. 10. Non mea *eſt* ſimulatio. *Heaut.* IV. 5. 34. Serva, quod in te *eſt*, filium, & me, & familiam. *Heaut.* IV. 8. 4. Hoc patrium *eſt*, potius conſuefacere filium. *Adelph.* I. 1. 49. In ore *eſt* omni populo. *Eſt*, Dis gratia, & unde haec fiant. *Adelph.* I. 2. 13. & 41. Verum cogito id, quod res *eſt*. *Adelph.* II. 1. 52. Non hercle otium *eſt* nunc mihi auſcultandi. Nae illiuſmodi jam nobis magna civium penuria *eſt*. *Adelph.* III. 3. 65. & 88. Si *eſt*, facturus ut ſit officium ſuum. *Adelph.* III. 5. 4. Cteſipho autem in amo-

re *eſt* totus. *Adelph.* IV. 2. 50. Simulare certe *eſt* hominis. *Adelph.* IV. 7. 16. Pro patre huic *eſt* : bonus *eſt* : noſter *eſt* : recte datur. *Adelph.* V. 8. 28. Poſtremo a me argentum, quanti *eſt*, ſumito. *Adelph.* V. 9. 20. Aliud fortaſſe aliis vitii *eſt*: ego ſum animo leni natus. *Eſt*, quod me tranſire ad forum jam oporteat. *Hec.* II. 2. 28. & 31. Tibi id in manu *eſt*, ne fiat. *Hec.* III. 5. 43. Haec mihi nunc cura *eſt* maxima, ut ne. *Hec.* IV. 2. 19. Is quidem in culpa non *eſt*. *Hec.* IV. 4. 78. Si vera dicis, nihil tibi *eſt* a me pericli, mulier. *Hec.* V. 1. 9. In me omnis ſpes mihi *eſt*. *Phorm.* I. 2. 89. Cui de integro *eſt* poteſtas etiam conſulendi, quid velis. *Phorm.* I. 3. 22. Tum, temporis mihi punctum ad hanc rem *eſt*. *Phorm.* I. 4. 7. Hic in noxa *eſt*. *Phorm.* II. 1. 36. Aliis aliunde *eſt* periclum, unde aliquid abradi poteſt. *Phorm.* II. 2. 19. Quantus metus *eſt* mihi! *Phorm.* III. 1. 18. His nunc praemium *eſt*, qui recta prava faciunt. *Phorm.* V. 2. 6. Quia uterque utrique *eſt* cordi. *Phorm.* V. 3. 17. *Eſt*, ubi vos ulciſcar probe. *Phorm.* V. 7. 96. Deteriores omnes *ſumus* licentia. *Heaut.* III. 1. 74. Ego vapulando, ille verberando, uſque ambo defeſſi *ſumus*. *Adelph.* II. 2. 5. Omnibus nobis ut res dant ſeſe, ita magni atque humiles *ſumus*. *Hec.* III. 3. 20. Ita plerique ingenio *ſumus* omnes, noſtri noſmet poenitet. *Phorm.* I. 3. 20. Proinde hinc vos amolimini : nam mihi impedimento *eſtis*. *And.* IV. 2. 24. Quam *eſtis* maxume potentes, dites, fortunati, nobiles. *Adelph.* III. 4. 56. Anum decrepitam ducam ! idne *eſtis* auctores mihi? *Adelph.* V. 8. 16. Quas credis eſſe has, non *ſunt* verae nuptiae. *And.* I. 1. 20. Illis quae *ſunt* intus clamat de via. *And.* III. 2. 11. Irae *ſunt* inter Glycerium & gnatum. *And.* III. 3. 20. Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt, nec *ſunt*. *Eun.* II. 2. 18. Quae dum foris *ſunt*, nihil videtur mundius. *Eun.* V. 4. 12. Haec perinde *ſunt*, ut illius animus, qui ea poſſidet. Haec *ſunt* tamen ad virtutem omnia. *Heaut.* I. 2. 21. & 33. Te amo : quo magis, quae agis, curae *ſunt* mihi. *Adelph.* IV. 5. 46. Haec magis *ſunt* hominis. *Adelph.* IV. 7. 18. Itidem illae mulieres *ſunt* ferme, ut pueri, levi ſententia. *Hec.* III. 1. 32. Quonam in loco *ſunt* res, & fortunae meae? *Phorm.* III. 1. 9. Haccine cauſa ego *eram* tantopere cupidus redeundi domum? *Hec.* III. 1. 3. Ehem! tun' hic *eras*, mi Phaedria? Neque tu uno *eras* contenta. *Eun.* I. 2. 6. & 42. Nunc demum venis? cur paſſus? ubi *eras*? *Adelph.* II. 2. 26. Ehem! pater mi, tu hic *eras*? *Adelph.* V. 7. 3. Ho! tune is *eras*? *Phorm.* V. 7. 52. Sic vita *erat* : facile omnes perferre ac pati; cum quibus *erat* cumque una. Andriae illi id *erat* nomen. *And.* I. 1. 35. 36. & 59. Ad eam rem tempus non *erat*. *Eun.* IV. 1. 7. Eho! nonne id ſat *erat*? *Eun.* IV. 5. 10. Ut ut *erat*, manſum tamen oportuit. fortaſſe aliquantum iniquior *erat*. *Heaut.* I. 2. 26. & 27. *Erat* hic Corinthia anus, haud impura. *Heaut.* IV. 1. 16. Quae ſecunda ei dos *erat*, periit. *Adelph.* III. 2. 47. Cui tanta *erat* res, & ſupererat? *Phorm.* I. 2. 19. Jam tum *erat* ſenex. *Phorm.* V. 8. 34. Mater & pater, quaſi dedita opera, domi *erant*. *Eun.* V. 2. 2. Cuique *erant* grata omnia, protrruiſti hinc. *Heaut.* III. 1. 36. Abii ad proximos, qui *erant* tibi. *Heaut.* V. 2. 13. In quo noſtrae ſpes, omneſque opes ſitae *erant*. *Adelph.* III. 2. 34. Ut ut *erant* alia, illi certe conſuleres. *Phorm.* III. 1. 4. Haeccine *erant* itiones crebrae, & manſiones diutinae Lemni? *Phorm.* V. 8. 23. Prius, quam argentum haberes, quod daturus jam *fui*. *Heaut.* IV. 6. 13. Ego numquam adeo aſtutus *fui*, quin. *Adelph.* II. 2. 13. Dies triginta, aut plus eo, in navi *fui*. *Hec.* III. 4. 7. Vel heri in vino, quam immodeſtus *fuiſti*! *Heaut.* III. 3. 7. Dum iſtis *fuiſti* ſolus, dum. *Heaut.* V. 2. 34. Sola hic *fuiſti*: in te omnis haeret culpa ſola. *Hec.* II. 1. 32. Liberius vivendi *fuit* poteſtas. *And.* I. 1. 25. Seu tibi morigera *fuit* in rebus omnibus. *And.* I. 5. 59. Num quidnam amplius tibi cum illa *fuit*, Charine? *And.* II. 1. 25. Olim iſti *fuit* generi quondam quaeſtus apud ſeclum prius. *Eun.* II. 2. 15. Mihi ſolae ridiculo *fuit*. *Eun.* V. 7. 3. Immo ille *fuit* ſenex importunus ſemper. *Heaut.* I. 2. 23. Vita eſt eadem, & animus te erga idem, ac *fuit*. *Heaut.* II. 3. 24. Ita magno deſiderio *fuit* ei filius. *Heaut.* IV. 5. 5. Hodie in pſaltria hac emunda, hic adjutor *fuit*. *Adelph.* V. 9. 10. Ei cauſa alia quae *fuit*, quamobrem abs te abiret? *Hec.* IV. 4. 73. Hic adeo his rebus annulus *fuit* initium inveniundis. *Hec.* V. 3. 23. Neque mihi cognatus *fuit* quiſquam iſthoc nomine. *Phorm.* II. 3. 44. Una ſemper militiae, & domi *fuimus*. *Adelph.* III. 4. 50. Quae illius *fuerunt*, poſſidet. *And.* IV. 5. 15. Ubi comperi ex iis, qui ei *fuere* conſcii. *Heaut.* I. 1. 69. Amici omnes modo uno ore auctores *fuere*, ut. *Phorm.* IV. 3. 20. Detineo te fortaſſe: tu profectus alio *fuerat*. *Eun.* II. 2. 49. Erat quidam Eunuchus, quem mercatus *fuerat* frater Thaidi. *Eun.* III. 5. 21. Virginem vitiaſti, quam te jus non *fuerat* tangere. *Adelph.* IV. 5. 52. Adeam, cujus conſilio ea par *fuerat* proſpici. *Hec.* IV. 1. 46. Tum, ſi id falſum *fuerat*, filius cur non refellit? *Phorm.* II. 3. 53. Atque ita, ut nuptiae *fuerant* futurae, fiant. *And.* III. 3. 11. Non *fuerant* nuptiae futurae. *And.* III. 4. 8. Tu hoſce inſtrue : hic ego *ero* poſt principia. *Eun.* IV. 7. 11. Ego domi *ero*, ſi quid me voles. *Heaut.* IV. 8. 32. Ego in ſubſidiis hic *ero* ſuccenturiatus. *Phorm.* I. 4. 52. Quum tu ſatura, atque ebria *eris*, puer ut ſatur ſit, faci-

Digitized by Google

facito. *Hec.* V. 2. 3. Neque iſtic, neque alibi tibi uſquam *erit* in me mora. *And.* II. 5. 9. Jam, ubi ubi *erit*, inventum tibi curabo. *And.* IV. 2. 1. Ubi tempus tibi *erit*, ſat habet, ſi tum recipitur. *Eun.* III. 2. 32. Mihi ſi unquam filius *erit*. *Heaut.* II. 1. 5. Quid ſene noſtro *erit* miſerius? *Heaut.* II. 3. 14. Praeſens, abſenſque idem *erit*. *Adelph.* I. 1. 48. Si *erit* adjutrix noſtrae induſtriae. *Hec.* Alt. Prol. 24. Neutra in re vobis difficultas a me *erit*. *Hec.* IV. 4. 45. Ubi *erit* puero natalis dies: ubi initiabunt. Omne hoc mater auferet: puer *erit* cauſa mittundi. *Hec.* I. 1. 14. & 16. Indicio de ſe ipſe erit: vos *eritis* judices. *Adelph.* Prol. 4. Ideo, quia, ut vos mihi domi *eritis*, proinde ego ero fama foris. *Hec.* II. 1. 21. Alii meliores *erunt*. *Adelph.* V. 9. 11. At hae amicae *erunt*, ubi. *Hec.* V. 2. 24. Inde hiſce oſtendam me, ubi *erunt* egreſſi foras. *Phorm.* V. 6. 52. *Eſto*: at certe concedas hinc aliquo. *Heaut.* III. 3. 11. Syre, eho! accede huc ad me: liber *eſto*. *Adelph.* V. 9. 13. Quietus *eſto*, inquam. *Phorm.* IV. 5. 1. Quaſi illa tua ſit, Pamphilique ego *ſim* pater. *And.* III. 3. 17. Tandem cognoſti, qui *ſiem*. *And.* III. 4. 7. Sentiet qui vir *ſiem*. *Eun.* I. 1. 21. Scin' me, in quibus *ſim* gaudiis? *Eun.* V. 9. 5. Prae gaudio ubi *ſim*, neſcio. *Heaut.* II. 3. 67. Si augeam, aut etiam adjutor *ſim* ejus iracundiae. *Adelph.* I. 2. 66. Ne morae meis nuptiis egomet *ſiem*? *Adelph.* IV. 5. 78. Sinite exorator ut *ſim*. *Hec.* Alt. Prol. 2. Quibus iris impulſus nunc in illam iniquos *ſiem*? *Hec.* III. 5. 35. Ut ne imparatus *ſim*, ſi adveniat Phormio. *Phorm.* II. 1. 84. Si illam dant, hanc ut mittam: ne incertus *ſiem*. *Phorm.* IV. 3. 70. Quin, ſi hoc celetur, in metu: ſin patefit, in probro *ſiem*. *Phorm.* V. 4. 6. Proin tu fac, apud te ut *ſies*. *And.* II. 4. 5. Ne in mora, cum opus ſit, *ſies*. *And.* II. 5. 13. Salvos *ſis*, Crito. *And.* IV. 5. 7. Mecum tota *ſis*: meus fac *ſis* poſtremo animus, quando ego ſum tuus. *Eun.* I. 2. 115. & 116. Nunc Parmeno, te oſtendes, qui vir *ſies*. *Eun.* II. 3. 15. Dionyſia hic ſunt hodie; apud me *ſis* volo. *Heaut.* I. 1. 110. Cave quidquam admiratus *ſies*. *Heaut.* IV. 6. 23. Bono animo fac *ſis*, Soſtrata. *Adelph.* III. 5. 1. Vereor, ne indiligens nimium *ſies*. *Adelph.* IV. 5. 50. Te oro porro in hac re adjutor *ſis* mihi. *Hec.* IV. 4. 99. Haec hinc faceſſat, tu moleſtus ne *ſies*. *Phorm.* IV. 3. 30. Animo virili praeſentique ut *ſis*, para. *Phorm.* V. 7. 64. Sin eveniat, quod volo, in Pamphilo ut nihil *ſit* morae. *And.* I. 1. 139. Huc proviſo, ut, ubi tempus *ſiet*, deducam. *Eun.* III. 2. 4. Adeon' rem rediſſe, ut periculum etiam fame mihi *ſit*? *Heaut.* V. 2. 27. Rogas me? ubi nobis Aeſchinus *ſiet*? *Adelph.* I. 2. 3. Ut hic laturus hoc *ſit*, ſi ipſam rem, ut *ſiet*, reſciverit. *Hec.* IV. 1. 52. Numquid, Geta, aliud me vis? *Ge.* Ut bene *ſit* tibi! *Phorm.* I. 2. 101. Videtis, quo in loco res haec *ſiet*. *Phorm.* II. 4. 6. Neſcis, quo in metu, & quanto in periclo *ſimus*. *Phorm.* I. 2. 8. Ut amici inter nos *ſimus*. *Phorm.* II. 3. 84. Facite aequi *ſitis*. *Heaut.* Prol. 28. Quae nunc ſunt certa ei conſilia, incerta ut *ſient*. *And.* II. 3. 16. Haud ſcio, an, quae dixit, *ſint* vera omnia. *And.* III. 2. 45. Cui magis bonae felicitates omnes adverſae *ſient*. *Eun.* III. 3. 33. Abi prae, curre, ut *ſint* domi parata. *Eun.* III. 2. 46. Scire equidem volo, quot mihi *ſint* domini. *Adelph.* IV. 2. 16. Sed firmae hae vereor ut *ſint* nuptiae. *Hec.* I. 2. 26. Haec, cum rationem ineas, quam *ſint* ſuavia, & quam cara *ſint*. *Phorm.* II. 2. 30. Quas, cum res adverſae *ſient*, paullo mederi poſſis! *Phorm.* V. 4. 3. Hanc meritam eſſe, ut memor eſſes ſui. *Pa.* Memor *eſſem*? *And.* I. 5. 47. Rogas? viderem, audirem, *eſſem* una, quacum cupiebam. *Eun.* III. 5. 26. Non tu ei dixiſti, ut *eſſem*? *Heaut.* III. 1. 27. Non ſic ludibrio tuis factis habitus *eſſem*. *Hec.* IV. 1. 11. Recte ego mihi vidiſſem, & ſenis *eſſem* ultus iracundiam. *Phorm.* I. 4. 12. Feci, e ſervo ut *eſſes* libertus mihi. *And.* I. 1. 10. Quam timui male, ne nunc animo ira *eſſes* duro, ut olim! *Heaut.* IV. 1. 52. Dis quidem *eſſes*, Demea. *De.* Exemplum omnibus curarem ut *eſſet*. *Adelph.* V. 1. 8. & 10. Primus *eſſes*, memoriter progeniem veſtram proferens. *Phorm.* II. 3. 47. Ne *eſſet* ſpatium cogitandi ad diſturbandas nuptias. *And.* I. 2. 11. Cavit, ne unquam infamiae ea res ſibi *eſſet*, ut. *And.* II. 6. 14. Perfecit, ſibi ut inſpiciundi *eſſet* copia. *Eun.* Prol. 21. Utinam *eſſet* mihi pars aequa amoris tecum. *Eun.* I. 2. 11. Quid rei *eſſet*, dicti huic? *Heaut.* IV. 7. 2. Si *eſſet*, unde id fieret, faceremus. *Adelph.* I. 2. 26. Mirabar, quid hic negotii *eſſet* tibi. *Adelph.* IV. 5. 8. Ut in otio *eſſet* potius, quam in negotio. *Hec.* Alt. Prol. 18. Non te pro his curaſſe rebus, ne quid aegre *eſſet* mihi? *Hec.* II. 1. 30. Evenit, ſenibus ambobus ſimul iter ut *eſſet*. *Phorm.* I. 2. 16. Abſque eo *eſſet*, recte ego mihi vidiſſem. *Phorm.* I. 4. 11. Quampridem pater mihi & mater mortui *eſſent*. *Eun.* III. 3. 12. Paucae, quae circum illam *eſſent*, manent novitiae puellae. *Eun.* III. 5. 33. Si mihi ſecundae res de amore meo *eſſent*. *Heaut.* II. 2. 1. Si non rediſſes, hae irae factae *eſſent* multo ampliores. *Hec.* III. 1. 9. Ni haec ita *eſſent*, cum illo haud ſtares. *Phorm.* II. 1. 39. Pater inſtat, fecit animi ut incertus *foret*. *Hec.* I. 2. 46. Ni id feciſſet, magis mirum *foret*. *Hec.* II. 1. 23. Quam fortunatus caeteris ſum rebus, abſque una hac *foret*. *Hec.* IV. 2. 25. Quid faceres, ſi aliud gravius tibi nunc faciundum *foret*? *Phorm.* I. 4. 30. Ex qua re minus rei *fores*, aut famae temperans. *Phorm.* II. 1. 41. Si unquam ullum fuit tempus, ma-

Digitized by Google

mater, quum ego voluptati tibi *fuerim*. *Heaut.* V. 4. 2. Rogabit me, ubi *fuerim*. *Adelph.* IV. 1. 11. Cuivis facile ſcitu eſt, quam *fuerim* miſer. *Hec.* III. 1. 15. Quid commemorem, qualis ego in hunc *fuerim*? *Phorm.* V. 8. 43. Ullamne ego rem volui, quin tu in ea re mihi *fueris* advorſatrix? *Heaut.* V. 3. 5. A parvulo ut ſemper tibi apud me juſta & clemens *fuerit* ſervitus, ſcis. *And.* I. 1. 9. Ego illum neſcio, qui *fuerit*. *Eun.* IV. 3. 16. Qui *fuerit* pater, quae mater, confingam. *Phorm.* I. 2. 79. Meminiſtin' olim ut *fuerit* voſtra oratio. *Phorm.* I. 4. 47. Neque ejus patrem ſe ſcire, qui *fuerit*? Nec Stilphonem ipſum ſcire, qui *fuerit*? *Phorm.* II. 3. 7. & 9. Multa, ex quo *fuerint* commoda, ejus incommoda aequum eſt ferre. *Hec.* V. 3. 42. Quod ni *fuiſſem* incogitans, ita eum exſpectarem, ut par fuit. Non potius eſſem: *fuiſſet* tum illos mihi aegre aliquot dies. *Phorm.* I. 3. 3. & 7. Moleſtus certe ei *fuero*; atque animo morem geſſero. *And.* IV. 1. 17. Tuo officio *fueris* functus. *Adelph.* IV. 3. 12. Idem hoc tibi, quod bene promeritus *fueris*, conduplicaverit. *Phorm.* III. 2. 31. Aut, ſi lubitum *fuerit*, cauſam ceperit. *And.* I. 3. 8. Si quid opus *fuerit*, heus! domo me. *Phorm.* II. 3. 93. Neutiquam officium liberi *eſſe* hominis puto. *And.* II. 1. 30. Alium *eſſe* cenſes nunc me, atque olim? *And.* III. 3. 13. Quum faciem videas, videtur *eſſe* quantivis pretii. *And.* V. 2. 15. Ubi miſer famelicus videt me *eſſe* in tanto honore. *Eun.* II. 2. 29. Fratri gaudeo amorem *eſſe* omnem in tranquillo. *Eun.* V. 9. 8. Haec non voluptati tibi *eſſe*, ſatis certo ſcio. *Heaut.* I. 1. 19. In metu *eſſe* hunc, illi eſt utile. *Heaut.* I. 2. 25. Magnum ſignum eſt, dominam *eſſe* extra noxiam. *Heaut.* II. 3. 57. Tibi jam *eſſe* (cibum) ad ſororem intelligo. *Heaut.* V. 2. 26. Tibi bene *eſſe* ſoli, quum ſibi ſit male. *Adelph.* I. 1. 9. Quod hinc acceſſerit, id de lucro putato *eſſe* omne. *Adelph.* V. 3. 31. Ei ludo magiſtram hanc *eſſe* ſatis certo ſcio. *Hec.* II. 1. 7. Oh! regem me *eſſe* oportuit. *Phorm.* I. 2. 20. Quidquid praeter ſpem eveniat, id omne deputare *eſſe* in lucro. *Phorm.* II. 1. 16. Id gratum *fuiſſe* advorſum te, habeo gratiam. *And.* I. 1. 15. Quid illi credis animi tum *fuiſſe*, ubi? *Eun.* V. 7. 14. Aeſchine, audi: ne te ignarum *fuiſſe* dicas meorum morum. *Adelph.* II. 1. 6. *Fuiſſe* erga me miro ingenio, expertus ſum. *Hec.* III. 5. 39. Quem amicum tuum ais *fuiſſe* iſtum? *Phorm.* II. 3 33. Poſthac incolumem ſat ſcio *fore* me, nunc ſi hoc devito malum. *And.* III. 5. 5. Dehinc ſpero aeternam inter nos gratiam *fore*. *Eun.* V. 2. 34. Si ſperat *fore* clam, rurſum ad ingenium redit. *Adelph.* I. 1. 46. Quod ego numquam credidi *fore*, ut. *Hec.* I. 2. 24. Quamobrem exſpectem, aut ſperem, porro non *fore*? *Phorm.* V. 8. 36. Lacrumo, quae poſthac *futura* eſt vita, quum in mentem venit. *Hec.* III. 3. 45. Atque ita, ut nuptiae fuerant *futurae*, fiant. *And.* III. 3. 11. Non fuerant nuptiae *futurae*. *And.* III. 4. 8. Ita Davum modo timere ſenſi, ubi nuptias *futuras* eſſe audivit. *And.* I. 2. 3. Quid nunc *futurum* eſt? *Adelph.* IV. 7. 12. Quidquid *futurum* eſt, huic ſuum reddas ſcilicet. *Hec.* IV. 4. 47. O Geta, quid te *futurum* eſt! *Phorm.* I. 2. 87. Non, non ſic *futurum* eſt: non poteſt. *Phorm.* II. 1. 73. Metui, quid *futurum* denique eſſet. *Heaut.* III. 3. 8. Jam nunc tibi renuntio, here, *futurum*, ut ſis ſciens. *And.* III. 2. 28. An non dixi, hoc eſſe *futurum*? *And.* III. 5. 15. Do fidem, *futurum*. *Eun.* V. 9. 30. Quid te *futurum* cenſes, quem adſidue exedent? *Heaut.* III. 1. 53. Iſtuc eſt ſapere, quae *futura* ſunt, proſpicere. *Adelph.* III. 3. 33.

SUMMA. *Subſt.*

Ad te *ſumma* ſolum rerum redit. *Phorm.* II. 2. 3. De *ſumma* nihil decedet. *Adelph.* V. 3. 30.

SUMMUS, A, UM.

Pater amicus *ſummus* nobis. *And.* V. 6. 6. Is noſtro Simulo fuit *ſummus*. *Adelph.* III. 2. 54. Amicus *ſummus* meus, & popularis Geta. *Phorm.* I. 1. 1. Veſtrae familiae hercle amicus, & tuo *ſummus* Phaedriae. *Phorm.* V. 8. 60. Plurima ſalute Parmenonem *ſummum* ſuum impertit Gnatho. *Eun.* II. 2. 40. Ne adſidue agendi ſint mihi, clamore *ſummo*, cum labore maximo. *Heaut.* Prol. 40. Cujus tibi poteſtas *ſumma* ſervandi datur. *And.* III. 3. 9. Jus ſummum ſaepe *ſumma* malitia eſt. *Heaut.* IV. 5. 48. *Summa* eludendi occaſio eſt mihi nunc ſenes. *Phorm.* V. 6. 45. Unicam gnatam ſuam cum dote *ſumma* filio uxorem ut daret. *And.* I. 1. 74. *Summa* forma ſemper conſervam domi videbit. *Eun.* II. 3. 74. Propter quam in *ſumma* infamia ſum. *Heaut.* II. 3. 18. *Summa* vi defendam hanc, atque illum mortuum. *Adelph.* III. 4. 47. Jus *ſummum* ſaepe ſumma malitia eſt. *Heaut.* IV. 5. 48. Quod habui *ſummum* pretium, perſolvi tibi. *And.* I. 1. 12. *Summum* bonum eſſe herae putavi hunc Pamphilum, amicum, amatorem. *And.* IV. 3. 2. Sapiunt, pro maleficio ſi beneficium *ſummum* nolunt reddere. *Phorm.* II. 2. 22. Tamen hanc habere ſtudeat cum *ſummo* probro? *And.* V. 3. 10. At quem Deum? qui templa coeli *ſumma* ſonitu concutit. *Eun.* III. 5. 42.

SYNTAXIS. *Summus amicus. Summo clamore. Summa poteſtas. malitia. occaſio. dos. forma. infamia. vis. Summum jus. Summum pretium perſolvere alicui. Summum bonum. Summum beneficium reddere alicui. Cum ſummo probro. Summa coeli templa.*

SUMO.

Fruſtra operam, opinor, *ſumo*. *Heaut.* IV. 3. 15. Eum hic locum *ſumſit* ſibi in Adelphos. *Adelph.* Prol. 10. Fructum quem Lemni uxoris reddunt

dunt praedia: id *ſumam*. *Phorm.* IV. 3. 76. Aliquot hos *ſumam* dies. *Phorm.* V. 5. 4. Ex ara hinc *ſume* verbenas tibi. *And.* IV. 3. 11. Poſtremo a me argentum, quanti eſt, *ſumite*. *Adelph.* V. 9. 20. Cur non habeo ſpatium, ut de te *ſumam* ſupplicium, ut volo? *And.* III. 5. 17. Quod in opere faciundo operae conſumis tuae, ſi *ſumas* in illis exercendis, plus agas. *Heaut.* I. 1. 22. Ubi tu dubites, quid *ſumas* potiſſimum. *Phorm.* II. 2. 29. Faciat, quod lubet: *ſumat*, conſumat, perdat, decretum eſt pati. *Heaut.* III. 1. 56. Quando hoc bene ſucceſſit, hilarem hunc *ſumamus* diem. *Adelph.* II. 4. 23. Cui rei opus eſt, ei hilarem hunc *ſumamus* diem. *Adelph.* V. 3. 68. Non ratio, verum argentum deerat. *De. Sumeret* alicunde. *Phorm.* II. 1. 69. Ex aliis *ſumere* exemplum ſibi. *Adelph.* III. 3. 62. Si in deterrendo voluiſſem operam *ſumere*. *Hec.* Alt. Prol. 17. Quo pacto ſatietatem amoris ait ſe velle *ſumere*? *Phorm.* V. 5. 6.

SYNTAXIS. *Operam ſumere. Sumere ſupplicium de aliquo. Sumere quid cibi. Hilarem diem ſumere. Sumere alicunde argentum. Exemplum ſumere ex aliis.*

SUMTUOSUS, A, UM.

Mea eſt potens, procax, magnifica, *ſumtuoſa*, nobilis. *Heaut.* II. 1. 15. Domus *ſumtuoſa*. *Adelph.* IV. 7. 42.

SUMTUS.

Ait, nimium parce facere *ſumtum*. *And.* II. 6. 19. Qui opere ruſtico faciundo facile *ſumtum* exercerent ſuum. *Heaut.* I. 1. 91. Praebent exigue *ſumtum*. *Heaut.* I. 2. 33. Sperabit *ſumtum* ſibi ſenex levatum eſſe harum abitu. *Heaut.* IV. 4. 24. Cur amat? cur potat? cur tu his rebus *ſumtum* ſuggeris? *Adelph.* I. 1. 37. Dedit praeterea in *ſumtum*, dimidium minae. *Adelph.* III. 3. 16. Principio, ſi id te mordet, *ſumtum* filii quem faciunt. *Adelph.* V. 3. 21. Sibi vixit: ſibi *ſumtum* fecit. *Adelph.* V. 4. 11. Turbam domum adducet; *ſumtum* admittet. *Adelph.* V. 7. 15. Virginem eam confeci ſine moleſtia, ſine *ſumtu*, ſine diſpendio. *Eun.* V. 4. 7. Ut tuo amori ſuppeditare poſſit ſine *ſumtu* tuo. *Eun.* V. 9. 46. Ita eos, meo labore eductos maxumo, hic fecit ſuos, paullo *ſumtu*. *Adelph.* V. 4. 22. Ut ne addam, quod ſine *ſumtu*, ingenuam, liberalem nactus es. *Phorm.* I. 3. 16. Quum ille & cura & *ſumtu* abſumitur. *Phorm.* II. 2. 26. Opus eſt *ſumtu* ad nuptias. *Phorm.* IV. 3. 61. *Sumtus* domi tantos ego ſolus faciam? *Heaut.* I. 1. 78. Satrapes ſi fiet amator, numquam ſufferre ejus *ſumtus* queat. *Heaut.* III. 1. 44. Cum tolerare hujus *ſumtus* non queat? *Heaut.* III. 2. 33. Ubi videbit, tantos ſibi *ſumtus* domi cotidianos fieri. *Heaut.* IV. 5. 6. *Sumtus* veſtros otiumque ut noſtra res poſſet pati. *Hec.* II. 1. 28. *Sumtus*, quos feciſti in eam, quam animo aequo tuli? *Hec.* IV. 4. 63. Si illi pergo ſuppeditare *ſumtibus*, mihi illaec vere ad raſtros res redit. *Heaut.* V. 1. 57.

SYNTAXIS. *Sumtum facere. Sumtum exercere. Praebere alicui ſumtum. Levare ſumtum. Sumtum ſuggerere alicui. Dare quid in ſumtum. Admittere ſumtum. Paullo ſumtu. Sumtu abſumi. Sufferre ſumtus. tolerare. Sumtus cotidiani.*

SUNIUM.

Rus *Sunii* ecquod haberem, & quam longe a mari? *Eun.* III. 3. 13. Ego me ire ſenibus *Sunium* dicam, ad mercatum. *Phorm.* V. 5. 9. Mercator hoc addebat, ſe audiſſe, abreptam e *Sunio*. *Eun.* I. 2. 35.

SUO.

Hei! metuo lenonem, ne quid ſuo *ſuat* capiti. *Phorm.* III. 2. 6.

SUPELLEX.

Tum pluſcula *ſupellectile* opus eſt. *Phorm.* IV. 3. 61.

SUPERBE.

Satis *ſuperbe* illuditis me. *Phorm.* V. 7. 22.

SUPERBIA.

Quorum opera ſuo quiſque tempore uſus eſt ſine *ſuperbia*. *Adelph.* Prol. 21.

SUPERBUS, A, UM.

Non cognoſco (animum) veſtrum tam *ſuperbum*. *Eun.* V. 9. 36. Reddi patri autem, cui tu nihil dicas vitii, *ſuperbum* eſt. *Hec.* I. 2. 80.

SUPERI.

Ut te quidem omnes Dî, Deaeque, *Superi*, Inferi, malis exemplis perdant. *Phorm.* IV. 4. 6.

SUPERO.

Haec (virgo) *ſuperat* ipſam Thaidem. *Eun.* II. 1. 25. Numquam ita magnifice quidquam dicam, id virtus quin *ſuperet* tua. *Adelph.* II. 3. 4.

SUPERSTES.

Deos quaeſo, ut ſit (puer) *ſuperſtes*. *And.* III. 2. 7. Ita mihi atque huic fies *ſuperſtes*, ut ex me atque ex hoc natus es? *Heaut.* V. 4. 7.

SUPERSUM.

Sed porro auſculta, quod *ſupereſt* fallaciae. *Heaut.* IV. 5. 23. Aliis, quia deſit, quod amant, aegre eſt: tibi, quia *ſupereſt*, dolet. *Phorm.* I. 3. 10. Cui tanta erat res, & *ſupererat*? *Phorm.* I. 2. 19.

SUPPEDITO.

Ut tuo amori *ſuppeditare* poſſit ſine ſumtu tuo. *Eun.* V. 9. 46. Si illi pergo *ſuppeditare* ſumtibus, mihi illaec vere ad raſtros res redit. *Heaut.* V. 1. 57.

SUPPLEX.

Ne cuiquam ſuorum aequalium *ſupplex* ſiet. *Phorm.* V. 6. 47.

SUPPLICIUM.

Pro peccato magno paullum *ſupplicii* ſatis eſt patri. *And.* V. 3. 32. Satis mihi id habeam *ſupplicii*, dum illos ulciſcar modo. *Adelph.* III. 2. 15. Redeat ſane in gratiam: jam *ſupplicii* ſatis eſt mihi. *Phorm.* V. 8. 40. Hei mihi! cur non habeo ſpatium, ut de te ſumam *ſupplicium*, ut volo? *And.* III. 5. 17. An ut pro hujus peccatis ego *ſupplicium* ſufferam? *And.* V. 3. 17. Te ultro accuſabis: & dabis ei ultro *ſupplicium*. *Eun.* I. 1. 25.

Digitized by Google

S U S U

25. Interea uſque illi de me *ſupplicium* dabo. *Heaut.* I. 1. 86.

SYNTAXIS. *Sumere ſupplicium de aliquo. Sufferre ſupplicium pro peccatis. Dare alicui ſupplicium.*

SUPPLICO.

Ipſum hunc orabo: huic *ſupplicabo*: credo, impetrabo, ut. *And.* II. 1. 12. Jam haec tibi aderit *ſupplicans* ultro. *Eun.* IV. 7. 41. Ita nunc is ſibi me *ſupplicaturum* putat? *Hec.* III. 5. 50.

SUPPONO.

Qui hunc *ſuppoſuit* nobis? *Eun.* V. 3. 3. Qui magis licet, puerum *ſupponi*? *Eun.* Prol. 39.

SUPRA.

Voltu adeo modeſto, adeo venuſto, ut nihil *ſupra.* *And.* I. 1. 93. Facete, lepide, laute: nihil *ſupra.* *Eun.* III. 1. 37. Nihil pote *ſupra.* *Adelph.* II. 3. 11.

SUPREMUS, A, UM.

Prô *ſupreme* Jupiter! *Adelph.* II. 1. 42.

SURDUS, A, UM.

Utinam aut hic *ſurdus*, aut haec muta facta ſit. *And.* III. 1. 5. Nae ille haud ſcit, quam mihi nunc *ſurdo* narret fabulam. *Heaut.* II. 1. 10. Quod ut efficerem, orando *ſurdas* jam aures reddideraa mihi. *Heaut.* II. 3. 89.

SURGO.

Dum accubabam, quam videbar mihi eſſe pulchre ſobrius! poſtquam *ſurrexi*, neque pes, neque mena ſatis ſuum officium facit. *Eun.* IV. 5. 3. Ut triduo hoc perpetuo prorſum e lecto nequeat *ſurgere.* *Adelph.* IV. 1. 4.

SURSUM.

Ne *ſurſum*, deorſum curſitea. *Eun.* II. 2. 47. Praeterito hac recta platea *ſurſum.* *Adelph.* IV. 2. 35.

SUSCIPIO.

Ex qua filiam *ſuſcepit*: & eam clam educat. *Phorm.* V. 7. 50. Clam te uxorem duxit, & inde filiam *ſuſcepit* jam unam. *Phorm.* V. 8. 18. Cum puella anum *ſuſcepiſſe* inimicitias, non pudet? *Hec.* II. 1. 34. Parvi retulit non *ſuſcepiſſe.* (filiam) *Phorm.* IV. 3. 42. Pollicitus ſum (puerum) *ſuſcepturum.* *And.* II. 3. 27. Quum e medio exceſſit, unde haec *ſuſcepta* eſt. *Phorm.* V. 7. 74.

SYNTAXIS. *Suſcipere filiam. Inimicitias ſuſcipere cum aliquo.*

SUSPECTO.

Dum adparatur, virgo in conclavi ſedet, *ſuſpectans* tabulam quandam pictam. *Eun.* III. 5. 36.

SUSPECTUS, A, UM.

Qua re *ſuſpectus* ſuo patri fuit, exſolvi. *Hec.* V. 3. 22. Nolo falſa fama eſſe gnatum *ſuſpectum* tuum. *Hec.* V. 1. 31. Non clam me eſt, gnate mi, tibi me eſſe *ſuſpectam.* *Hec.* IV. 2. 1. Noſtras mulieres *ſuſpectas* fuiſſe falſo nobis, in re ipſa invenimus. *Hec.* V. 2. 11. Scio nemini aliter *ſuſpectum* fore. *Hec.* III. 3. 38.

SUSPENDO.

Id mihi viſus eſt dicere: abi cito, & *ſuſpende* te. *And.* I. 5. 20.

SUSPENSUS, A, UM.

Ad fores *ſuſpenſo* gradu placide ire perrexi. *Phorm.* V. 6. 27.

SUSPICIO.

Redeunti interea, ex ipſa re mihi incidit *ſuſpicio.* *And.* II. 2. 22. Qui iſthaec tibi incidit *ſuſpicio*? *And.* III. 2. 21. Jam tum erat *ſuſpicio*, dolo malo haec fieri omnia. *Eun.* III. 3. 8. In hunc *ſuſpicio* eſt tranſlata amoris. *Heaut.* IV. 5. 52. Tanta nunc *ſuſpicio* de me incidit: neque ea immerito. *Adelph.* IV. 4. 5. Immo auge magis *ſuſpicionem.* *Eun.* III. 1. 46. *Suſpicionem* iſtanc ex illis quaere. *Heaut.* V. 2. 41. Tute dicas mulieri, *ſuſpicionem* hanc propter fratrem ejus eſſe. *Adelph.* IV. 3. 9. Abin' hinc in malam rem cum *ſuſpicione* iſthac, ſcelus. *And.* II. 1. 17. Me hac *ſuſpicione* exſolvam. *Hec.* IV. 2. 23. Illas errore, & te ſimul *ſuſpicione* exſolves. *Hec.* V. 2. 26. In amore haec omnia inſunt vitia: injuriae, *ſuſpiciones*, inimicitiae, induciae. *Eun.* I. 1. 15.

SYNTAXIS. *Suſpicio incidit mihi. Suſpicio eſt. Suſpicio eſt in te tranſlata. Augere ſuſpicionem. Exſolvere ſe ſuſpicione. In amore inſunt ſuſpiciones.*

SUSPICIOSUA, A, UM.

Omnes, quibus res ſunt minus ſecundae, magis ſunt, neſcio quomodo, *ſuſpicioſi.* *Adelph.* IV. 3. 15.

SUSPICOR.

Niſi ſi id eſt, quod *ſuſpicor.* *And.* I. 5. 14. Sed, ego quantum *ſuſpicor*, ad virginem animum adjecit. *Eun.* I. 2. 62. Etiam hoc miſera *ſuſpicor*, aliquid domo abeuntem abſtuliſſe. *Eun.* IV. 3. 18. Niſi me animus fallit, hic profecto eſt annulus, quem ego *ſuſpicor.* *Heaut.* IV. 1. 1. Nec pol me multum fallit: quin, quod *ſuſpicor*, ſit, quod velit. *Hec.* V. 1. 2. Licetne ſcire ex te? *Pa.* Non licet. *Par.* Tamen *ſuſpicor.* *Hec.* V. 4. 34. Quid nunc *ſuſpicare*, aut invenis de illa? *Heaut.* IV. 1. 44. Subditum ſe *ſuſpicatur.* *Heaut.* V. 3. 12. Purgon' ego me de iſtac Thaidi, quod eam me amare *ſuſpicata* eſt? *Eun.* III. 1. 45. Qui magis licet, amare, odiſſe, *ſuſpicari*? *Eun.* Prol. 40. Mihi nunc nihil rerum omnium eſt, quod malim, quam me hoc falſo *ſuſpicarier.* *Heaut.* II. 3. 27. Senſi illico id illas *ſuſpicari.* *Adelph.* IV. 4. 13. Quamvis cauſam hunc *ſuſpicari*, quam ipſam veram, mavolo. *Hec.* IV. 1. 25. Neſcio quid *ſuſpicarier* magis coepi. *Hec.* V. 3. 29. Nihil *ſuſpicans* etiam mali. *And.* I. 1. 89. Alio *ſuſpicans* morbo me viſurum adfectam, ac ſenſi eſſe, uxorem. *Hec.* III. 3. 5.

SUSTENTO.

Solus omnem familiam *ſuſtentat.* *Adelph.* III. 4. 36.

SUSTINEO.

Prima coitio eſt acerrima. ſi eam *ſuſtinueris*, poſt illa jam, ut lubet, ludas licet. *Phorm* II. 2. 33.

SUSURRO.

Jam *ſuſurrari* audio, civem Atticam eſſe hanc. *And.* IV. 4. 40.

Suus, a, um.

Triſtis interim, nonnumquam conlacrumabat. *And.* I. 1. 81. Ipſus *triſtis*: de improviſo nuptiae, non cohaerent. *And.* II. 2. 23. *Triſtis* ſeveritas ineſt in voltu, atque in verbis fides. *And.* V. 2. 16. Qui dum? *Gn.* Quia *triſtis* es. *Eun.* II. 2. 42. Quid tu es *triſtis*? quidve es alacris? *Eun.* II. 3. 12. Dore, cape hoc flabellum. accipio *triſtis*. *Eun.* III. 5. 48. Invitat *triſtis*. manſit. *Eun.* IV. 1. 8. Neſcio quid *triſtis* eſt: non temere eſt. *Heaut.* IV. 1. 7. Quid *triſtis* es? *De.* Rogas me? ubi nobis Aeſchinus ſiet, quid *triſtis* ego ſim? *Adelph.* I. 2. 2. & 3. Quid fit? quid tu es *triſtis*? *Adelph.* V. 1. 6. Ille clemens, placidus. ego ille agreſtis, ſaevus, *triſtis*, parcus, truculentus, tenax, duxi uxorem. *Adelph.* V. 4. 12. Atque eccum video ipſum egredi. quam *triſtis* eſt! Quid tu igitur lacrumas? aut quid es tam *triſtis*? *Hec.* III. 2. 17. & 20. Sed quid tu es *triſtis*? *Phorm.* I. 2. 7. Pater adeſt: cave, te eſſe *triſtem* ſentiat. *And.* II. 3. 29. Parmenonem ante oſtium Thaidis *triſtem* video. *Eun.* II. 2. 36. Neſcio, quid *triſtem* video. *Adelph.* I. 1. 54.

TRISTITIA.

Opperiar, ut ſciam nunc, quidnam haec turba *triſtitiae* adferat. *And.* I. 4. 8. In tuto eſt omnis res: omitte vero *triſtitiam* tuam. *Adelph.* II. 4. 3.

TRIUMPHO.

Triumpho, ſi licet me latere tecto abſcedere. *Heaut.* IV. 2. 5. Non *triumpho*, ex nuptiis tuis ſi nihil nanciſcor mali? *Phorm.* III. 3. 10. Id vero ſerio *triumphat*. *Eun.* III. 1. 4.

TRUCULENTUS.

Ille clemens, placidus. ego ille agreſtis, ſaevus, triſtis, parcus, *truculentus*, tenax, duxi uxorem. *Adelph.* V. 4. 12.

TRUDO.

Perii! quid ego egi miſer? quo *trudis*? perculeris jam tu me. *Eun.* II. 3. 87. Fallacia alia aliam *trudit*. *And.* IV. 4. 40.

TU. TUN'. TUTE. TUTEMET.

Nuptias effugere ego iſtas malo, quam *tu* adipiſcier. *And.* II. 1. 32. Id paves, ne ducas *tu* illam. *tu* autem ut ducas. *And.* II. 2. 12. *Tu* quod cavere poſſis, ſtultum admittere eſt. *Eun.* IV. 6. 23. Quid facerem? ita ut *tu* juſti, ſoli credita eſt. *Eun.* V. 1. 15. Abi dum *tu*, Dromo, illis obviam, propera. *Heaut.* II. 3. 8. *Tu* quidem illum plane prodis. *Heaut.* IV. 3. 29. Propera *tu*, mea Canthara, curre. *Adelph.* III. 2. 55. Quin *tu* otioſus es. *Adelph.* IV. 1. 17. Quid *tu* igitur lacrumas? *Hec.* III. 2. 20. Ille ringitur, *tu* rideas. *Phorm.* II. 2. 27. Si mihi prior *tu* adtuleris, Phaedria, mea lege utar. *Phorm* III. 2. 47. Miſeret *tui* me. *Eun.* IV. 7. 32. *Tui* ſimilis eſt probe. *Heaut.* V. 3. 18. Me *tui* pudet. *Adelph.* IV. 5. 49. Audivi, cepiſſe odium *tui* Philumenam. *Hec.* II. 1. 22. Si *tibi* quid feci, aut facio, quod placeat. *And.* I. 1. 14. Ait *tibi* uxorem dare ſeſe hodie. *And.* II. 2. 16. Ut aut hoc *tibi* doleret itidem, ut mihi dolet. *Eun.* I. 2. 13. Nunc eo *tibi* videtur foedus, quia. *Eun.* IV. 4. 17. Periculum ex aliis facere, *tibi* quod

Digitized by Google

quod ex uſu fiet. *Heaut.* I. 2. 36. Here, hic *tibi* adſervandus eſt. *Heaut.* III. 3. 32. Haec quum illi, Micio, dico, *tibi* dico. *Adelph.* I. 2. 17. An *tibi* jam mavis cerebrum diſpergi hic? *Adelph.* V. 2. 7. Credo ita videri *tibi*. *Hec.* I. 2. 66. Si vera dicis, nihil *tibi* eſt a me pericli, mulier. *Hec.* V. 1. 9. Tute hoc intriſti: *tibi* omne eſt exedendum. *Phorm.* II. 2. 4. Di *tibi* omnes id, quod es dignus, duint! *Phorm.* III. 2. 34. Id gratum fuiſſe advorſum *te*, habeo gratiam. *And.* I. 1. 15. Proin tu fac, apud *te* ut ſies. *And.* II. 4. 5. Eludet, ubi *te* victum ſenſerit. *Eun.* I. 1. 10. At *te* Di perdant! *Eun.* III. 1. 41. Minime miror, ſi *te* ſibi quiſque expetit. *Heaut.* II. 4. 3. At *te* adjutare oportet adoleſcentuli cauſa. *Heaut.* III. 2. 35. Salvum *te* adveuire, Demea, gaudemus! *Adelph.* I. 1. 55. O frater! frater! quid ego nunc *te* laudem? *Adelph.* II. 3. 3. Quae res *te* facere id prohibet? *Hec.* II. 2. 24. Abi rus ergo hinc: ibi ego *te*, & tu me feres. *Hec.* IV. 3. 4. Ne *te* iratus ſuis ſaevidicis dictis protelet. *Phorm.* I. 4. 36. Quis *te* iſtaec juſſit loqui? *Phorm.* IV. 3. 34. Neque poſtulem abs *te*, niſi ipſa res moneat. *And.* III 3. 19. Quid iſtuc tam mirum eſt, de *te* ſi exemplum capit? *And.* IV. 1. 27. Non tam ipſo quidem dono, quam abs *te* datum eſſe. *Eun.* III. 1. 3. Educta ita, uti *te*que, illaque dignum eſt. *Eun.* IV. 6. 10. Quid de *te* tantum meruiſti? *Heaut.* I. 1. 31. Quam bene vero abs *te* proſpectum eſt? *Heaut.* IV. 1. 25. In *te* ſpes omnis, Hegio, uobis ſita eſt. *Adelph.* III. 4. 9. Ex *te* adeo eſt ortum. *Adelph.* V. 3. 11. Meque abs *te* immerito eſſe accuſaram, reſciſces. *Hec.* II. 1. 11. Vos corrigemus, *te* judice ipſo. *Hec.* II. 2. 13. Hui! dixti pulchre, ſiquidem quiſquam crederet *te* vivo. *Phorm.* II. 1. 73. Niſi Phaedria haud ceſſavit pro *te* eniti. *Phorm.* III. 1. 11. *Vos* iſthaec intro auferte; abite. *And.* I. 1. 1. Acceſſi; *vos* ſemotae: nos ſoli. *And.* I. 5. 50. Id ita eſſe, *vos* jam judicare poteritis. *Eun.* Prol. 29. *Vos* me ſequimini. *Eun.* III. 2. 53. *Vos* eritis judices. *Adelph.* Prol. 4. Si *vos* tantopere iſtuc voltis, fiat. *Adelph.* V. 8. 22. Ideo, quia, ut *vos* mihi domi eritis, proinde. *Hec.* II. 1. 21. Ne *vos* forte imprudentes foris effutiretis. *Phorm.* V. 1. 18. Quid *vos*, malum! ergo me ſicludificamini? *Phorm.* V. 7. 55. Ne cui ſit *veſtrûm* mirum, cur. *Heaut.* Prol. 1. Sed, ſi quid eſt, quod mea opera opus ſit *vobis*, aut. *And.* IV. 3. 23. Adeon' videmur *vobis* eſſe idonei? *And.* IV. 4. 18. Dico, edico *vobis*, noſtrum eſſe illum herilem filium. *Eun.* V. 5. 20. Verum idem ſi *vobis* prodeſt. *Eun.* V. 9. 41. Expedit bonas eſſe *vobis*. *Heaut.* III. 4. 8. Qui *vobis* univerſis & populo placent. *Adelph.* Prol. 19. Numquid vis? *De.* Meutem *vobis* meliorem dari. *Adelph.* III. 3. 79. Haec primum ut fiant, Deos quaeſo, ut *vobis* decet. *Adelph.* III. 4. 45. *Vobis* datur poteſtas condecorandi ludos ſcenicos. *Hec.* Alt. Prol. 36. Rus habitatum abii, concedens *vobis*, & rei ſerviens. *Hec.* II. 1. 27. *Vobis* commendo Phanium, & vitam meam. *Phorm.* I. 4. 41. Quid? ego *vobis*, Geta, alienus ſum? *Phorm.* III. 3. 12. Idque adeo metuens *vos* celavi, quod nunc dicam. Ea gratia ſimulavi, *vos* ut pertentarem. *And.* III. 4. 6. & 9. Quemne ego heri vidi ad *vos* adferri veſperi? *And.* IV. 4. 29. Quare aequum eſt *vos* cognoſcere. *And.* Prol. 42. Qui ad *vos* deductus hodie eſt. *Eun.* IV. 4. 10. Jamdudum hera *vos* exſpectat domi. *Eun.* V. 3. 8. Quamobrem omnes *vos* oratos volo, ne. *Heaut.* Prol. 26. Nolite ſinere per *vos* artem muſicam recidere ad paucos. *Hec.* Alt. Prol. 38. Sin ea eſt cauſa retinendi apud *vos*, quia. *Hec.* II. 2. 13. Mi Geta, omnes *vos* amo. *Phorm.* III. 1. 14. Tria non commutabitis verba hodie inter *vos*. *Phorm.* IV. 3. 34. *Vobis* fretus. *Ph.* Scin' quam fretus? *Eun.* V. 9. 33. Factum a *vobis* duriter. *Adelph.* IV. 5. 28. Ne ulla merito contumelia fieri a *vobis* poſſet. *Hec.* III. 5. 21. Abducta a *vobis* praegnans fuerat filia. *Hec.* IV. 4. 18. Mulier, *tun'* adpoſuiſti hunc? *And.* IV. 4. 3. Ehem, *tun'* hic eras, mi Phaedria? *Eun.* I. 2. 6. *Tun'* conſulis quidquam? *Adelph.* I. 2. 47. *Tun'* proſpicere, noſtram in rem quod ſit, potes? *Hec.* IV. 1. 34. *Tun'* dixeras huic? *Phorm.* IV. 3. 8. Hem, *tibine* haec diutius licere ſperas facere? *Heaut.* I. 1. 50. *Tene* iſtuc loqui? *Heaut.* V. 1. 48. *Tute* ipſe his rebus finem praeſcripſti, pater. *And.* I. 1. 124. Quamobrem id *tute* non facis? *And.* IV. 3. 12. Lepus *tute* es, & pulpamentum quaeris? *Eun.* III. 1. 36. In cognoſcendo *tute* ipſe aderis. *Eun.* V. 2. 54. Ita *tute* attente illorum officia fungere. *Heaut.* I. 1. 14. Numquid *tute* proſpexti tibi, quid fieret? *Adelph.* IV. 5. 55. *Tute* loqueris: me veras. *Hec.* III. 1. 37. An, quia non *tute* ipſe dudum audiſti? *Hec.* V. 2. 18. Ubi *tute* verbum non reſpondeas? *Phorm.* II. 1. 50. Uxor, ſi ceſſes, aut te amare cogitat, aut *tete* amari. *Adelph.* I. 1. 8. Alios tuam rem credidiſti magis, quam *tete*, animadverſuros? *Phorm.* III. 1. 3. *Tutemet* mirabere. *Heaut.* II. 3. 133.

TUBER.

Colaphis *tuber* eſt totum caput. *Adelph.* II. 2. 37.

TUM.

Hi tres *tum* ſimul amabant. Cum id mihi placebat, *tum* uno ore omnes omnia bona dicere. Ibi *tum* filius cum illis una aderat frequens. Placuit *tum* id mihi. Ibi *tum* exanimatus Pamphilus bene diſſimulatum amorem, & celatum indicat. *And.* I. 1. 60. 69. 79. 82. & 104. *Tum* ſi quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum. *And.* I. 2. 21. Ibi *tum* hanc ejectam Chryſidis patrem recepiſſe orbam. *And.* I. 3. 18. *Tum* autem hoc timet, ne deſeras ſe. *And.* I.

5. 34. *Tum* haec ſola eſt mulier. *And.* II. 3. 7. Dum licitum eſt ei, dumque aetas tulit, amavit: *tum* id clam. *And.* II. 6. 13. Poſt ubi tempus promiſſa eſt jam perfici, *tum* coacti, neceſſario ſe aperiunt. *And.* IV. 1. 8. Cum, ibi me adeſſe, neuter *tum* praeſenſerat. *And.* V. 1. 20. *Tum* ille egens, forte adplicat primum ad Chryſidis patrem ſe. *Tum* is mihi cognatus fuit, qui eum recepit. *And.* V. 4. 21. & 23. *Tum* ſi quis eſt, qui dictum in ſe inclementius exiſtimabit eſſe. *Eun.* Prol. 4. *Tum* tu igitur paululum da mihi operae. *Eun.* II. 2. 50. Cras eſt mihi judicium. quid *tum*? Si ſcias, *tum* magis id dicas. *Eun.* II. 3. 47. & 64. Quid *tum* poſtea? *Eun.* II. 3. 78. IV. 2. 9. IV. 7. 23. *Adelph.* IV. 5. 15. *Hec.* IV. 1. 36. *Tum* ſicubi eum ſatias hominum ceperat. *Tum* me convivam ſolum abducebat ſibi. Siquidem me amaret, *tum* iſtuc prodeſſet, Gnatho. *Eun.* III. 1. 13. 17. & 56. Ubi tu voles, ubi tempus tibi erit, ſat habet, ſi *tum* recipitur. *Eun.* III. 2. 32. Jam *tum*, cum primum juſſit me ad ſe arceſſier. Jam *tum* erat ſuſpicio. *Eun.* III. 3. 4. & 8. Quid *tum*? *Ch.* Quid? quid *tum*? ſatue. *Eun.* III. 5. 56. Quia cum inde abeo, jam *tum* inceperat turba inter eos. *Eun.* IV. 4. 58. *Tum* quae ejus confidentia eſt! *Eun.* V. 1. 23. *Tum* quandam fidicinam amat hic Chaerea. *Eun.* V. 6. 15. Quid illi credis animi *tum* fuiſſe, ubi? *Eun.* V. 7. 14. *Tum* autem Phaedriae meo fratri gaudeo amorem eſſe omnem in tranquillo. *Eun.* V. 9. 7. *Tum*, quod dem ei, recte eſt. *Heaut.* II. 1. 16. Quod tamen nunc faciam: *tum*, quum gratum mihi eſſe potuit, nolui. *Tum*, quod illi argentum es pollicitus, eadem hac inveniam via. *Heaut.* II. 3. 21. & 88. Quae (muliercula) paululo *tum* erat contenta. *Heaut.* III. 1. 36. Tantum ſat habes? quid *tum*, quaeſo, ſi hoc pater reſciverit? *Heaut.* IV. 3. 40. *Tum* praeterea talem, niſi tu, nulla pareret filium. *Heaut.* V. 3. 20. Tu nunc tibi id laudi ducis, quod *tum* feciſti inopia? *Adelph.* I. 2. 25. Ut ſit ſatius perdere, quam aut hic nunc manere tam diu, aut *tum* perſequi. *Adelph.* II. 2. 27. *Tum* ſi maxime fateatur, quum amet aliam. Primum indotata eſt: *tum* praeterea, quae ſecunda ei dos erat, periit. *Adelph.* III. 2. 42. & 47. Filium *tum* etiam, ſi nolit, cogas, ut. *Adelph.* V. 3. 65. Hanc Bacchidem amabat, ut cum maxime, *tum* Pamphilus. *Hec.* I. 2. 40. *Tum* autem, ex amicis inimici ut ſint nobis adfines, facis. Enim laſſam oppido *tum* eſſe ajebant. *Hec.* II. 1. 14. & 41. *Tum* autem filius introiit videre, ut venit, quid agat. *Hec.* III. 2. 10. *Tum*, poſtquam ad te venit, menſis agitur hic jam ſeptimus. Quem ego *tum* conſilio miſſum feci: idem nunc huic operam dabo. *Hec.* III. 3. 34. & 48. *Tum* tu igitur nihil adtuliſti huc plus una ſententia? *Hec.* III. 5. 12. Non potitus eſſem, fuiſſet *tum* illos mihi aegre aliquot dies. Si tibi res ſit cum eo lenone, *tum* ſentias. *Phorm.* I. 3. 7. & 19. Quum mihi paveo, *tum* Antipho me excruciat animi. *Phorm.* I. 4. 10. Quot me cenſes homines jam deverberaſſe uſque ad necem, hoſpites, *tum* cives? *Phorm.* II. 2. 14. Neque, Antipho alia quum occupatus eſſet ſollicitudine, *tum* hoc eſſe mihi objectum malum! *Tum* praeterea horunc' amorem diſtrahi poterin' pati? *Phorm.* III. 2. 18. & 33. Pater adeſt hic. *Ge.* Scio: ſed quid *tum*? *Phorm.* III. 3. 8. *Tum* pluſcula ſupellectile opus eſt. *Phorm.* IV. 3. 60. Olim, quum honeſte potuit, *tum* non eſt data. *Tum* autem, Antiphonem video ab ſeſe amittere invitum eam. *Phorm.* V. 7. 19. & 25. Qui mihi, ubi ad uxores ventum eſt, *tum* fiunt ſenes. Jam *tum* erat ſenex, ſenectus ſi verecundos facit. *Phorm.* V. 8. 21. & 34. *Paſſim alibi.*

TUMULTUOR.

Populus convolat: *tumultuantur*, clamant, pugnant de loco. *Hec.* Alt. Prol. 33. Neſcio quid jamdudum audio hic *tumultuari* miſera. *Hec.* III. 2. 1.

TUMULTUS.

In aedibus nihil ornati, nihil *tumulti*. *And.* II. 2. 28. Quid fuit *tumulti*? dic mihi. *Hec.* III. 2. 21. Quum per *tumultum* noſter grex motus loco eſt. *Phorm.* Prol. 33.

TUNC.

Dixere cauſam *tunc*, neſcio quam. *Hec.* I. 2. 11.

TUNDO.

Caeteros ruerem, agerem, raperem, *tunderem*, & proſternerem. *Adelph.* III. 2. 21. *Tundendo*, atque odio denique effecit ſenex. *Hec.* I. 2. 48.

TURBA.

Opperiar, ut ſciam nunc, quidnam haec *turba* triſtitiae adferat. *And.* I. 4. 8. Quia cum inde abeo, jam tum inceperat *turba* inter eos. *Eun.* IV. 4. 59. O Juppiter! quae illaec *turba* eſt? *Eun.* V. 5. 5. Propter eam haec *turba*, atque abitio evenit. *Heaut.* I. 2. 16. Nunc *turba* nulla eſt: otium, & ſilentium eſt. *Hec.* Alt. Prol. 35. Di voſtram fidem! quid *turbae* eſt apud forum! *And.* IV. 4. 6. Si quidquam hodie hic *turbae* coeperis, faciam, ut. *Eun.* IV. 7. 30. Di boni, quid *turbae* eſt! *Heaut.* II. 3. 13. Quid iſtuc *turbae* eſt, obſecro, mi vir? *Phorm.* V. 8. 1. Nonnihil timeo miſera, ne quam ille hodie inſanus *turbam* faciat, aut vim Thaidi. *Eun.* IV. 1. 2. Scin' tu *turbam* hanc propter te eſſe factam? *Eun.* IV. 6. 6. *Turbam* domum adducet; ſumtum admittet. *Adelph.* V. 7. 14. Hac re, & te omni *turba* evolves, & illi gratum feceris. *Eun.* IV. 4. 56. Volo ego adeſſe hic advocatos nobis in *turba* hac. *Eun.* IV. 6. 26. Vah! quomodo me ex hac expediam *turba*? *Adelph.* IV. 4. 5. Rogas? in ipſa *turba*, atque in peccato maximo, quod vix ſedatum ſatis eſt, potaſti, ſcelus! *Adelph.* V. 1. 11. Tum illae *turbae* fient. *And.* II. 3. 6. Niſi dum hae ſileſcunt *turbae*,

inter-

intereа in angulum aliquo abeam. *Adelph.* V. 2. 10. Rogas me? eunuchum quem dediſti nobis, quas *turbas* dedit! *Eun.* IV. 3. 11. Diſperii! ſceleſtus quantas *turbas* concivi inſciens! *Heaut.* V. 2. 17. Miſſa haec face; Hymenaeum, *turbas*, lampadas, tibicinas. *Adelph.* V. 7. 9. Ego nullo poſſum remedio me evolvere ex his *turbis*, quin. *Phorm.* V. 4. 5.

SYNTAXIS. *Quae illaec turba eſt? Turbam incipere. Quid iſtuc turbae eſt? Facere turbam. Turbam adducere domum. Evolvere ſe omni turba. Expedire ſe e turba. Turbae ſileſcunt. Dare turbas. Turbas conciere.*

TURBO.

Dum ne reducam, *turbent* porro, quam velint. *Hec.* IV. 4. 12. Neſcio, quid profecto abſente nobis *turbatum* eſt domi. *Eun.* IV. 3. 7.

TURPIS, E.

Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida: lacrumae, veſtitus *turpis*. *Phorm.* I. 2. 57. *Turpe* dictu. *Adelph.* II. 4. 11. *Turpe* inceptu eſt. *Phorm.* II. 4. 16. Nunc viduam extrudi, *turpe* eſt. *Phorm.* V. 7. 20. Pudet dicere, hac praeſente, verbum *turpe*. *Heaut.* V. 4. 19. An, ut ne quid *turpe* civis in ſe admitteret? *Phorm.* II. 3. 68.

SYNTAXIS. *Veſtitus turpis. Verbum turpe. Turpe quid in ſe admittere.*

TURPITER.

Mirum, ni ego me *turpiter* hodie hic dabo cum meo decrepito hoc Eunucho. *Eun.* II. 1. 24. Hercle abs te factum eſt *turpiter*. *Hec.* IV. 4. 2.

TUSSIS.

Gemitus, ſcreatus, *tuſſis*, riſus, abſtine. *Heaut.* II. 3. 132.

TUTELA.

Sinite impetrare me, qui in *tutelam* meam ſtudium ſuum, & ſe in voſtram commiſit fidem. *Hec.* Alt. Prol. 44.

TUTO.

Commendat virginem. *An.* Satis *tuto* tamen. *Eun.* III. 5. 29. Here, licetne? *Ch.* Loquere. *Sy.* At *tuto*? *Heaut.* V. 2. 20.

TUTOR. *Verb.*

Mores facile *tutor*. *Hec.* V. 1. 8. Quia pol mei patris bene parta indiligenter *tutatur*. *Phorm.* V. 3. 6. Ego interea meum non potui *tutari* locum. *Hec.* Alt. Prol. 34. Nec clam te eſt, quam illi utraeque res nunc utiles, & ad pudicitiam, & ad rem *tutandam* fient. *And.* I. 5. 53. Itane hinc abiſſe: & vitam tuam *tutandam* aliis dediſſe? *Phorm.* III. 1. 2.

SYNTAXIS. *Facile tutari mores ſuos. Indiligenter tutari bona. Tutari locum ſuum. Pudicitiam & rem tutari. Dare vitam ſuam tutandam alteri.*

TUTOR. *Subſtant.*

Te iſti virum do, amicum, *tutorem*, patrem. *And.* I. 5. 60.

TUTUS, A, UM.

Non ſatis *tutus* eſt ad narrandum hic locus. *Phorm.* V. 3. 35. Etſi conſilium, quod cepi, rectum eſſe & *tutum* ſcio. *Heaut.* II. 3. 86. Amici quoque res eſt videnda, in *tuto* ut collocetur. Amici quoque res, Clinia, tui in *tuto* ut collocetur. Qui ille poterit eſſe in *tuto*? dic mihi. *Heaut.* IV. 3. 11. 17. & 30. Quid fit, Cteſipho? in *tuto* eſt omnis res. *Adelph.* II. 4. 3. Interea vita ut in *tuto* foret. *Phorm.* V. 1. 7. Me jam in cellam aliquam cum illa concludam: id *tutiſſimum* eſt. *Adelph.* IV. 2. 13.

SYNTAXIS. *Locus tutus ad narrandum. Conſilium rectum & tutum. Rem in tuto collocare. Eſſe in tuto. Omnis res eſt in tuto. Vita eſt in tuto.*

TUUS, A, UM.

Tuus pater modo me prehendit. *And.* II. 2. 16. *Tuus* eſt nunc Chremes. *And.* V. 6. 12. Meus fac ſis poſtremo animus, quando ego ſum *tuus*. *Eun.* I. 2. 116. Ut ſunt humana, *tuus* ut faciat filius. *Heaut.* III. 2. 41. Quanto *tuus* eſt animus natu gravior, ignoſcentior. *Heaut.* IV. 1. 32. Ille *tuus* Syrus mire finxit filium. *Heaut.* V. 1. 25. Mater, quum ego voluptati tibi fuerim, dictus filius *tuus*, *tua* voluntate. *Heaut.* V. 4. 2. Iſte *tuus*, ipſe ſentiet poſterius. *Adelph.* I. 2. 59. Major filius *tuus* Aeſchinus. *Adelph.* III. 4. 16. Ne nimium modo bonae *tuae* iſtae nos rationes, & *tuus* iſte animus aequus ſubvortant. *Adelph.* V. 3. 50. & 51. *Tuus* hercle vero & animo & natura pater. *Adelph.* V. 7. 4. Haud invito ad aures ſermo mihi acceſſit *tuus*. *Hec.* III. 5. 32. Mihine, mi vir? *Ph.* Vir ego *tuus* ſum? *Hec.* IV. 1. 9. Mihi intus *tuus* pater narravit modo. *Hec.* IV. 2. 6. *Tuus* eſt damnatus gnatus, non tu. *Phorm.* II. 3. 75. Patruus *tuus* pater eſt inventus Phanio uxori *tuae*. *Phorm.* V. 6. 32. Amici quoque res *tui* in tuto ut collocetur. *Heaut.* IV. 3. 17. *Tui* Clitiphonis eſſe amicam hanc Bacchidem. *Heaut.* IV. 5. 19. Potius, quam adverſum animi *tui* lubidinem eſſet cum illo nupta? *Hec.* IV. 1. 19. Erras, *tui* animi ſi me eſſe ignarum putas. *Hec.* IV. 4. 60. Ex te auditum qui ajebant, hodie filiam meam nubere *tuo* gnato. *And.* III. 3. 3. Gnato ut medicarer *tuo*. *And.* V. 1. 12. *Tuo* nepoti, hujus filio hodie primam mammam dedit haec. *Adelph.* V. 9. 17. Quo pacto me habueris praepoſitam amori *tuo*. *Hec.* IV. 2. 7. Eas (minas) dedi *tuo* gnato. Veſtrae familiae hercle amicus, & *tuo* ſummus Phaedriae. Vin' facere, quod *tuo* viro oculi doleant? *Phorm.* V. 8. 50. 60. & 64. Priuſquam *tuum*, ut ſeſe habeat, animum ad nuptias perſpexerit. *And.* II. 3. 4. Qui *tuum* animum ex animo ſpectavi meo. *And.* IV. 1. 22. Curabo mecum adductum *tuum* Pamphilum. *And.* IV. 2. 2. Olim, cum ita animum induxti *tuum*. *And.* V. 3. 12. Rogitas? quae mihi coram amatorem adduxti *tuum*! *Eun.* IV. 7. 24. Aliter *tuum* amorem, atque eſt, accipis. *Heaut.* II. 3. 23. Si ſemel *tuum* animum ille intellexerit. *Heaut.* III. 1. 69. Obſecro, ne iſtuc in

animum inducas *tuum*. *Heaut.* V. 4. 5. Illum *tuum*, ſi eſſes homo, ſineres nunc facere, dum. *Tuum* filium dediſti adoptandum mihi. *Adelph.* I. 2. 27. & 34. Age; novi *tuum* animum. *Adelph.* II. 2. 15. Sineres vero tu illum *tuum* facere haec? Vidiſtin' hodie? *Sy. Tuum* filium? *Adelph.* III. 3. 41. & 46. Ne tu curares meum, neve ego *tuum*? Quando ego *tuum* non curo, ne cura meum. *Adelph.* V. 3. 12. & 16. Tandem huc animum ut adjungas *tuum*. Nunc animum rurſum ad meretricem induxti *tuum*. *Hec.* IV. 4. 61. & 67. Nolo falſa fama eſſe gnatum ſuſpectum *tuum*. *Hec.* V. 1. 31. Hujus patrem vidiſſe me, patruum *tuum*. *Phorm.* I. 4. 22. Quem amicum *tuum* ais fuiſſe iſtum? Eho! tu ſobrinum *tuum* non noras? *Phorm.* II. 3. 33. & 37. Qui iſtum amorem ex animo amoveas *tuo*. *And.* II. 1. 7. Modo introii cum *tuo* gnato una. *And.* V. 2. 10. Rus abituram hinc cum *tuo* me eſſe certo decrevi patre. *Hec.* IV. 2. 10. Poſtquam eis mores oſtendi *tuos*, impetravi. *Eun.* V. 9. 59. Quae res tam repente mores mutavit *tuos*! *Adelph.* V. 9. 27. *Tuos* eſſe ego illi mores morbum arbitror. *Hec.* II. 1. 42. Quo magis libido fruſtra incendatur *tua*? *And.* II. 1. 8. Poſtulo, ut mihi *tua* domus pateat. *Eun.* V. 9. 28. Praeter quam res te adhortatur *tua*. *Heaut.* I. 1. 8. *Tua* apud patrem amica tecum ſine metu ut ſit, copia eſt. Quaſi iſtic minor mea res agatur, quam *tua*. Jam nunc haec non eſt *tua*. *Heaut.* II. 3. 87. 113. & 135. Hoc timet, ne *tua* duritia antiqua adaucta ſit. *Heaut.* III. 1. 26. Ea facere prohibet *tua* praeſentia. *Heaut.* III. 3. 12. Quaſi non ea poteſtas ſit *tua*. *Heaut.* IV. 3. 42. *Tua* pompa eo traducenda eſt. *Heaut.* IV. 4. 17. Quam pene *tua* me perdidit protervitas! *Heaut.* IV. 6. 10. Id virtus quin ſuperet *tua*. *Adelph.* II. 3. 4. Quin *tua* Philumena ad te redeat. *Hec.* IV. 2. 12. Ah! nullam de his rebus culpam commeruit *tua*. Sin eſt, ut aliter *tua* ſiet ſententia. *Hec.* IV. 4. 9. & 15. Facilem benevolumque lingua *tua* jam tibi me reddidit. *Hec.* V. 1. 34. Si compererit crimini *tua* ſe falſo uxor credidiſſe. *Hec.* V. 2. 13. *Tua* vita haec expetenda optandaque eſt. *Phorm.* I. 3. 12. *Tua* praeterierat jam ad ducendum aetas. *Phorm.* II. 3. 75. Quod in opere faciundo operae conſumis *tuae*. *Heaut.* I. 1. 21. Bona noſtra haec *tuae* mando fidei. *And.* I. 5. 61. Me *tuae* commendo & committo fidei. *Eun.* V. 2. 47. Tibi proſpexi, & ſtultitiae *tuae*. Ibi *tuae* ſtultitiae ſemper erit praeſidium. *Heaut.* V. 2. 8. & 14. Neque *tuae* libidini advorſabor. *Hec.* II. 2. 3. Te per hanc dextram oro, & ingenium *tuum*, per *tuam* fidem. *And.* I. 5. 54. & 55. Sponſam hic *tuam* amat. *And.* II. 1. 24. Perque unicam gnatam *tuam*, & gnatum meum. *And.* III. 3. 8. Nae iſtam multimodis *tuam* inveniri gaudeo. *And.* V. 4. 36. Chaerea *tuam* veſtem detraxit tibi? *Eun.* IV. 4. 40. Hoc modo dic, ſororem illam *tuam* eſſe. *Eun.* IV. 6. 28. Ego non tangam meam? *Ch. Tuam* autem? furcifer! *Eun.* IV. 7. 28. Quod mihi videre praeter aetatem *tuam* facere. *Heaut.* I. 1. 7. Adducimus *tuam* Bacchidem. Adſimulabimus, *tuam* amicam hujus eſſe. Immo ad *tuam* matrem abducetur. *Heaut.* II. 3. 70. 92. & 94. Quum nunc mecum in animo vitam *tuam* conſidero. *Heaut.* II. 4. 5. Prius proditurum te *tuam* vitam, & prius. *Heaut.* III. 1. 70. Eaque eſt nunc ad uxorem *tuam*. *Heaut.* III. 3. 43. Seſe ipſe dicet *tuam* vidiſſe filiam. *Heaut.* IV. 5. 24. *Tuam* eſſe inventam gnatam. *Heaut.* V. 1. 7. Utrum vis: argentum accipere, an cauſam meditari *tuam*? *Adelph.* II. 1. 41. Omitte vero triſtitiam *tuam*. *Adelph.* II. 4. 3. Vigilantiam *tuam* tu mihi narras? *Adelph.* III. 3. 44. Ut video ego *tuam* ineptiam, facturum credo. Jam vero omitte *tuam* iſtanc iracundiam. *Adelph.* IV. 7. 31. & 37. Dis quidem eſſes, ac *tuam* rem conſtabiliiſſes. *Adelph.* V. 1. 9. Ut tergum meum *tuam* in fidem committam. *Hec.* I. 2. 34. De reducenda id facias, quod in rem ſit *tuam*. *Hec.* III. 3. 31. Negabas nuptam poſſe filiam *tuam* te pati cum eo, qui. *Hec.* IV. 1. 23. Non clam me eſt, uxorem *tuam* propter meos mores hinc abiiſſe. *Hec.* IV. 2. 1. Te propter *tuam* matrem non poſſe habere hanc uxorem domi. *Hec.* IV. 4. 55. Antiquamque adeo *tuam* venuſtatem obtines. Recte amaſti, Pamphile, uxorem *tuam*. *Hec.* V. 4. 18. & 22. Egon' *tuam* expetam amicitiam? Habebis, quae *tuam* ſenectutem oblectet. reſpice aetatem *tuam*. *Phorm.* II. 3. 84. 86. & 87. Ego, quae in rem *tuam* ſint, ea velim facias. *Phorm.* II. 4. 9. Vitam *tuam* tutandam aliis dediſſe? alios *tuam* rem credidiſti magis, quam tete animadverſuros? Ne quid propter *tuam* fidem decepta pateretur mali. *Phorm.* III. 1. 2. 3. & 5. Interea mittit herus me ad uxorem *tuam*. *Phorm.* V. 6. 20. Neque jam id celare poſſe te uxorem *tuam*. *Phorm.* V. 7. 66. Myſis, nunc opus eſt *tua* mihi ad hanc rem memoria. *And.* IV. 3. 7. Dignus es cum *tua* religione, odio. *And.* V. 4. 38. Quaeſo hercle ut liceat, pace quod fiat *tua*. *Eun.* III. 2. 13. Nihil eſt Thaide hac *tua*, frater, dignius quod ametur. *Eun.* V. 9. 21. Tantumne eſt ab re *tua* otii tibi, ut? *Heaut.* I. 1. 23. Ut meae ſtultitiae in juſtitia *tua* ſit aliquid praeſidi. *Heaut.* IV. 1. 33. *Tua* culpa. *Sa.* Quid agerem? *Adelph.* II. 2. 6. Credebas, illam ſine *tua* opera in cubiculum iri deductum domum? *Adelph.* IV. 5. 60. Ut, Syre, te cum *tua* monſtratione magnus perdat Jupiter! *Adelph.* IV. 6. 1. *Tua* arte viginti minae pro Pſaltria periere. *Adelph.* IV. 7. 24. Tu illos duos olim pro re tollebas *tua*. *Adelph.* V. 3. 23. Tu exorere, quae perturbes haec, *tua* impudentia? *Hec.* II. 1. 16. Mea pertinacia

Digitized by Google

nacia eſſe dicat factum, haud *tua* modeſtia. *Hec.* IV. 2. 15. Opera *tua* ad reſtim mihi res rediit planiſſume. *Phorm.* IV. 4. 4. Neque negligentia *tua*, neque odio id fecit *tuo*. *Phorm.* V. 8. 27. Ut me *tuarum* miſeritum eſt, Menedeme, fortunarum. *Heaut.* III. 1. 54. Collaudavi ſecundum facta & virtutes *tuas*. *Eun.* V. 9. 60. Inverſa verba, everſas cervices *tuas*. *Heaut.* II. 3. 131. Virtutes narro. *Ct.* Meas? *Sy.* *Tuas*. *Adelph.* IV. 1. 20. Tum *tuas* amicas te, & cognatas deſerere nolo. *Hec.* IV. 2. 16. Viciſſim partes *tuas* acturus eſt. *Phorm.* V. 5. 7. Age, me in *tuis* (rebus) ſecundis reſpice. *And.* V. 6. 11. Si poſſiderem, (regnum) ornatus eſſes ex *tuis* virtutibus. *Adelph.* II. 1. 22. Non triumpho, ex nuptiis *tuis* ſi nihil nanciſcor mali? *Phorm.* III. 3. 10. Nunc *tuum* eſt officium, ut. *And.* I. 1. 141. *Tuum* eſt mihi ignoſcere. *And.* IV. 1. 55. *Tuum*ne, obſecro te, hoc dictum erat? *Eun.* II. 1. 38. Tu *tuum* nomen dic quod eſt. Pol meritum eſt *tuum*. *Phorm.* V. 8. 59. & 62. Tetigin' *tui* quidquam? *Adelph.* II. 1. 24. Non tu *tuum* malum aequo animo feres? *And.* V. 4. 18. Iſtuc os *tuum* impudens videre nimium vellem. *Eun.* III. 5. 49. Diminuam ego caput *tuum* hodie, niſi abis. *Eun.* IV. 7. 33. *Tuum* eſſe in potiundo periclum non vis. Age, age, cedo iſtuc *tuum* conſilium. *Heaut.* II. 3. 82. & 91. Ne quid credas me advorſum edictum *tuum* facere eſſe auſam. *Heaut.* IV. 1. 10. Minime: *tuum* tibi reddo. *Heaut.* IV. 4. 20. Ingenium novi *tuum* liberale. *Adelph.* IV. 5. 49. Laute munus adminiſtraſti *tuum*. *Adelph.* V. 1. 2. Siquidem porro, Micio, tu *tuum* officium facies. *Adelph.* V. 9. 23. Arbitror, te *tuum* conſilium contemſiſſe. *Hec.* I. 2. 14. Non ſatis eſt, *tuum* te officium feciſſe, ſi non id fama adprobat? *Phorm.* IV. 5. 12. Vides *tuum* peccatum eſſe elatum foras. Venias nunc precibus lautum peccatum *tuum*? *Phorm.* V. 7. 65. & 80. Neque, ut opinor, ſine *tuo* magno malo. *And.* I. 2. 8. Ut facile ſcires, deſiderio id fieri *tuo*. *Heaut.* II. 3. 66. Niſi illos ex *tuo* ingenio judicas. *Heaut.* V. 1. 7. Si nunc de *tuo* jure conceſſiſſes paululum. *Adelph.* II. 2. 9. *Tuo* officio fueris functus. *Adelph.* IV. 3. 12. Numquam tu odio *tuo* me vinces. *Phorm.* V. 6. 9. Ut alia facta *tua* ſunt. *Phorm.* V. 8. 31. Quid *tua* iſtaec? (referunt) *Eun.* II. 3. 25. Ita tu iſtaec *tua* miſceto; ne me admiſceas. *Heaut.* IV. 5. 35. Quod ſatis putabas *tua* bona ambobus fore. *Adelph.* V. 3. 24. Verum id *tua* refert nihil. *Hec.* IV. 3. 12. *Tua* quod nihil refert, percontari deſinas. *Hec.* V. 3. 12. An quiſquam judex eſt, qui poſſit noſcere *tua* juſta? *Phorm.* II. 1. 50. Quid *tua*, malum! id refert? *Phorm.* IV. 5. 11. Etiam nunc credis, te ignorarier, & *tua* facta adeo? *Phorm.* V. 7. 39. Abi hinc, quo dignus, cum donis *tuis* tam lepidis. *Eun.* IV. 3. 9. Ea cauſa magis patiar flagitiis *tuis* me infamem fieri. *Heaut.* V. 4. 14. Non ſic ludibrio *tuis* factis habitus eſſem. *Hec.* IV. 1. 11.

V.

VACIVUS. VACUUS.

SIne me *vacivom* tempus ne quod duim mihi laboris. *Heaut.* I. 1. 38. Ne *vacuum* eſſe me nunc ad narrandum credas. *And.* IV. 2. 23.

VADUM.

Omnis res eſt jam in *vado*. *And.* V. 2. 4.

VAE.

Vae miſero mihi! *And.* II. 1. 2. *Heaut.* II. 3. 9. V. 1. 44. *Adelph.* III. 2. 3. III. 3. 29. *Hec.* IV. 2. 29. *Vae* miſerae mihi! *And.* IV. 4. 4. *Adelph.* III. 2. 29. *Vae* mihi! *Eun.* IV. 4. 42.

VAGIO.

Audiviſſe vocem pueri viſus eſt *vagientis*. *Hec.* IV. 1. 2.

VAH.

Vah! conſilium callidum. *And.* III. 4. 10. *Vah*! perii: hoc malum integraſcit. *And.* IV. 2. 5. *Vah*! quanto nunc formoſior videre mihi, quam dudum! *Eun.* IV. 5. 4. *Vah*! nunc demum intelligo. *Heaut.* II. 3. 12. *Vah*! quaſi deſit locus. *Vah*! vide, quod inceptet facinus. *Heaut.* III. 3. 26. & 39. *Vah*! gloriare eveniſſe ex ſententia? *Heaut.* IV. 5. 17. *Vah*! fruſtra ſum igitur gaviſus miſer. *Heaut.* IV. 8. 17. *Vah*! *Ch.* Quid eſt? *Me.* Audi modo. *Heaut.* V. 1. 28. Abiit; *vah*! rogaſſe vellem. *Heaut.* V. 2. 25. *Vah*! quemquamne hominem in animo inſtituere aut parare? *Adelph.* I. 1. 13. *Vah*! leno iniqua me non volt loqui. *Adelph.* II. 1. 33. *Vah*, quibus illum lacerarem modis! *Adelph.* III. 2. 17. *Vah*! nihil reticuit. *Vah*! homo amicus nobis jam inde a puero. *Vah*! vivere etiam nunc libet. *Adelph.* III. 3. 51. 85. & 91. *Vah*! quam vellem etiam noctu amicis operam mos eſſet dari. *Adelph.* IV. 1. 16. *Vah*! cenſen' hominem me eſſe? *Adelph.* IV. 2. 39. *Vah*! quomodo me ex hac expediam turba! *Adelph.* IV. 4. 4.

VALEO.

Ego vero audio nunc demum, & video, & *valeo*. *Heaut.* II. 3. 3. Ut *vales*? *Heaut.* II. 4. 26. Num quidnam de gnato meo audiſti, Chreme? *Ch.* *Valet*, atque vivit. *Heaut.* III. 1. 21. Ubi eſt Antipho? *Ph.* *Valet*. hic eſt. *Phorm.* II. 1. 26. Impurum vide, quantum *valet*. *Phorm.* V. 7. 94. Facile omnes, quum *valemus*, recta conſilia aegrotis damus. *And.* II. 1. 9. Arbitrium veſtrum, veſtra exiſtimatio *valebit*. *Heaut.* Prol. 26. *Vale*. *And.* II. 2. 37. *Phorm.* III. 2. 48. In hoc biduum, Thais, *vale*. *Eun.* I. 2. 110. Siccine eſt ſententia? *Me.* Sic. *Ch.* Bene *vale*. *Heaut.* I. 1. 115. *Vale*. *Pa.* Et tu bene *vale*, Philotium. *Hec.* I. 2. 122. O mi Phormio, *vale*. *Ph.* *Vale*, Antipho. *Phorm.* V. 6. 43. Vos *valete*, & plaudite.

Eun. V. 9. 64. *Heaut.* V. 5. 23. *Phorm.* V. 8. 66. *Valeas*: habeas illam, quae placet. *Adelph.* IV. 4. 12. Immo habeat: *valeat*: vivat cum illa. *And.* V. 3. 18. Neque ita imperita, ut, quid amor *valeat*, neſciam. *Eun.* V. 2. 42. *Valeant*, qui inter nos diſcidium volunt. *And.* IV. 2. 13. Ibit ad illud illico, quo maxime apud te ſe *valere* ſentiet. *Heaut.* III. 1. 79.

VALIDUS, A, UM.

Bene factum te adveniſſe: atque adeo, quod maximum eſt, ſalvom atque *validum*. *Hec.* III. 5. 7.

'VANITAS.

Non pudet *vanitatis*? *De.* Minime, dum ob rem. *Phorm.* III. 2. 41.

VANUS, A, UM.

Sin falſum, aut *vanum*, aut fictum eſt, continuo palam eſt. *Eun.* I. 2. 24.

VAPULO.

Vapulabis. Ge. Id quidem tibi jam fiet, niſi reſiſtis, verbero! *Phorm.* V. 6. 50. Verum enim ſi ad rem conferentur, *vapulabit*. *Eun.* IV. 6. 4. Non committet hodie unquam, iterum ut *vapulet*. *Adelph.* II. 1. 5. Ego *vapulando*, ille verberando, uſque ambo defeſſi ſumus. *Adelph.* II. 2. 5. Molendum uſque in piſtrino: *vapulandum*: habendae compedes: opus ruri faciundum. *Phorm.* II. 1. 19.

VARIUS, A, UM.

Ita viſus eſt dudum, quia *varia* veſte exornatus fuit. *Eun.* IV. 4. 16.

VAS.

Nihil relinquo in aedibus, nec *vas*, nec veſtimentum. *Heaut.* I. 1. 89.

UBER.

Is quaeſtus nunc eſt multo *uberrimus*. *Eun.* II. 2. 22.

UBI.

Sed *ubi* inveniam Pamphilum? *And.* II. 2. 1. *Ubi* nunc eſt ipſus? *And.* III. 4. 19. *Ubi* illic eſt ſcelus, qui me perdidit? *And.* III. 5. 5. Hic, *ubi* opus eſt, non verentur: illic, *ubi* nihil opus eſt, ibi verentur. *And.* IV. 1. 13. & 54. *Ubi* illic eſt? *And.* IV. 4. 3. *Ubi* quaeram? *ubi* inveſtigem? quem perconter? *Eun.* II. 3. 3. *Ubi* habitat? *ubi* vidiſti? Scis, *ubi* fiet? *Eun.* II. 3. 29. 30. & 59. Amabo, ut illuc tranſeas, *ubi* illa eſt. *Eun.* III. 3. 31. *Ubi* ſiem veſtitum hunc nactus. Eamus ad me: ibi proximum eſt, *ubi* mutes. *Eun.* III. 5. 7. & 65. *Ubi* ſceleroſum inveniam? aut *ubi* quaeram? *Eun.* IV. 3. 1. Miror, *ubi* ego huic antevorterim. *Eun.* IV. 5. 12. Sed *ubi*, obſecro, is eſt? *Eun.* V. 7. 5. Hocque fit, *ubi* non vere vivitur. *Heaut.* I. 1. 102. Sed ſcin' *ubi* nunc ſit tua Bacchis? *Cl.* Apud nos. *Sy.* Non. *Cl. Ubi* ergo? *Heaut.* IV. 6. 16. & 17. Si abſis uſpiam: aut *ubi* ſi ceſſes. *Adelph.* I. 1. 4. Rogas me? *ubi* nobis Aeſchinus fiet? *Adelph.* I. 2. 2. Nunc demum venis? cur paſſus? *ubi* eras? *Adelph.* II. 2. 26. *Ubi* ego illum quaeram? *Ubi*, ſi quid bene praecipias, nemo obtemperet? *Adelph.* III. 3. 5. & 80. Rogitabit me, *ubi* fuerim. *Adelph.* IV. 1. 51. Quid! ille *ubi* eſt Mileſius? *Adelph.* IV. 5. 68. *Ubi* te oblectaſti tam diu? *Hec.* I. 2. 9. Fruſtra *ubi* totum deſedi diem. *Hec.* V. 3. 2. Hominem commonſtrarier mihi volo, aut, *ubi* habitet, demonſtrarier. *Phorm.* II. 1. 76. Ut cautus eſt, *ubi* nihil opus eſt! *Ubi* illas ego nunc reperire poſſim, cogito. *Phorm.* IV. 5. 3. & 15. Qui hercle, *ubi* ſit, neſcit. *Ubi* eſt Phaedria, judex noſter? *Phorm.* V. 8. 4. & 65.

UBI UBI.

Jam *ubi ubi* erit, inventum tibi curabo. *And.* IV. 2. 5. Una haec ſpes eſt; *ubi ubi* eſt, diu celari non poteſt. *Eun.* II. 3. 4. Tum tu, frater *ubi ubi* eſt, fac quamprimum haec audiat. *Eun.* V. 9. 12.

UBI. Pro *Relativo Pronomine.*

Sive adeo digna res eſt, *ubi* tu nervos intendas tuos. *Eun.* II. 3. 20. Suſpectans tabulam quandam pictam, *ubi* inerat pictura haec. *Eun.* III. 5. 36. Inveniam pol hodie, parem *ubi* referam gratiam. *Eun.* IV. 4. 52. Hujuſmodi res ſemper commiſcere, *ubi* me excarnifices. *Heaut.* IV. 6. 9. Quot res dedere, *ubi* poſſem perſentiſcere, ni eſſem lapis? *Heaut.* V. 1. 43. Placet, non fieri hoc itidem, ut in Comoediis: omnia omnes *ubi* reſciſcunt. *Hec.* V. 4. 27. Verere verba ei credere? *ubi* quid mihi lucri eſt, te fallere? *Phorm.* I. 2. 55. Coena dubia adponitur. *ubi* tu dubites, quid ſumas potiſſimum. *Phorm.* II. 2. 29. Tempus ſibi dari, *ubi* Phaedriae ſe oſtenderet nihilominus amicum eſſe, quam. *Phorm.* IV. 2. 7. Eſt, *ubi* vos ulciſcar probe. *Phorm.* V. 7. 96.

UBI. *Quando. Si.*

Ubi voles, arceſſe. *And.* V. 2. 7. Atque *ubi* pati non poteris, cum nemo expetet. *Eun.* I. 5. 7. Requieſcere *ubi* volebat. *Eun.* III. 5. 15. *Ubi* vis, non moror. *Ubi* vis, dona adſunt tibi a Phaedria. Verum *ubi* moleſtum non erit, *ubi* tu voles, *ubi* tempus tibi erit, ſat habet, ſi tum recipitur. *Eun.* III. 2. 7. 11. 31. & 32. Perſtrepunt, ita ut fit; domini *ubi* abſunt. *Eun.* III. 5. 52. Nolunt, *ubi* velis: *ubi* nolis, cupiunt ultro. Jam dimitto exercitum? *Thr. Ubi* vis. *Eun.* IV. 7. 43. & 44. Facile pellas, *ubi* velis. Thraſo, *ubi* vis, accede. *Eun.* V. 9. 50. & 58. Nunc *ubi* me illic non videbit, jam huc recurret, ſat ſcio. *Adelph.* IV. 1. 10. Perii! horreſco ſemper, *ubi* pultare haſce (fores) occipio miſer. *Adelph.* IV. 4. 24. *Ubi* voltis; uxorem date. *Phorm.* V. 7. 54.

UBI. *Poſtquam. Quando.*

Ita Davum modo timere ſenſi, *ubi* nuptias futuras eſſe audivit. *And.* I. 2. 2. *Ubi* ea cauſa erit ademta his, deſinent. *And.* V. 1. 18. Eludet, *ubi* te victum ſenſerit. *Eun.* I. 1. 10. Mater *ubi* accepit, coepit ſtudioſe omnia docere. Is *ubi* hanc forma videt honeſta virginem, pretium ſperans, illico producit. *Eun.* I. 2. 36. & 52. Interea loci ad macellum *ubi* advenimus. Ille *ubi* miſer famelicus

videt

Digitized by Google

videt me eſſe in tanto honore: ibi homo coepit. *And.* II. 2. 24. & 29. Jam tum cum primum juſſit me ad ſe arceſſier; *ubi* veni, cauſam, ut ibi manerem, repperit. *Ubi* friget, huc evaſit. *Eun.* III. 3. 6. & 11. Illa illico, *ubi* me accepit, laeta vero ad ſe abducit domum. *Ubi* nos laverimus, ſi voles, lavato. *Eun.* III. 5. 28. & 48. Hoc eſt ſigni, *ubi* primum poterit, ſe illinc ſubducet, ſcio. *Eun.* IV. 1. 14. *Ubi* ad ipſum veni diverticulum, conſtiti. *Eun.* IV. 2. 7. *Ubi* vidi, ego me in pedes, quantum queo. *Eun.* V. 2. 5. *Ubi* ſatias coepit fieri, commuto locum. *Eun.* V. 6. 3. Quid illi credis animi tum fuiſſe, *ubi* veſtem vidit illam eſſe eum indutum? *Eun.* V. 7. 14. *Ubi* rem reſcivi, coepi. *Ubi* comperi ex iis, qui. *Ubi* video haec; coepi cogitare. *Heaut.* I. 1. 47. 69. & 76. *Ubi* animus ſemel ſe cupiditate devinxit mala. *Heaut.* I. 2. 34. *Ubi* de improviſo interventum eſt mulieri. Quid ait, *ubi* me nominas? *Sy.* *Ubi* dicimus rediſſe te: mulier telam deſerit continuo. *Heaut.* II. 3. 40. 62. & 63. Vobis cum uno ſemel *ubi* aetatem agere decretum eſt viro. *Heaut.* II. 4. 12. Dixi equidem, *ubi* mihi oſtendiſti, illico, eum eſſe. *Heaut.* IV. 1. 3. *Ubi* abiere intro, operuere oſtium. *Heaut.* V. 1. 33. *Ubi* te vidi animo eſſe omiſſo. Emori cupio. *Ch.* *Ubi* ſcies; ſi diſplicebit vita, tum iſtoc utitor. *Heaut.* V. 2. 9. & 19. Haec, dum incipias, gravia ſunt: dumque ignores, *ubi* cognoris, facilia. *Heaut.* V. 5. 15. *Ubi* me dixero dare tanti, teſtes faciet illico, vendidiſſe me. *Adelph.* II. 1. 49. *Ubi* illinc rediero, nihil eſt; refrixerit res. *Adelph.* II. 2. 24. *Ubi* ego venero, exoſſabitur: prius nolo. *Adelph.* III. 3. 24. *Ubi* eam vidi, illico accedo, rogito, Pamphila quid agat? *Adelph.* IV. 4. 8. Illam ſpero, *ubi* hoc cognoverit, abituram denique. *Hec.* I. 2. 80. Primum, hanc *ubi* dixti cauſam. *Hec.* IV. 4. 55. Aderit continuo, hoc *ubi* ex te audient. *Hec.* V. 3. 15. Geta ferietur alio munere, *ubi* hera pepererit: porro autem alio, *ubi* erit puero natalis dies: *ubi* initiabunt. *Phorm.* I. 1. 13. 14. & 15. *Ubi* hoc egeris, tranſito ad uxorem meam. *Phorm.* IV. 5. 6. Qui mihi, *ubi* ad uxores ventum eſt, tum fiunt ſenes. *Phorm.* V. 8. 21.

UBICUMQUE.

Noſtrum eſt intelligere, utcunque, atque *ubicumque* opus ſit, obſequi. *Heaut.* III. 3. 17. *Ubicumque* datum erat ſpatium ſolitudinis. *Hec.* I. 2. 55. Iſtuc eſt ſapere, qui, *ubicumque* opus ſit, animum poſſis flectere. *Hec.* IV. 3. 2.

UBINAM.

Pamphilus *ubinam* hic eſt? *And.* V. 6. 1. O Jupiter! *ubinam* eſt fides? *Heaut.* II. 3. 15. *Ubinam* eſt, quaeſo? *Heaut.* III. 1. 21. Phaedria tibi adeſt. *An.* *Ubinam*? *Phorm.* III. 1. 20. *Ubinam* Getam invenire poſſum? *Phorm.* V. 4. 8.

UBIVIS.

Ubivis facilius paſſus ſim, quam in hac re, me deludier. *And.* I. 2. 32. Cui quanto fuerat praeſtabilius, *ubivis* gentium agere aetatem, quam? *Hec.* III. 1. 4.

VE. *Conjunct.*

Eho, Myſis, puer hic unde eſt? quiſ*ve* huc adtulit? *And.* IV. 4. 9. Quid tu es triſtis? quid*ve* es alacris? *Eun.* II. 3. 12. Numquid eſt aliud mali damni*ve*, quod non dixeris, reliquom? *Eun.* V. 6. 25. Ut ne cui meae longinquitas aetatis obſtet, mortem*ve* exſpectet meam. *Hec.* IV. 2. 20 Si id facis, factura*ve* es, bonas quod par eſt facere. *Hec.* V. 1. 12. Quid de hac re dicas, quid*ve* sit ſententiae. *Phorm.* II. 4. 4. Ne quid plus minuſ*ve* faxit, quod nos poſt pigeat. *Phorm.* III. 3. 21.

VECORDIA.

Hoccin' eſt credibile, tanta *vecordia* innata cuiquam ut ſiet? *And.* IV. 1. 2.

VECTIS.

In medium huc agmen cum *vecti*, Donax. *Eun.* IV. 7. 4.

VEHEMENS.

Ah! *vehemens* in utramque partem, Menedeme, es nimis. *Heaut.* III. 1. 31. Ne haec quidem ſatis *vehemens* cauſa ad objurgandum. *And.* I. 1. 123. Quod illi maledictum *vehemens* eſſe exiſtimant. *Adelph.* Prol. 17.

VEHEMENTER.

Principio ego vos credere ambos hoc mihi *vehementer* velim. *Eun.* V. 9. 39. Ut me hoc delictum admiſiſſe in me, id mihi *vehementer* dolet. *Adelph.* IV. 5. 48. Amoque, & laudo, & *vehementer* deſidero. *Hec.* III. 5. 48.

VEHO.

Veniſſe eas ſalvas, audivi ex nauta, qui illas *vexerat*. *Phorm.* IV. 1. 10. Coëmiſſe, hinc quae illuc *veheres*, multa. *Adelph.* II. 2. 17.

VEL. *Conjunct.*

Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te eſſe ortum? *And.* III. 2. 9. Haud iſtuc dicas, ſi cognoris *vel* me, *vel* amorem meum. *Vel* melius tute reperi: me miſſum face. *And.* IV. 1. 28. & 57. *Vel* tu, *vel* quod verum eſt, *vel* quod ipſi cupio Glycerio. *And.* V. 4. 2. Tandem non ego illa caream, ſi ſit opus, *vel* totum triduum? *Eun.* II. 1. 17. Hanc tu mihi *vel* vi, *vel* clam, *vel* precario fac tradas. *Eun.* II. 3. 27. *Vel* rex ſemper maxumas (gratias) mihi agebat. *Eun.* III. 1. 7. Ego illum Eunuchum, ſi opus ſit, *vel* ſobrius. *Eun.* III. 2. 26. Praeterea hoc etiam, quod ego *vel* primum puto. *Eun.* V. 9. 51. *Vel* me monere hoc, *vel* percontari puta. *Heaut.* I. 1. 26. *Vel* heri in vino, quam immodeſtus fuiſti! *Heaut.* III. 3. 7. Per te *vel* uti quaeſtum faceret, *vel* uti veniret palam. *Heaut.* IV. 1. 27. *Vel* me haec deambulatio, quam non laborioſa, ad languorem dedit! *Heaut.* IV. 6. 2. *Vel* hic Pamphilus jurabat quoties Bacchidi! quam ſancte! *Hec.* I. 1. 3. Ubi ego hinc abiero, *vel* occi-

occidito. *Phorm.* I. 2. 93. Niſi ſequitur, pugnos in ventrem ingere. *Ph. Vel* oculum exclude. *Phorm.* V. 7. 96.

VENDO.

Pretium ſperans, illico producit, *vendit. Eun.* I. 2. 54. Ancillas, ſervos, omnes produxi ac *vendidi. Heaut.* I. 1. 92. Pamphilam meam *vendidit. Ge.* Quid? *vendidit? An.* Ain'? *vendidit? Ph. Vendidit? Do.* Ancillam aere emtam ſuo. *Phorm.* III. 2. 25. & 26. Minis viginti tu illam emiſti. *Sa.* Quid? ſi ego tibi illam nolo *vendere*, coges me? *Adelph.* II. 1. 38. Neque illam ſane ſtudeo *vendere. Adelph.* IV. 7. 27. Ob eam rem noluit iterum referre, ut iterum poſſit *vendere. Hec.* Prol. 7. Teſtes faciet illico, *vendidiſſe* me. *Adelph.* II. 1. 50. Neque *vendundam* cenſeo, quae libera eſt. *Adelph.* II. 1. 39.

VENEFICA.

Quid ais, *venefica? Eun.* V. 1. 9.

VENEFICUS.

Ut ego unguibus facile illi in oculos involem *venefico*! *Eun.* IV. 3. 6.

VENEO.

Per te vel uti quaeſtum faceret, vel uti *veniret* palam. *Heaut.* IV. 1. 27.

VENIA.

Aequum poſtulat: da *veniam. And.* V. 3. 30. Da *veniam*, Chreme: ſine te exorem. *Heaut.* V. 5. 5. Age, da *veniam* filio. Da *veniam. Adelph.* V. 8. 14. & 19. Mi gnate, da *veniam* hanc mihi; reduce illam. *Hec.* IV. 2. 29. Non, ſi rediſſet, ei pater *veniam* daret? *Phorm.* I. 2. 69. Enimvero priuſquam haec dat *veniam*, mihi proſpiciam, & Phaedriae. *Phorm.* V. 8. 47. Primum abs te hoc bona *venia* peto, ſi. *Phorm.* II. 3. 31.

VENIO.

Niſi eo ad mercatum *venio*, damnum maximum eſt. Etiam de ſorte nunc *venio* in dubium miſer? *Adelph.* II. 2. 23. & 35. Orator ad vos *venio* ornatu Prologi. *Hec.* Alt. Prol. 1. *Venio* ad hominem, ut dicerem. *Phorm.* IV. 2. 2. Ad vos *venio* nunciatum, paratum me eſſe. *Phorm.* V. 7. 13. Nunc demum *venis*? *Adelph.* II. 2. 25. *Venit* meditatus alicunde, ex ſolo loco. *And.* II. 4. 3. Itane adtemperate *venit* hodie in ipſis nuptiis, ut *veniret* antehac numquam? *And.* V. 4. 13. & 14. Concedam hinc intro, atque exſpectabo, dum *venit. Eun.* I. 2. 126. Hoc adeo ex hac re *venit* in mentem mihi. Non temere eſt; & properans *venit. Eun.* II. 2. 2. & 60. Illud de Rhodio dictum in mentem *venit. Eun.* III. 2. 45. *Venit* una, heus tu, inquit, Dore. *Eun.* III. 5. 46. Quam miles a me vi nunc ereptum *venit. Eun.* IV. 6. 14. Notus mihi quidam obviam *venit*. Vin' interea, dum is *venit*, domi opperiamur potius? *Eun.* V. 2. 5. & 55. Idem iſtuc mihi *venit* in mentem. *Heaut.* V. 1. 16. *Venit* ad me ſaepe, clamitans. *Adelph.* I. 1. 35. Ubi ſcit factum, ad matrem virginis *venit* ipſus ultro. *Adelph.* III. 4. 26. Quum interea rumor *venit*, datum iri gladiatores. *Hec.* Alt. Prol. 31. Nemo illorum quiſquam, ſcito, ad te *venit*, quin. *Hec.* I. 1. 10. Nemo ad te *venit*, niſi cupiens tui. *Hec.* I. 2. 66. Lacrumo, quum in mentem *venit. Hec.* III. 3. 45. Sed nunc mihi in mentem *venit*, ex hac re, quod locuta es olim. *Hec.* IV. 1. 21. Timida ſum, cum *venit* mihi in mentem, quae ſim. *Hec.* V. 1. 7. Noſter ſocer, video, *venit. Hec.* V. 2. 4. Ubi in mentem ejus adventi *venit*? *Phorm.* I. 3. 2. Quidnam ille commotus *venit*? *Phorm.* I. 4. 6. Atat! Phaedriae pater *venit. Phorm.* IV. 2. 11. Pater adoleſcentis *venit. Phorm.* V. 1. 35. Imus: *venimus*: videmus. *Phorm.* I. 2. 53. Mihi *veniebat* in mentem ejus incommodum. *Phorm.* IV. 3. 47. *Veni* in tempore. *And.* IV. 4. 19. Duc me ad eam, quando huc *veni*, ut videam. *And.* IV. 5. 23. Juſſit me ad ſe arceſſier; ubi *veni*, cauſam, ut ibi manerem, repperit. *Eun.* III. 3. 6. Ubi ad ipſum *veni* diverticulum, conſtiti. *Eun.* IV. 2. 7. Id primum dicam: deinde, quod *veni*, eloquar. *Heaut.* Prol. 3. In tempore ad eam *veni*, quod. *Heaut.* II. 3. 123. Adii te heri de filia: ut *veni*, itidem incertum amiſti. *Hec.* II. 2. 9. *Veniſtin'* hodie ad nos? *Eun.* IV. 4. 25. Hac fama impulſus Chremes, ultro ad me *venit. And.* I. 1. 73. *Venit* Chremes poſtridie ad me, clamitans. *And.* I. 1. 117. Neſcio, qui ſenex modo *venit. And.* V. 2. 14. Is *venit*: poſtquam ſenſit, me tecum quoque rem habere. *Eun.* I. 2. 57. At ille alter *venit*, annos natus ſedecim. *Venit* Chaerea. *Eun.* IV. 4. 26. & 29. Sed Thais multo ante *venit*? *Eun.* IV. 5. 7. An in Aſtu *venit*? *Eun.* V. 6. 17. Quam quod modo ſenex intro ad nos *venit* errans. *Eun.* V. 7. 2. Modo *venit. Heaut.* I. 2. 14. *Venit*! *Ch.* Certe. *Me.* Clinia meus *venit*! *Ch.* Dixi. *Heaut.* III. 1. 22. & 23. Sat recte hoc mihi in mentem *venit. Heaut.* V. 2. 44. *Venit* poſt inſaniens; nihil pepercit. *Adelph.* IV. 2. 22. Is *venit*, ut ſecum avehat. *Adelph.* IV. 5. 19. Tum filius introiit videre, ut *venit*, quid agat. *So.* Quid ais! an *venit* Pamphilus? *Par. Venit. Hec.* III. 2. 10. & 11. Illico omnes ſimul laetae exclamant, *venit*! Poſtquam ad me *venit*, menſis agitur hic jam ſeptimus. *Hec.* III. 3. 8. & 34. Amicus, & popularis Geta heri ad me *venit. Phorm.* I. 1. 2. Mihi uſus *venit*, hoc ſcio. *Phorm.* I. 2. 23. Nec cum hujuſmodi umquam uſus *venit*, ut conflictares malo. *Phorm.* III. 2. 20. Ad ſepulchrum *venimus*: in ignem impoſita eſt. *And.* I. 1. 101. Servi *venere* in mentem Syri calliditates. *Heaut.* V. 1. 13. *Venere* in mentem mihi illhaec. *Phorm.* I. 2. 27. Hinc abeo, quando is, quamobrem huc *veneram*, rus abiit. *Adelph.* III. 3. 81. Advorſumne illum cauſam dicerem, cui *veneram* advocatus? *Adelph.* IV. 5. 43. At mihi iſtuc non in mentem *venerat. Eun.* III. 1. 61. Miſerae non

in

Digitized by Google

 V E V E

videtur. Peſſuma haec eſt meretrix. *Ch.* Ita *videtur.* *Heaut.* III. 3. 21. & 38. Quid eſt? iſne tibi *videtur*? *Heaut.* IV. 1. 3. Mihi ſic *videtur.* *Adelph.* I. 2. 53. An hoc proferendum tibi *videtur* uſquam eſſe? *Adelph.* III. 2. 39. Etſi hoc mihi pravum, ineptum, abſurdum, atque alienum a vita mea *videtur.* *Adelph.* V. 8. 22. Certumne eſt iſtuc? *Ph.* Nunc quidem, ut *videtur.* *Hec.* II 2. 30. Nequeo ſatis, quam hoc mihi *videtur* factum prave, proloqui. Num tibi *videtur* eſſe apud ſeſe? *Hec.* IV. 4. 24. & 85. Ego Cratinum cenſeo, ſi tibi *videtur.* Mihi ſic hoc *videtur.* Mihi non *videtur*, quod. *Phorm.* II. 4. 8. 10. & 15. Meriton' hoc meo *videtur* factum? Adeon' hoc indignum tibi *videtur*, ſi? *Phorm.* V. 8. 44. & 51. Adeon' *videmur* vobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis? *And.* IV. 4. 18. Num *videntur* convenire haec nuptiis? *And.* II. 2. 29. Eho! nonne haec juſta tibi *videntur* poſtea? *Adelph.* IV. 5. 26. In eodemque omnes mihi *videntur* ludo doctae ad malitiam. *Hec.* II. 1. 6. Quid haec *videntur*? *Phorm.* V. 3. 9. Dum adcubabam, quam *videbar* mihi eſſe pulchre ſobrius! *Eun.* IV. 5. 2. Ohe! *Da.* *Viſus* ſum. *And.* III. 5. 10. Id mihi *viſus* eſt dicere; abi cito, & ſuſpende te. *And.* I. 5. 20. Subtriſtis *viſus* eſt eſſe aliquantulum mihi. *And.* II. 6. 16. Ita *viſus* eſt dudum quia. *And.* IV. 4. 15. Audiviſſe vocem pueri *viſus* eſt vagientis. *Hec.* IV. 1. 2. Si utrumvis horum, mulier, unquam tibi *viſus* forem. *Hec.* IV. 1. 19. Audire vocem *viſa* ſum modo militis. *Eun.* III. 2. 1. Quia tum mihi lamentari praeter caeteras *viſa* eſt. *And.* I. 1. 95. *Viſa* vero eſt, quod dici ſolet, aquilae ſenectus. Mulier commoda, & faceta, haec meretrix. *Ch.* Sane, idem *viſa* eſt mihi. *Heaut.* III. 2. 9. & 11. Matris vox *viſa* eſt Philumenae. *Hec.* III. 1. 38. Perliberalis *viſa* eſt. *Hec.* V. 4. 24. Jam pedum *viſa* eſt via. *Phorm.* II. 2. 12. Perliberalis *viſa* eſt, quum vidi, mihi. *Phorm.* V. 3. 32. Nonne tibi ſatis eſſe hoc *viſum* ſolidum eſt gaudium, niſi? *And.* IV. 1. 23. Itan' lepidum tibi *viſum* eſt, ſcelus, nos irridere? *Eun.* V. 7. 17. Uſque illud *viſum* eſt Pamphilo neutiquam grave. *Hec.* I. 2. 50. *Viſum* eſt. *Pa.* Certen'? *Par.* Certe. *Hec.* V. 4. 3. Paupertas mihi onus *viſum* eſt, & miſerum, & grave. *Phorm.* I. 2. 44 *Viſum* eſt mihi, ut ejus tentarem ſententiam. *Phorm.* IV. 3. 14. Quia *videbitur* magis veriſimile id eſſe. *Heaut.* IV. 5. 53. Saltem adcurate, ut metui *videar.* *And.* III. 2. 14. Ne ineptus, ne protervus *videar.* *Heaut.* III. 3. 16. Si id ſuccenſeat nunc, ipſus ſibi eſſe injurius *videatur.* *And.* II. 3. 3 Sane, quod tibi nunc vir *videatur* eſſe hic, nebulo magnus eſt. *Eun.* IV. 7. 15. Quae (mulieres) omnes faciunt dignae ut *videamur* malo. *Hec.* II. 3. 2. Credo ita *videri* tibi. *Hec.* I. 2. 66. Nolo gnatum tuum leviorem vobis *viderier* immerito. *Hec.* V. 1. 32. Egon' tuam expetam amicitiam? aut te *viſum*, aut auditum velim? *Phorm.* II. 3. 85. Amici quoque res eſt *videnda*, in tuto ut collocetur. *Heaut.* IV. 3. 11.

Syntaxis. *Videre ſpem. Videbo, ne fiat. Plus videre omnibus. Minus videre quid. Nihil vides, niſi quod lubet. Numquam vidi melius conſilium dari. Somnium non vidi oculis meis. De iſtoc videbimus. Vide, ne abeas longius. Hoc vide! Vide ſis, ne. Vide, quid agas. Vide! Me vide. Ego videro. De iſtoc ipſe viderit. Hunc videre diem optavi. Prudens, ſciens, vivus, videnſque. Quid tibi videtur? Quid videtur? Quid videtur haec res? Mihi ſic hoc videtur. Quid haec videntur? Videre videor diem illum. Nolle aliquem viſum, aut auditum.*

Vidua.

Non auderet haec facere *viduae* mulieri, quae in me fecit. *Heaut.* V. 1. 80. Nunc *viduam* extrudi, turpe eſt. *Phorm.* V. 7. 20.

Vietus.

Hic eſt vetus, *vietus*, veternoſus, ſenex, colore muſtellino. *Eun.* IV. 4. 21.

Vigilantia.

Vigilantiam tuam tu mihi narras? *Adelph.* III. 3. 44.

Vigilo.

Opus faciam, ut defetiger uſque, ingratiis ut dormiam. *Pa.* *Vigilabis* laſſus. *Eun.* II. 1. 15. Ne ſurſum, deorſum curſites, neve uſque ad lucem *vigilet.* *Eun.* II. 2. 47. Num ille ſomniat ea, quae *vigilans* voluit. *And.* V. 6. 8.

Viginti.

Heri minas *viginti* pro ambobus dedi. Siquidem biduum; verum ne fiant illi *viginti* dies. *Eun.* I. 2. 89. & 103. Emit! perii hercle! quanti? *Pa.* *Viginti* minis. *La.* Actum eſt. *Eun.* V. 6. 14. Minis *viginti* tu illam emiſti. *Adelph.* II. 1. 37. Quaſi jam uſquam tibi ſint *viginti* minae, dum huic obſequare. *Adelph.* II. 2. 15. Tua arte *viginti* minae pro Pſaltria periere. *Adelph.* IV. 7. 24. Dinumeret illi Babylo *viginti* minas. *Adelph.* V. 7. 17.

Vilis, e.

Hui, percara eſt, Phaedria. *Ph.* Iſtaec vero *vilis* eſt. *Phorm.* III. 3. 25. Rebus *vilioribus* multo, tamen talenta bina. *Phorm.* V. 3. 8. Reddet tibi cito. *Mi.* Iſtoc *vilius.* *Adelph.* V. 9. 24.

Vilitas.

Haeccine erat ea, quae noſtros fructus minuebat, *vilitas*? *Phorm.* V. 8. 24.

Villa.

Dum haec puto, praeterii imprudens *villam.* redeo rurſum. *Villam* praetereo ſciens. *Eun.* IV. 2. 5. & 13. Audiſti, modo iſte homo quam *villam* demonſtravit Charini? *Heaut.* IV. 4. 9. Dic ſodes. *Sy.* Apud *villam* eſt. *Adelph.* IV. 1. 2. Dum illum quaero, a *villa* mercenarium vidi. *Adelph.* IV. 2. 2.

Villum.

Interea in angulum aliquo abeam, atque edormiſcam hoc *villi.* *Adelph.* V. 2. 11.

Vinet-

Digitized by Google

Vincibilis, e.

Juſtam illam cauſam, facilem, *vincibilem*, optumam? *Phorm.* I. 4. 49.

Vincio. Vinctus.

Vinctus eſt. *Pa.* Pater, non recte *vinctus* eſt. jube ſolvi, obſecro. *And.* V. 4. 51. & 52. Cura adſervandum *vinctum*: atque audin'? quadrupedem conſtringito. *And.* V. 2. 24. Quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe, *vincto* pectore, ut graciles fient. *Eun.* II. 3. 22. Hunc abduce, *vinci*, quaere rem. *Adelph.* III. 4. 36.

Vinco.

Vicit vinum, quod bibi. *Eun.* IV. 5. 1. Me ſervolum, qui referire non audebam, *vicit*: hui! perfortiter. *Adelph.* IV. 2. 28. Sed ſi quis inſidias noſtrae fecit adoleſcentiae, ac *vicit*. *Phorm.* II. 1. 45. Quum tu horum nihil refelles, *vincam* ſcilicet. *Phorm.* I. 2. 82. Numquam tu odio tuo me *vinces*. *Phorm.* V. 6. 9. Adducti, qui illam civem hinc dicant, *viceris*. *And.* V. 3. 21. Mi Chreme, peccavi, fateor: *vincor*. *Heaut.* IV. 1. 31. Hei! veris *vincor*. *Phorm.* III. 2. 16. Ventum eſt: *vincimur*: duxit. *Phorm.* I. 2. 85. Labaſcit, *victus* uno verbo. quam cito! *Eun.* I. 2. 98. Adoleſcentulus ſaepe eadem, & graviter audiendo, *victus* eſt. *Heaut.* I. 1. 62. Animus *victus* hujus injuria, paulatim elapſus eſt Bacchidi. *Hec.* I. 2. 93. Ego tamen patrio animo *victus*, faciam, ut. *Hec.* II. 2. 2. Eludet, ubi te *victum* ſenſerit. *Eun.* I. 1. 10. Verum, pone eum eſſe *victum*. *Phorm.* IV. 3. 25. Illius ſtultitia *victa* ex urbe tu rus habitatum migres? *Hec.* IV. 2. 13. Si te tam leni, & *victo* animo eſſe oſtenderis. *Heaut.* III. 1. 29.

Syntaxis. *Vicit vinum, quod bibi. Vincere adverſarium. Viceris! Veris vinci. Uno verbo vinci. Leni & victo animo eſſe.*

Vinolentus.

Vinolentus mulierculam eam compreſſit, unde haec nata eſt. *Phorm.* V. 8. 28.

Vinum.

Vicit *vinum*, quod bibi. *Eun.* IV. 5. 1. Perſuaſit nox, amor, *vinum*, adoleſcentia. *Adelph.* III. 4. 24. Pytiſſando modo quid *vini* abſumſit! *Heaut.* III. 1. 49. Memini confugere anhelantem domum, ſine comite, *vini* plenum. *Hec.* V. 3. 25. Vel heri in *vino* quam immodeſtus fuiſti! *Heaut.* III. 3. 7.

Violenter.

Ita patrem adoleſcentis facta haec tolerare audio *violenter*. *Phorm.* V. 1. 4.

Violentus.

Ille ubi id reſcivit factum, frater *violentiſſimus*. *Eun.* V. 5. 12.

Vir.

Bonus eſt hic *vir*. *Si.* Hic *vir* ſit bonus! *And.* V. 4. 12. Sentiet qui *vir* ſiem. *Eun.* I. 1. 21. Eu noſter! laudo. tandem perdoluit. *vir* es. *Eun.* I. 2. 74. Nunc, Parmeno, te oſtendes, qui *vir* ſies. *Eun.* II. 3. 15. Edicit, ne *vir* quiſquam ad eam adeat. *Eun.* III. 5. 30. Ille autem bonus *vir* nuſquam adparet. *Eun.* IV. 3. 18. Sane, quod tibi nunc *vir* videatur eſſe hic, nebulo magnus eſt. *Eun.* IV. 7. 15. Ille bonus *vir* nobis Pſaltriam, ſi Dis placet, paravit, quicum vivat. *Adelph.* III. 4. 30. Quo *vir* melior multo es, quam ego. *Adelph.* IV. 5. 71. Neſcis, qui *vir* ſit. *Adelph.* IV. 7. 5. Aedepol *vir* bonus es. *Adelph.* V. 9. 4. Quod me accuſat nunc *vir*, ſum extra noxiam. *Hec.* II. 3. 3. *Vir* ego tuus ſum? *Hec.* IV. 1. 9. O *Vir* fortis, atque amicus! *Phorm.* II. 2. 10. Ut eſt ille, bonus *vir*. *Phorm.* IV. 3. 33. *Vir viro* quid praeſtat! *Phorm.* V. 3. 7. Hic quamdam noram, cujus *vir* uxorem. *Phorm.* V. 7. 48. Neque boni, neque liberalis functus officium eſt *viri*. *Adelph.* III. 4. 18. Incommoda, atque injurias *viri* omnes ferre. *Hec.* I. 2. 91. Hem! iſtuc *viri* officium eſt. *Phorm.* I. 2. 89. At pol minus queo *viri* culpa, quam me dignum eſt. *Phorm.* V. 3. 4. Cave ſis; neſcis, cui nunc maledicas *viro*. *Eun.* IV. 7. 29. Quid *viro* meo reſpondebo miſera? *Hec.* IV. 1. 1. Vin', quod tuo *viro* oculi doleant? *Phorm.* V. 8. 64. Te iſti *virum* do, amicum, tutorem, patrem. *And.* I. 5. 60. Hoc male habet *virum*. Cavit, ne unquam infamiae ea res ſibi eſſet, ut *virum* fortem decet. *And.* II. 6. 5. & 14. Fidelem haud ferme mulieri invenias *virum*. *And.* III. 1. 2. Tibi generum firmum, & filiae invenies *virum*. *And.* III. 3. 39. Summum bonum eſſe herae putavi hunc Pamphilum, amicum, amatorem, *virum*. *And.* IV. 3. 3. *Virum* bonum, eccum, Parmenonem incedere video. *Eun.* V. 3. 9. Haec arte tractabat *virum*, ut. *Heaut.* II. 3. 125. Hic ego *virum* interea opperibor. *Heaut.* IV. 1. 6. Abi, *virum* te judico. *Adelph.* IV. 2. 25. Eho! numquidnam accuſat *virum*? *Hec.* II. 2. 25. Tun' *virum* me, aut hominem deputas adeo eſſe? Non eum hominem ducerem, nec *virum* ſatis firmum gnatae. *Hec.* IV. 1. 9. & 41. Dotem daretis: quaereret alium *virum*. *Phorm.* II. 1. 67. At quem *virum*! quem ego viderim in vita optumum. *Phorm.* II. 3. 20. *Virum* me natam vellem. Sed meum *virum* abs te exire video. *Phorm.* V. 3. 9. & 12. Ehodum, bone *vir*, quid ais? *And.* III. 5. 10. O, ſalve, bone *vir*. *And.* V. 2. 5. Bone *vir*, Dore, ſalve. *Eun.* V. 2. 11. Ehem! mi *vir*. *Ch.* Ehem! mea uxor. *Heaut.* IV. 1. 9. Idque adeo miror, quomodo tam ineptum quidquam tibi in mentem venire, mi *vir*, potuerit. Certe, inquam, mi *vir*. *Heaut.* V. 3. 3. & 12. Mi *vir*, te obſecro, ne facias. *Heaut.* V. 5. 4. Quid ais, bone *vir*? eſt frater domi? *Sy.* Quid, malum! bone *vir* mihi narras? *Adelph.* IV. 2. 17. & 18. O *vir* optime! *Adelph.* V. 9. 26. Qui ſcis, an ea cauſa, mi *vir*, me odiſſe adſimulaverit? *Hec.* II. 1. 38. Quid iſtuc turbae eſt, obſecro, mi *vir*? Mi *vir*, non mihi narras? *Phorm.* V. 8. 2. & 13. Vobis cum uno ſemel ubi aetatem agere decre-

tum eſt *viro*. *Heaut.* II. 4. 12. Commenta mater eſt, eſſe ex alio *viro*, neſcio quo, puerum natum. *Adelph.* IV. 5. 23. Illique exopto, ut reliquam vitam exigat cum eo *viro*, me qui ſit fortunatior. *Hec.* III. 5. 41 Nupta meretrici hoſtis eſt, a *viro* ubi ſegregata eſt. *Hec.* V. 2. 23. An quia non delinquunt *viri*? *Hec.* IV. 4. 41. *Viris* eſſe advorſas, aeque ſtudium eſt. *Hec.* II. 1. 5. Nae nos ſumus mulieres inique aeque omnes invitae *viris*, propter paucas. *Hec.* II. 3. 1.

Syntaxis. *Sentiet, qui vir ſiem! Vir es. Oſtende te, qui vir ſis. Bonus vir. Vir viro quid praeſtat! Vir liberalis. Iſtuc viri eſt officium. Vir fortis. fidelis mulieri. Virum invenire filiae. Vir in quovis loco paratus. Virum te judico. Vir firmus uxori. Vir optimus. Quid ais, bone vir? O vir optime.*

Virgo.

Atticus apud Andrum ejectus eſt, & iſtaec una parva *virgo*. *And.* V. 4. 21. Neque *virgo* eſt uſquam. Haud ſimilis *virgo* eſt *virginum* noſtrarum. Quid? *virgo*, cuja eſt? *Eun.* II. 3. 2. 21. & 29. Quaedam hodie eſt ei dono data *virgo*. Dum adparatur, *virgo* in conclavi ſedet. Acceſſitur lavatum interea *virgo*. *Eun.* III. 5. 17. 35. & 44. *Virgo* ipſa lacrumat. *Eun.* IV. 3. 17. *Virgo* conſciſſa veſte lacrumans obticet. Num id lacrumat *virgo*? *Eun.* V. 1. 4 & 13. An quia pudet? *Ch.* Id ipſum. *Py.* Id ipſum? *virgo* vero! *Eun.* V. 2. 69. *Virgo* ex eo compreſſu gravida facta eſt. Ipſa *virgo*: res ipſa. *Adelph.* III. 4. 28. & 33. *Virgo* eſt cum matre. Haec *virgo* orba eſt patre. *Adelph.* IV. 5. 16. *Virgo* nihil habet. Illinc huc transferetur *virgo*. *Adelph.* IV. 7. 10. & 13. Narrat, ut *virgo* ab ſe integra etiam tum ſiet. *Hec.* I. 2. 70. *Virgo* ipſa facie egregia. *Virgo* pulchra! *Phorm.* I. 2. 50. & 54. Quidquid hujus feci, cauſa *virginis* feci. *Eun.* I. 2. 122. Poſtquam ille advenit Chremes adoleſcens, frater *virginis*. *Eun.* IV. 1. 3. Tu pol, ſi ſapis, quod ſcis, neſcis, neque de eunucho, neque de vitio *virginis*. *Eun.* IV. 4. 55. Ubi ſcit factum, ad matrem *virginis* venit ipſus ultro, lacrumans. Mater *virginis* in medio eſt. *Adelph.* III. 4. 25. & 32. Quaeſo, ut una mecum ad matrem *virginis* eas. *Adelph.* IV. 3. 7. Paternum amicum me adſimulabo *virginis*. *Phorm.* I. 2. 78. Non manebat aetas *virginis* meam negligentiam. *Phorm.* IV. 1. 4. Illi faveo *virgini*. *Eun.* V. 3. 7. Neque honeſtum mihi, neque utile ipſi *virgini* eſt. *Hec.* I. 2. 76. Vitium eſt oblatum *virgini* olim, ab neſcio quo improbo. *Hec.* III. 3. 23. Ipſe eripuit vi, in digito quem habuit, *virgini* abiens annulum. *Hec.* IV. 1. 59. Ego illam vidi *virginem*, forma! bona memini videre. *And.* II. 5. 17. Ia ubi hanc forma videt honeſta *virginem*. Ego quantum ſuſpicor, ad *virginem* animum adjecit. *Eun.* I. 2. 52. & 63. Ducit ſecum una *virginem* dono huic. papae! facie honeſta. *Eun.* II. 1. 23. Cum huc reſpicio ad *virginem*. Comites ſecuti ſcilicet ſunt *virginem*? *Eun.* II. 3. 50. & 54. Curate iſtam diligenter *virginem*. *Eun.* III. 2. 52. Commendat *virginem*. *An.* Cui? tibine? *Ch.* Mihi. Interea ſomnus *virginem* opprimit. *Eun.* III. 5. 29. & 53. Inſuper ſcelus, poſtquam ludificatus eſt *virginem*. *Virginem*, quam herae dono dederat miles, vitiavit. Neque illi commiſiſſem *virginem*. *Eun.* IV. 3. 3. 12. & 25. Jam ſatis certum eſt, *virginem* vitiatam eſſe? *Eun.* IV. 4. 37. Hoc modo dic, ſororem illam tuam eſſe, & te parvam *virginem* amiſiſſe. *Eun.* IV. 6. 28. *Virginem* eripiam. Cum tibi do iſtam *virginem*, dixtin' hos mihi dies ſoli dare te? *Eun.* IV. 7. 3. & 22. An paullum hoc eſſe tibi videtur, *virginem* vitiare civem? *Eun.* V. 2. 18. *Virginem* quam amabat, eam confeci ſine moleſtia. *Eun.* V. 4. 5. *Virginem* iſtam, ſcis eam hinc civem eſſe? *Eun* V. 5. 9 Ruſamne illam *virginem*; caeſiam, ſparſo ore, adunco naſo? *Heaut.* V. 5. 17. Filiam ejus *virginem* vitiavit. *Adelph.* III. 4. 20. Hem! *virginem* ut ſecum avehat! An ſedere oportuit domi, *virginem* tam grandem, dum? *Virginem* vitiaſti, quam te jus non fuerat tangere. *Adelph.* IV. 5. 20. 39. & 52. Hoc peccatum in *virginem* eſt civem. Quin jam *virginem* deſpondi. *Adelph.* IV. 7. 7. & 56. Hinc ad hos proviſam, quam mox *virginem* arceſſant. *Adelph.* V. 6. 1. Nocte illa prima *virginem* non attigit. *Hec.* I. 2. 61. Modo quamdam vidi *virginem* hic viciniae miſeram. Ilene indotatam *virginem*, atque ignobilem daret illi? *Phorm.* I. 2. 45. & 70. Ut potui, nuptum *virginem* locavi huic adoleſcenti. *Phorm.* V. 1. 25. De iſtac rogas *virgine*? *Eun.* IV. 4. 54. Neque aedepol, quid nunc conſilii capiam, ſcio, de *virgine* iſtac. *Eun.* V. 2. 29. Pro *virgine* dari nuptum non poteſt. *Adelph.* III. 2. 48. Quid ais? cum *virgine* una adoleſcens cubuerit plus potus? *Hec.* I. 2. 63.

Syntaxis. *Virgo parva. Virgo integra a viro. Virgo facie egregia. pulchra. Vitium virginis. Virgo honeſta forma. Animum ad virginem adjicere. Ludificari virginem. Vitiare virginem. Virgo civis. Conficere alicui virginem. Virgo ruſa, caeſia, ſparſo ore, adunco naſo. Virgo grandis. Tangere virginem. Peccare in virginem. Deſpondere virginem. Virgo indotata, atque ignobilis. Virginem adoleſcenti nuptum locare. Cum virgine cubare.*

Virilis, e.

Animo *virili* praeſentique ut ſis, para. *Phorm.* V. 7. 64.

Virtus.

Tamen vel *virtus* tua me, vel vicinitas facit, ut. *Heaut.* I. 1. 4. Numquam ita magnifice quidquam dicam, id *virtus* quin ſuperet tua. *Adelph.* II. 3. 4. Quem actoris *virtus* nobis reſtituit locum. *Phorm.* Prol. 34. Egon'?

gon'? imperatoris *virtutem* noveram, & vim militum. *Eun.* IV. 7. 8. Atque haec ſunt tamen ad *virtutem* omnia. *Heaut.* I. 2. 33. Homo antiqua *virtute*, ac fide. *Adelph.* III. 3. 88. Poſtquam collaudavi ſecundum facta & *virtutes* tuas, impetravi. *Eun.* V. 9. 60. Facio te apud illum Deum: *virtutes* narro. *Adelph.* IV. 1. 20. Si poſſiderem, (regnum) ornatus eſſes ex tuis *virtutibus*. *Adelph.* II. 1. 22.

V i s.

Tot res repente circumvallant, *vis*, egeſtas, injuſtitia, ſolitudo, infamia. *Adelph.* III. 2. 5. Non omittis? *Aeſ.* Non, niſi te exorem. *Mi. Vis* eſt haec quidem. *Adelph.* V. 8. 20. Veſtitus turpis: ut, ni *vis* boni in ipſa ineſſet forma, haec formam exſtinguerent. *Phorm.* I. 2. 57. Haud vereor, ſi in te ſolo ſit ſitum: ſed *vim* ut queas ferre. *And.* I. 5. 42. Timeo, ne quam ille hodie inſanus turbam faciat, aut *vim* Thaidi. *Eun.* IV. 1. 2. Si *vim* faciet, in jus ducito hominem. *Eun.* IV. 6. 30. Egon'? imperatoris virtutem noveram, & *vim* militum. Miles, nunc adeo edico tibi, ne *vim* facias ullam in illam. *Eun.* IV. 7. 8. & 37. Ne quam in illum Thais *vim* fieri ſinat. *Eun.* V. 5. 21. Hic me magnifice effero, qui *vim* tantam in me, & poteſtatem habeam tantae aſtutiae. *Heaut.* IV. 3. 32. Cui miſerae indigne per *vim* vitium obtulerat. *Adelph.* III. 2. 10. Haec verba, una falſa lachrymula, quam oculos terendo miſere, vix *vi* expreſſerit, reſtinguet. *Eun.* I. 1. 23. Hanc tu mihi vel *vi*, vel clam, vel precario fac tradas. *Eun.* II. 3. 27. Haec ea eſt; quam miles a me *vi* nunc ereptum venit. *Eun.* IV. 6. 14. Qui ſcis, an quae jubeam, ſine *vi* faciat? Pamphilam ergo huc redde, niſi *vi* mavis eripi. *Eun.* IV. 7. 20. & 26. Coepi non humanitus tractare; ſed *vi*, & via pervolgata patrum. *Heaut.* I. 1. 49. Errat longe, qui imperium credat gravius eſſe, aut ſtabilius, *vi* quod fit, quam illud, quod amicitia adjungitur. *Adelph.* I. 1. 42. Summa *vi* defendam hanc. *Adelph.* III. 4. 47. Poſtquam attendi magis, & *vi* coepi cogere, ut rediret. *Hec.* II. 2. 26. Ipſe eripuit *vi*, in digito quem habuit, virgini abiens annulum. *Hec.* IV. 1. 59. Homo ſe fatetur *vi*, in via, neſcio quam compreſſiſſe. *Hec.* V. 3. 30. *Vi* coactum te eſſe invitum, lege, judicio. tenes? *Phorm.* I. 4. 37.

Syntaxis. *Vis me cogit. Vis eſt haec quidem. Vis boni ineſt in ipſa forma virginis. Vim alicujus ferre. Facere alicui vim. Vis militum. Vim facere in aliquem. Vim aſtutiae in ſe habere. Per vim vitium virgini offerre. Vix vi exprimere unam lacrimulam. Vel vi, vel clam, vel precario. Facere aliquid ſine vi. Vi non fit ſtabile imperium. Summa vi defendere aliquem. Vi cogere aliquem. Vi eripere quid alteri.*

V i s o.

Id *viſo*, tune, an illi Inſaniant. *And.* III. 3. 3. Nunc redeo. ſi forte frater redierit, *viſo*. *Adelph.* IV. 2. 10. Ego hanc *viſam*. *And.* IV. 2. 25. Idque adeo *viſam*, ſi domi eſt. *Eun.* III. 4. 7. *Viſam* domum. *Eun.* V. 9. 12. Ibo, *viſam*, ſi domi eſt. *Heaut.* I. 1. 118. Nunc ad eam *viſam* Non *viſam* uxorem Pamphili, cum? *Hec.* III. 2. 4. & 6. Demiphonem, ſi domi eſt, *viſam*: ut, quod. *Phorm.* V. 7. 6. *Viſo*, amabo, num ſit. *Eun.* IV. 3. 21. Abi tu; *viſe*, redieritne jam, an nondum, domum. *Phorm.* II. 4. 5. Non *viſas*? ne mittas quidem *viſendi* cauſa quemquam. *Hec.* III. 2. 7. Noſtra illico it *viſere* ad eam. admiſit nemo. *Hec.* I. 2. 114. Voltiſne eamus *viſere*? *Phorm.* I. 2. 52. Quod heri nemo voluit *viſentem* ad eam te intro admittere. *Hec.* II. 1. 40.

Syntaxis. *Viſere domum. Viſere ad aliquem.*

V i t a.

Mea quidem hercle certe in dubio *vita* eſt. *And.* II. 2. 10. Ne hoc gaudium contaminet *vita* aegritudine aliqua. *Eun.* III. 5. 4. *Vita* eſt eadem, & animus te erga idem, ac fuit. *Heaut.* II. 3. 24. Emori cupio. *Ch.* Ubi ſcies, ſi diſplicebit *vita*, tum iſtoc utitor. *Heaut.* V. 2. 19. Tua fama, & gnatae *vita* in dubium veniet. *Adelph.* III. 2. 42. Ita *vita* eſt hominum, quaſi, cum ludas teſſeris. *Adelph.* IV. 7. 21. Nunc adeo. ſi ob eam rem vobis *vita* mea invita eſt. *Adelph.* V. 9. 32. Lacrumo, quae poſthac futura eſt *vita*, quum in mentem venit. *Hec.* III. 3. 45. Tua certo *vita* haec expetenda optandaque eſt. *Phorm.* I. 3. 12. Nulla eſt mihi *vita* expetunda. *Phorm.* I. 4. 25. Homo jam grandior, pauper, cui opera *vita* erat. *Phorm.* II. 3. 16. Ut id conſulerem, interea *vita* ut in tuto foret. *Phorm.* V. 1. 7. Scias, poſſe habere jam ipſum ſuae *vitae* modum. *And.* I. 1. 68. Ea res dedit tum exiſtumandi copiam, cotidianae *vitae* conſuetudinem. *Heaut.* II. 3. 42. Non ſimulare mortem verbis, te ipſa ſpem *vitae* dare. *Heaut.* IV. 1. 23. Si illum objurges, *vitae* qui auxilium tulit, quid? *And.* I. 1. 115. Si illum relinquo, ejus *vitae* timeo: ſin. *And.* I. 3. 5. Eo pacto & gnati *vitam*, & conſilium meum cognoſces. Sapienter *vitam* inſtituit. Primum haec pudice *vitam*, parce, ac duriter agebat. *And.* I. 1. 22. 40. & 47. Hic dies aliam *vitam* adfert, alios mores poſtulat. *And.* I. 2. 18. Quae mihi ſuum animum, atque omnem *vitam* credidit. *And.* I. 5. 37. Dum ſtudeo obſequi tibi, pene illuſi *vitam* filiae. *And.* V. 1. 3. Ego Deorum *vitam* propterea ſempiternam eſſe arbitror, quod. *And.* V. 5. 3. Uſque dum ille *vitam* illam colet inopem. *Heaut.* I. 1. 84. Hinc ſciri potuit, quo ſtudio *vitam* ſuam, te abſente, exegerit. *Heaut.* II. 3. 39. Quum egomet nunc mecum in animo *vitam* tuam conſidero; *Heaut.* II. 4. 5. Prius proditurum te tuam *vitam*, & prius. *Heaut.* III. 1. 70. Deo-

rum *vitam* apti ſumus. *Heaut.* IV. 3. 15. Ego hanc clementem *vitam* urbanam, atque otium ſecutus ſum. Ruri agere *vitam.* *Adelph.* I. 1. 17. & 20. Noſtrumne Aeſchinum? noſtrarum *vitam* omnium? *Adelph.* III. 2. 33. Non tu hoc argentum perdis, ſed *vitam* tuam. *Adelph.* III. 3. 56. O Juppiter! hanceine *vitam*! hoſcine mores! *Adelph.* IV. 7. 40. Numquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad *vitam* fuit, quin. Ego *vitam* duram, quam vixi uſque adhuc, mitto. Ille ſuam ſemper egit *vitam* in otio, in conviviis. Contrivi in quaerendo *vitam*, atque aetatem meam. *Adelph.* V. 4. 1. 5. 9. & 15. Neſcire arbitramini, quo quiſque pacto hic *vitam* veſtrorum exigat? *Hec.* II. 1. 19. Heu me infelicem! hanceine ego *vitam* parſi perdere? *Hec.* III. 1. 2. Illique exopto, ut reliquam *vitam* exigat cum eo viro, me qui ſit fortunatior. *Hec.* III. 5. 40. In eandem *vitam* te revolutum denuo video eſſe. *Hec.* IV. 4. 69. Vobis commendo Phanium, & *vitam* meam. *Phorm.* I. 4. 41. Itane hinc abiſſe: & *vitam* tuam tutandam aliis dediſſe? *Phorm.* III. 1. 2. Id arbitror adprime in *vita* eſſe utile, ut ne quid nimis. *And.* I. 1. 34. Hoc vide! in mea *vita* tu tibi laudem is quaeſitum, ſcelus. *Heaut.* II. 3. 74. Ullamne ego rem unquam in *vita* mea volui, quin? *Heaut.* V. 3. 4. Etſi hoc mihi pravum, ineptum, abſurdum, atque alienum a *vita* mea videtur. *Adelph.* V. 8. 21. Quod te iſti facilem, & feſtivom putant, id non fieri ex vera *vita.* *Adelph.* V. 9. 30. At quem virum! quem ego viderim in *vita* optumum. *Phorm.* II. 3. 20. Denique, Inſpicere, tanquam in ſpeculum, in *vitas* omnium jubeo. *Adelph.* III. 3. 61.

Syntaxis. *Vita in dubio eſt. Vita contaminat gaudium aegritudine. Vita eſt eadem ac fuit. Vita diſplicet. Vita venit in dubium. Vita inviſa. Nulla eſt mihi vita expetenda. Hunc homini vita eſt opera. Vita eſt in tuto. Habere ſuae vitae modum. Cotidianae vitae conſuetudo. Vitae auxilium ferre. Timere vitae alicujus. Pudice vitam agere. Agere vitam in otio, in conviviis. Sapienter vitam inſtituere. Credere alicui vitam ſuam. Prodere vitam ſuam. Urbanam & clementem vitam ſequi. Perdere vitam ſuam. Vitam exigere. In eandem vitam revolvi. Laudem ſibi quaerere in vita alterius. Id eſt alienum a vita mea. Id non fit ex vera vita. Inſpicere in vitas aliorum.*

Vitio.

Virginem *vitiaſti*, quam te jus non fuerat tangere. *Adelph.* IV. 5. 52. Virginem, quam herae dono dederat miles, *vitiavit.* *Eun.* IV. 3. 12. Eam iſte *vitiavit* miſer. *Eun.* V. 5. 11. Filiam ejus virginem *vitiavit.* *Adelph.* III. 4. 21. An paullum hoc eſſe tibi videtur, virginem *vitiare* civem? *Eun.* V. 2. 19. Jam ſatis certum eſt, virginem *vitiatam* eſſe? *Eun.* IV. 4. 37.

Vitium.

Quando *vitium* oblatum eſt. *Adelph.* III. 1. 9. *Vitium* commune omnium eſt, quod. *Adelph.* V. 8. 30. Haec cum data eſt nova, novum intervenit *vitium*, & calamitas. *Hec.* Prol. 2. Illud mihi *vitium* eſt maximum. *Hec.* I. 2. 37. *Vitium* eſt oblatum virgini olim, ab neſcio quo improbo. *Hec.* III. 3. 23. Illi nihil *vitii* eſt relictum, quin ſit & idem tibi. *Heaut.* V. 3. 19. Reddi patri autem, cui tu nihil dicas *vitii*, ſuperbum eſt. *Hec.* I. 2. 79. Aliud fortaſſe aliis *vitii* eſt. *Hec.* II. 2. 28. Nunc, quam rem *vitio* dent, quaeſo animum advortite. *And.* Prol. 8. Vos eritis judices, laudin' an *vitio* duci id factum oporteat. *Adelph.* Prol. 5. Hoc laudi eſt, hoc *vitio* datur. *Adelph.* III. 3. 64. Cui miſerae indigne per vim *vitium* obtulerat. *Adelph.* III. 2. 10. Solum unum hoc *vitium* ſenectus adfert hominibus. *Adelph.* V. 3. 47. Id *vitium* numquam decrevi eſſe ego adoleſcentiae. *Hec.* IV. 1. 27. Tu pol, ſi ſapis, quod ſcis, neſcis, neque de eunucho, neque de *vitio* virginis. *Eun.* IV. 4. 55. In amore haec omnia inſunt *vitia.* *Eun.* I. 1. 14. Novarum qui ſpectandi faciunt copiam ſine *vitiis.* *Heaut.* Prol. 30.

Syntaxis. *Vitium offerre virgini. Vitium commune omnium. Intervenit vitium & calamitas. Illud mihi vitium eſt maximum. Nihil vitii eſt virgini. Aliud aliis vitii eſt. Vitio dare rem. Vitio ducere factum. Senectus adfert id vitium. Vitium virginis.*

Vitupero.

Id iſti *vituperant* factum; atque in eo diſputant. *And.* Prol. 15. Antipho, multimodis cum iſthoc animo es *vituperandus.* *Phorm.* III. 1. 1.

Vivo.

Ego pol hodie, ſi *vivo*, tibi oſtendam. *And.* V. 2. 25. Ego te, furcifer, ſi *vivo*! *Eun.* V. 6. 20. At, nae, illud haud inultum, ſi *vivo*, ferent. Syrum, ſi *vivo*, adeo exornatum, adeo depexum dabo: ut, dum *vivat*, meminerit ſemper mei. *Heaut.* V. 1. 45. 77 & 78. Illius opera nunc *vivo.* *Adelph.* II. 3. 8. Tu hercle cum illa, Phaedria, & libenter *vivis.* *Eun.* V. 9. 44. Immo nullorum arbitror, ſi tecum *vivit.* *Eun.* III. 1. 20. Ea ſi *vivit*, annos nata eſt ſedecim, non major. *Eun.* III. 3. 20. Ecquis me *vivit* hodie fortunatior? *Eun.* V. 9. 1. Numquidnam de gnato meo audiſti? *Ch.* Valet, atque *vivit.* *Heaut.* III. 1. 21. *Vivit*ne illa, cui tu dederas? *So.* Neſcio. *Heaut.* IV. 1. 47. Hem! quid eſt? *vivit*ne? *So.* *Vivit* gnata: matrem mors conſecuta eſt. *Phorm.* V. 1. 22. Niſi ſi proſpectum interea aliquid eſt, deſertae *vivimus.* *Heaut.* II. 4. 11. Ego vitam duram, quam *vixi* uſque adhuc, mitto. *Adelph.* V. 4. 5. Sibi *vixit*: ſibi ſumtum fecit. *Adelph.* V. 4. 11. Sane hercle homo voluptati obſequens fuit, dum *vixit.* *Vixit*, dum *vixit*, bene. *Hec.* III. 5. 10. & 11. Per ejus unam, ut audio, aut *vivam*, aut moriar, ſententiam. *Phorm.*

Pherm. III. 1. 19. Ita velim me promerentem ames, dum *vivas*, mi pater. *Adelph.* IV. 5. 47. Ut cum illa *vivas*, teſtem hanc quum abs te amoveris. *Hec.* IV. 4. 72. Immo habeat: valeat: *vivat* cum illa. *And.* V. 3. 18. Egon' formidoloſus? nemo eſt hominum, qui *vivat*, minus. *Eun.* IV. 6. 19. Quidvis ſatis eſt, dum *vivat* modo. *Heaut.* IV. 1. 28. Ille bonus vir nobis Pſaltriam, ſi Dis placet, paravit, quicum *vivat*: illam deſerat. *Adelph.* III. 4. 31. Illum, ut *vivat*, optant. *Adelph.* V. 4. 20. Ut te *vivat* nuſquam quiſquam blandior. *Hec.* V. 4. 21. Etiam argentum eſt ultro objectum: ut ſit, qui *vivas*, dum. *Pherm.* V. 2. 5. Habet haec, ei quod, dum *vivat*, uſque ad aurem obganniat. *Phorm.* V. 8. 41. O omnium, quantum eſt, qui *vivant*, homo hominum ornatiſſime! *Phorm.* V. 6. 13. Sine nunc meo me *vivere* interea modo. *And.* I. 1. 126. Potius, quam in patria honeſte pauper *vivere*. *And.* IV. 5. 3. Non ſibi ſoli poſtulat te *vivere*, & ſua cauſa excludi caeteros. *Eun.* III. 2. 28. Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technam, quam me *vivere*. *Eun.* IV. 4. 51. Hunccine erat aequum ex illius more, an illum ex hujus *vivere*? *Heaut.* I. 2. 29. Tibi autem porro ut non ſit ſuave *vivere*. *Heaut.* III. 1. 73. Emori cupio. *Ch.* Prius, quaeſo, diſce, quid ſit *vivere*. Modo liceat *vivere*; eſt ſpes. *Heaut.* V. 2. 18. & 28. Vah! *vivere* etiam nunc liber. *Adelph.* III. 3. 91. In qua civitate tandem te arbitrare *vivere*? *Adelph.* IV. 5. 51. Nullam pol credo mulierem me miſeriorem *vivere*. *Hec.* IV. 1. 51. Liberius *vivendi* fuit poteſtas. Prope adeſt, quum alieno more *vivendum* eſt mihi. *And.* I. 1. 25. & 125. Qui ſine hac jurabat ſe unum numquam *victurum* diem. *Adelph.* III. 2. 34. Hocque fit, ubi non vere *vivitur*. *Heaut.* I. 1. 102.

SYNTAXIS. *Si vivo! Libenter vivere cum aliquo. Valere atque vivere. Vivere vitam duram. Vixit, dum vixit, bene. Suo modo vivere. Vivere ſibi. Vivere ex more alterius. Liberius vivere. Vivere alieno more. Vivitur non vere.*

VIVUS, A, UM.

Prudens, ſciens, *vivus*, videnſque pereo. *Eun.* I. 1. 28. Si me *vivum* vis, pater, ignoſce. *Heaut.* V. 5. 7. Illum *vivum*, & ſalvum vellem. *Hec.* III. 5. 14. Hem, tibine haec diutius licere ſperas facere, me *vivo* patre? *Heaut.* I. 1. 51. Hui! dixti pulchre, ſiquidem quiſquam crederet, te *vivo*. *Phorm.* II. 1. 73. Numquam illa *viva* ducturum uxorem domum. *Hec.* I. 1. 5. Fore, ut hac ille *viva* poſſet animum inducere uxorem habere. *Hec.* I. 2. 24.

VIX.

Vix, inquit, drachmis eſt obſonatus decem. *And.* II. 6. 20. Jam ſcio, ah! *vix* tandem ſenſi ſtolidus. *And.* III. 1. 12. Gnatam ut det oro, *vix*que id exoro. *And.* III. 4. 13. *Vix* ſum apud me. *And.* V. 4. 34. Una falſa lachrymula, quam oculos terendo miſere, *vix* vi expreſſerit, reſtinguet. *Eun.* I. 1. 23. Hic ſunt tres minae. *Gn. Vix.* *Eun.* III. 2. 19. *Vix* elocuta eſt hoc, foras ſimul omnes proruunt ſe. *Eun.* III. 5. 51. *Vix* me contineo, quin involem in capillum. *Eun.* V. 2. 20. Aedes noſtrae *vix* capient, ſcio. *Heaut.* II. 3. 13. Syre, *vix* ſuffero. *Heaut.* II. 4. 20. Decem dierum *vix* mihi eſt familia. *Heaut.* V. 1. 36. Tamen *vix* humane patitur. *Adelph.* I. 2. 65. *Vix* ſum compos animi: ita ardeo iracundia. *Adelph.* III. 2. 12. In peccato maxumo, quod *vix* ſedatum ſatis eſt, potaſti, ſcelus! *Adelph.* V. 1. 12. Partim *vix* ſteti. *Hec.* Alt. Prol. 7. *Vix* me illinc abſtraxi, *vix*que huc contuleram; hem! nova res orta eſt. *Hec.* III. 1. 17. & 18. Equidem cupio: & *vix* contineor. *Hec.* IV. 3. 9. Quod ille unciatim *vix* de demenſo ſuo comparſit miſer. *Pherm.* I. 1. 9. O Geta monitor! *Ge. Vix* tandem. *Phorm* II. 1. 4. *Vix* dum dimidium dixeram, intellexerat. *Phorm.* IV. 2. 4.

ULCISCOR.

Ego pol te pro iſtis dictis & factis, ſcelus, *ulciſcar*. *Eun.* V. 4. 20. Satis mihi id habeam ſupplicii, dum illos *ulciſcar* modo. *Adelph.* III. 2. 15. Eſt, ubi vos *ulciſcar* probe. *Pherm.* V. 7. 96. Recte ego mihi vidiſſem, & ſenis eſſem *ultus* iracundiam. *Pherm.* I. 4. 12. Namque hoc tempus, praecavere mihi me, haud te *ulciſci* ſinit. *And.* III. 5. 18. Malo ego, nos proſpicere, quam hunc *ulciſci*, accepta injuria. *Eun.* IV. 6. 24. Injurium autem eſt *ulciſci* adverſarios? *Hec.* I. 1. 15. Tum hunc impuratum poterimus noſtro modo *ulciſci*. *Pherm.* V. 7. 70.

ULCUS.

Quid minus utibile fuit, quam hoc *ulcus* tangere? *Phorm.* IV. 4. 10.

ULLUS, A, UM.

Ei ludo, ſi *ullus* eſt, magiſtram hanc eſſe, ſatis certo ſcio. *Hec.* II. 1. 7. Quae res in ſe neque conſilium, neque modum habet *ullum*. *Eun.* I. 1. 13. Illam ad vos redire ſtudeo, ſi facere poſſim *ullo* modo. *Hec.* II. 2. 24. Tot meas injurias! quae numquam in *ullo* patefecit loco. *Hec.* III. 1. 23. Si *ullo* modo eſt ut poſſit, quod ſpero fore. *Hec.* IV. 4. 102. Nec mora *ulla* eſt, quin eam uxorem ducam. *And.* V. 6. 7. Ut numquam *ulla* amori veſtro incidere poſſit calamitas. *Heaut.* II. 4. 15. Neque illic fabrica *ulla* erat. *Adelph.* IV. 6. 4. Ne *ulla* merito contumelia fieri a vobis poſſet. *Hec.* III. 5. 20. Ne mea praeſentia obſtet, neu cauſa *ulla* reſtet relliqua, quin. *Hec.* IV. 2. 11. Cenſen' *ullum* me verbum potuiſſe proloqui? aut *ullam* cauſam? *And.* I. 5. 21. & 22. Miles, nunc adeo edico tibi, ne vim facias *ullam* in illam. *Eun.* IV. 7. 37. *Ullam*ne ego rem umquam in vita mea volui, quin? *Heaut.* V. 3. 4.

Neque legem putat tenere ſe *ullam*. *Adelph.* I. 2. 6. Neque pretium, neque rem *ullam* interceſſiſſe, illa aut me indignam. *Adelph.* III. 2. 51. Nec moram *ullam*, quin ducat, dari. *Hec.* I. 2. 52. Neque declinatam quidquam ab aliarum ingenio *ullam* reperias? Tuos eſſe ego illi mores morbum magis, quam *ullam* aliam rem, arbitror. *Hec.* II. 1. 3. & 42. Cenſen' te poſſe reperire *ullam* mulierem, quae careat culpa? *Hec.* IV. 4. 40. Nec fas eſſe, *ulla* me voluptate hic frui. *Heaut.* I. 1. 97. Neque lites *ullae* inter eas, poſtulatio numquam. *Hec.* I. 2. 105. Si unquam *ullum* fuit tempus, mater, quum ego voluptati tibi fuerim. *Heaut.* V. 4. 1. Si periculum *ullum* in te ineſt, periiſſe me una haud dubium eſt. *Hec.* III. 1. 46. Nolo tibi *ullum* commodum in me claudier. *And.* III. 3. 41. Nequeo mearum rerum initium *ullum* invenire idoneum. Neque, ut celari poſſet, tempus ſpatium *ullum* dabat. *Hec.* III. 3. 1. & 14.

Ulterior.

Sed eccum ipſum. quis eſt *ulterior*? *Phorm.* IV. 2. 10.

Ultimus, a, um.

Sed quis hic eſt ſenex, quem video in *ultima* platea? *Phorm.* I. 4. 38. Eſt mihi in *ultimis* conclave aedibus quoddam retro. *Heaut.* V. 1. 29.

Ultro.

Hac fama impulſus Chremes, *ultro* ad me venit. *And.* I. 1. 73. Non eam? ne nunc quidem, cum arceſſor *ultro*? Infecta pace *ultro* ad eam venies. Te *ultro* accuſabis: & dabis ei *ultro* ſupplicium. *Eun.* I. 1. 2. 8. 24. & 25. Hiſce ego non paro me, ut rideant; ſed his *ultro* adrideo. *Eun.* II. 2. 19. Quin redeamus: jam haec tibi aderit ſupplicans *ultro*. Novi ingenium mulierum: nolunt, ubi velis: ubi nolis, cupiunt *ultro*. *Eun.* IV. 7. 42. & 43. Monſtrum; etiam *ultro* deriſum advenit. *Eun.* V. 2. 21. Ad matrem virginis venit ipſus *ultro*, lacrumans. *Adelph.* III. 4. 26. Qui ita putant ſibi fieri injuriam, *ultro*, ſi quam fecere ipſi, expoſtulant, & *ultro* accuſant. *Adelph.* IV. 3. 4. & 5. O! audaciam, etiam me *ultro* accuſatum advenit? *Phorm.* II. 3. 13. Etiam argentum eſt *ultro* objectum. *Phorm.* V. 2. 4.

Umquam. *vide*, Unquam.

Una. *Adverb.*

Cum quibus erat cumque *una*, iis ſe dedere. Ita ut fit, filium perduxere illuc, ſecum ut *una* eſſet, meum. Ibi tum filius cum illis, qui amabant Chryſidem, *una* aderat frequens; curabat *una* funus. *And.* I. 1. 36. 54. 80. & 81. Modo introii cum tuo gnato *una*. *And.* V. 2. 10. Atticus quidam olim navi fracta, apud Andrum ejectus eſt, & iſtaec *una* parva virgo. *And.* V. 4. 21. Ego quoque *una* pereo, quod mihi eſt carius. Ducit ſecum *una* virginem dono huic. *And.* II. 1. 5. & 23. Videbit: conloquetur: aderit *una* in unis aedibus. *Eun.* II. 3. 75. Cibum *una* capias, adſis, tangas, ludas. *Eun.* II. 3. 81. *Una* in convivio erat hic, quem dico, Rhodius adoleſcentulus. *Eun.* III. 1. 32. Haud convenit, *una* ire cum amica imperatorem in via. *Eun.* III. 2. 42. Ecquis cum ea *una*? quid habuiſſet, cum perit? *Eun.* III. 3. 16. Rogas? viderem, audirem, eſſem *una*, quacum cupiebam, Antipho. *Eun.* III. 5. 26. Conſilium volo capere *una* tecum. *Eun.* III. 5. 66. Poſt *una* ambo abierunt foras. *Eun.* IV. 4. 35. Nunc ſervolum ad eum in urbem miſit, & ego noſtrum *una* Syrum. *Heaut.* I. 2. 17. Eccum Dromonem cum Syro, *una* adſunt tibi. *Heaut.* II. 2. 12. Praeterea una ancillula erat, ea texebat *una*. *Heaut.* II. 3. 53. De digito annulum detraho: & eum dico, ut *una* cum puella exponeret. *Heaut.* IV. 1. 38. Quid ni? qui uſque *una* adfuerim. *Heaut.* IV. 3. 6. Hem! Clinia haec fieri videbat? *Me.* Quid ni? mecum *una* ſimul. *Heaut.* V. 1. 34. Dicunt malevoli, homines nobiles eum adjutare, adſidueque *una* ſcribere. *Adelph.* Prol. 16. Diſperii! Cteſiphonem audivi filium *una* adfuiſſe in raptione cum Aeſchino. *Adelph.* III. 3. 2. *Una* a pueris parvolis ſumus educati: *una* ſemper militiae, & domi fuimus: paupertatem *una* pertulimus gravem. *Adelph.* III. 4. 48. 49. & 50. Sed quaeſo, ut *una* mecum ad matrem virginis eas, Micio. *Adelph.* IV. 3. 7. Et tu nobiſcum *una*, (ſaltabis) ſi opus ſit. *Adelph.* IV. 7. 35. Iſtam pſaltriam *una* illuc mecum hinc abſtraham. Filium, ſi nolit, cogas, ut cum illa *una* cubet. *Adelph.* V. 3. 57. & 65. Phrygiam ut uxorem meam *una* mecum videam liberam. *Adelph.* V. 9. 16. Ut colloqui mecum *una* poſſet. Quid ais: cum virgine *una* adoleſcens cubuerit plus potus? *Hec.* I. 2. 56. & 63. Itaque *una* inter nos agere aetatem liceat. Qui ſcis, an ea cauſa, mi vir, me odiſſe adſimulaverit, ut cum matre plus *una* eſſet? *Hec.* II. 1. 10. & 39. Eo tecum *una*. *Hec.* II. 2. 31. Quia non poteram *una* omnia. Periiſſe me *una* haud dubium eſt. *Hec.* III. 1. 42. & 46. Callidemidem hoſpitem Myconium, qui mecum *una* advectus eſt, conveni. *Hec.* III. 4. 19. Sed viſne adeſſe me *una*, dum iſtam convenis? *Hec.* IV. 4. 103. Noli metuere: *una* tecum bona, mala, tolerabimus. *Phorm.* III. 3. 23. Eamus ad ipſam: *una* omnes nos aut ſcire, aut neſcire hoc volo. *Phorm.* V. 3. 26.

Syntaxis. *Una eſſe cum aliquo. Una perire. Secum una ducere aliquem. Adeſſe una in unis aedibus. Cibum una capere cum aliquo. Una in convivio eſſe. Una ire cum amica in via. Una cum aliquo conſilium capere. Una cum puella exponere annulum. Una cubare cum puella. Una mecum. Aetatem una inter ſe agere.*

Unciatim.

Quod ille *unciatim* vix de demenſo ſuo, ſuum defrudans genium, comparſit miſer. *Phorm.* I. 1. 9.

Unctus,

 U N U N

Unctus, a, um.

Ten' aſymbolum venire! *unctum*, atque lautum e balneis. *Phorm.* II. 2. 25.

Unde.

Unde id ſcis? *And.* III. 2. 31. Eho, Myſis, puer hic *unde* eſt? Miror, *unde* ſit. *Unde* eſt? dic clare. *And.* IV. 4. 9. 11. & 15. Hem Davum tibi! *Si. Unde* egreditur? *And.* V. 2. 2. Atque in Theſauro ſcripſit, cauſam dicere prius, *unde* petitur aurum, quare ſit ſuum, quam ille, qui petit, *unde* is ſit theſaurus ſibi: aut *unde* in patrium monumentum pervenerit. *Eun.* Prol. 11. 12. & 13. Mercator hoc addebat, e praedonibus, *unde* emerat, ſe audiſſe. *Eun.* I. 2. 35. *Unde* it? *Ch.* Egone? neſcio hercule, neque *unde* eam, neque quorſum eam. Virgo cuja eſt? *Ch.* Neſcio hercle. *Pa. Unde* eſt? *Eun.* II. 3. 13. & 29. Neminemne intervenire mihi, qui me ſequatur: quo pergam, *unde* emergam? *Eun.* III. 5. 7. Iſtam, quam habes, *unde* habes veſtem? *Unde* igitur fratrem meum eſſe ſciebas? *Eun.* IV. 4. 28. & 33. *Unde* ea eſſe cenſes? Perii! *unde* illi ſunt ancillae? *Heaut.* II. 3. 5. & 12. Rogas? fingeret fallacias, *unde* eſſet adoleſcenti, amicae quod daret. *Heaut.* III. 2. 23. Is hic eſt annulus. *Ch. Unde* habes? Neſcio; niſi ut ex ipſa quaeras, *unde* hunc habuerit. *Heaut.* IV. 1. 41. & 45. Garris. *unde*? *Sy.* A tuo patre. *Heaut.* IV. 6. 19. *Unde* mihi peterem cibum. *Heaut.* V. 2. 25. Nam ſi eſſet, *unde* id fieret, faceremus. Eſt, Dîs gratia, & *unde* haec fiant, & adhuc non moleſta ſunt. *Adelph.* I. 2. 26. & 42. Vae miſero mihi! tot res repente circumvallant, *unde* emergi non poteſt. *Adelph.* III. 2. 4. Domi habuit, *unde* diſceret. *Adelph.* III. 3. 59. Atque huic aliquid paululum prae manu dederis, *unde* utatur: reddet tibi cito. *Adelph.* V. 9. 24. Sed videon' ego Philotium? *unde* haec advenit? *Hec.* I. 2. 6. Magnum neſcio quid neceſſe eſt eveniſſe, *unde* ira inter eas interceſſit. *Hec.* III. 1. 25. Quae (res) inter vos intervenit, *unde* ortum eſt initium irae. *Hec.* III. 2. 16. Nequeo mearum rerum initium ullum invenire idoneum, *unde* exordiar narrare. *Hec.* III. 3. 2. Quid exanimatus es, obſecro? aut *unde* annulum iſtum nactus? Eum haec cognovit Myrrhina in digito modo me habentem. rogat, *unde* ſit? *Hec.* V. 3. 27. & 33. Aliis aliunde eſt periclum, *unde* aliquid abradi poteſt. *Phorm.* II. 2. 19. Ita, proximo quidem: at nos *unde*? aut quamobrem? *Phorm.* II. 3. 71. Quid faciam? *unde* ego nunc tam ſubito huic argentum inveniam miſer? Invenias argentum. *Ge.* Cupio: ſed id *unde*, edoce. *Phorm* III. 3. 1. & 7. Pol me detinuit morbus. *De. Unde*? aut qui? Quo pacto, aut *unde* mihi ſit, dicendum ordine eſt. *Phorm.* IV. 1. 8. & 14. Petam hinc, *unde* a primo inſtitui. is ſi dat, ſat eſt. *Phorm.* IV. 2. 14. Quo conſilia haec referam? aut *unde* mihi auxilium petam? Eho! dic mihi, quid rei tibi eſt cum familia hac, *unde* exis? *Phorm.* V. 1. 2. & 21. Quo pacto, aut *unde* haec hic reſcivit? Quum e medio exceſſit, *unde* haec ſuſcepta eſt tibi. *Phorm.* V. 7. 59. & 74. Vinolentus mulierculam eam compreſſit, *unde* haec nata eſt. *Phorm.* V. 8. 29.

Unguentum.

Obſonat? potat? olet *unguenta*? de meo. *Adelph.* I. 2. 37.

Unguis.

Qui nunc ſi detur mihi, ut ego *unguibus* facile illi in oculos involem venefico! *Eun.* IV. 3. 6.

Unicus, a, um.

Huic jam manſiſſet *unicus* gnatus domi. *Heaut.* III. 2. 29. Filium *unicum* adoleſcentulum habeo. Sed gnatum *unicum*, eum ego hinc ejeci miſerum injuſtitia mea. *Heaut.* I. 1. 41. & 79. Seſe ſenem eſſe, dicere: illum autem (filium) *unicum*. *Hec.* I. 2. 43. Ultro ad me venit, *unicam* gnatam ſuam cum dote ſumma filio uxorem ut daret. *And.* I. 1. 73. Per te Deos oro, perque *unicam* gnatam tuam, & gnatum meum. *And.* III. 3. 8. Quaeſo, quid ſi filiam ſuam *unicam* locaret? *Phorm.* IV. 3. 41.

Universus, a, um.

Quum illis placet, qui vobis *univerſis* & populo placent. *Adelph.* Prol. 19. Hui! *univerſum* triduum? vide, quid agas. *Eun.* II. 1. 18. Quod ille unciatim comparſit miſer, id illa *univerſum* abripiet. *Phorm.* I. 1. 11.

Uniusmodi.

Parentum injuriae *uniuſmodi* ſunt ferme. *Heaut.* I. 2. 31.

Unquam.

Cavit, ne *unquam* infamiae ea res ſibi eſſet. *And.* II. 6. 13. Nec quis eſſet, *unquam* audieram dicier. *Eun.* IV. 4. 32. Unam hanc noxiam mitte: ſi aliam admiſero *unquam*, occidito. *Eun.* V. 2. 14. Quis homo pro moecho *unquam* vidit in domo meretricia prehendi quemquam? *Eun.* V. 5. 18. Neque agri, neque urbis odium me *unquam* percipit. *Eun.* V. 6. 2. Miles, edico tibi, ſi te in platea offendero hac poſt *unquam*, periiſti! *Eun.* V. 9. 34. Mihi ſi *unquam* filius erit, nae, ille facili me utetur patre. *Heaut.* II. 1. 5. Neque potuiſſe *unquam* ab hac me expellere. *Heaut.* II. 3. 20. Numquam commodius *unquam* herum audivi loqui. *Heaut.* III. 2. 48. Ullamne ego rem *unquam* in vita mea volui, quin? *Heaut.* V. 3. 4. Si *unquam* ullum fuit tempus, mater, quum. Cave poſthac, ſi me amas, *unquam* iſtuc verbum ex te audiam. *Heaut.* V. 4. 1. & 8. Non committet hodie *unquam*, iterum ut vapulet. Neque tu verbis ſolves *unquam*, quod mihi re maleſeceris. *Adelph.* II. 1. 5. & 10. Nemini ego plura acerba eſſe credo ex amore homini *unquam* oblata, quam mihi. *Hec.* III. 1. 1. Si *unquam* erga te animo eſſe amico ſenſiſti eam, mi Pamphile. *Hec.* III. 3. 29. Voviſſe hunc dicam, ſi ſalvos

domum rediſſet *unquam*. *Hec.* III. 4. 21. Si utrumvis horum, mulier, *unquam* tibi viſus forem. *Hec.* IV. 1. 10. Neque fuiſſe praegnantem *unquam* ante hunc ſcivi diem. *Hec.* IV. 4. 19. Equidem plus hodie boni feci imprudens, quam ſciens ante hunc diem *unquam*. *Hec.* V. 4. 40. En *unquam* cuiquam contumelioſius audiitis factam injuriam, quam? *Phorm.* II. 3. 1. Nec cum hujuſmodi *unquam* uſus venit, ut conflictares malo. *Phorm.* III. 2. 20. Neque adeo defetiſcar *unquam* experirier, donec. *Phorm.* IV. 1. 23. Vinolentus mulierculam eam compreſſit: neque poſtilla *unquam* attigit. *Phorm.* V. 8. 29.

UNUMQUODQUE.

Jam adibo, atque *unumquodque*, quod quidem erit belliſſimum, carpam. *Adelph.* IV. 2. 51.

UNUS, A, UM.

Sed poſtquam amans acceſſit, pretium pollicens, *unus*, & item alter. *And.* I. 1. 50. At mihi *unus* ſcrupulus etiam reſtat, qui me male habet. *And.* V. 4. 37. Illi invidere miſere. verum *unus* tamen impenſe. *Eun.* III. 1. 22. *Unus* eſt dies, dum argentum eripio. pax! nihil amplius *Heaut.* IV. 3. 39. Ut *unus* hominum homo te vivat nuſquam quiſquam blandior. *Hec.* V. 4. 21. An fortunam collaudem, quae gubernatrix fuit; quae tot res, tantas, tam opportune in *unum* concluſit diem? *Eun.* V. 9. 17. Hem! tot mea ſolius ſolliciti ſint cauſa, ut me *unum* expleant? *Heaut.* I. 1. 77. Magis *unum* etiam inſtare, ut hodie conficerentur nuptiae. *Heaut.* V. 1. 22. *Unum* (filium) vis curem, curo. *Adelph.* I. 2. 58. Numquam *unum* intermittit diem, quin ſemper veniat. *Adelph.* III. 1. 6. Qui ſine hac jurabat, ſe *unum* numquam victurum diem. *Adelph.* III. 2. 34. Illum curo *unum*: ille ad me attinet. *Adelph.* III. 3. 82. Omnes congruunt: *unum* cognoris, omnes noris. Egon' illam cum illo ut patiar nuptum *unum* diem? *Phorm.* II. 1. 35. & 74. Ego cum illo, quocum tum *uno* rem habebam hoſpite, abii huc. Quia neque tu *uno* eras contenta, neque ſolus dedit. *Eun.* I. 2. 39. & 42. Qui mihi nunc *uno* digitulo fores aperis fortunatus. *Eun.* II. 2. 53. Atqui ſi illam digito attigerit *uno*, oculi illico effodientur. *Eun.* IV. 6. 2. Vobis cum *uno* ſemel ubi aetatem agere decretum eſt viro. *Heaut.* II. 4. 12. Itaque adeo *uno* animo omnes ſocrus oderunt nurus. *Hec.* II. 1. 4. Propter egeſtatem, proximo juſſa eſt dari, ut cum *uno* aetatem degeret? *Phorm.* II. 3. 70. Cujus nunc miſerae ſpes opeſque ſunt in te *uno* omnes ſitae. *Phorm.* III. 1. 6. An quia, quos fallam, pro *uno* duo ſunt mihi dari? *Phorm.* IV. 2. 12. Mitte orare: *una* harum quaevis cauſa me, ut faciam, monet. *And.* V. 4. 1. Haec verba, *una* mehercle falſa lachrymula reſtinguet. *Eun.* I. 1. 22. *Una* haec ſpes eſt, ubi ubi eſt, diu celari non poteſt. *Eun.* II. 3. 4. Venit *una*, (ancilla) heus tu, inquit, Dore. *Eun.* III. 5. 46. *Una* eſt domus. *Eun.* V. 9. 8. Praeterea *una* ancillula erat, ea texebat una. An ea quoque dicetur hujus, ſi *una* haec dedecori eſt parum? *Heaut.* II. 3. 52. & 93. Atque haec *una* nox. *Heaut.* III. 1. 52. Eho! quaeſo, *una* accedundi via eſt? *Heaut.* III. 3. 22. *Una* illarum interea propere praecucurrit. *Hec.* III. 3. 11. Nunc *una* mihi res etiam reſtat, quae eſt conficiunda. *Phorm.* V. 5. 3. *Una* injuria eſt tecum. altera eſt tecum. *Phorm.* V. 7. 90. Interea inter mulieres, quae ibi aderant, forte *unam* adſpicio adoleſcentulam, forma! *And.* I. 1. 91. *Unam* hanc noxiam mitte. *Eun.* V. 2. 13. Ei *unam* coenam, atque ejus comitibus dedi. *Heaut.* III. 1. 46. *Unam* hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbitror. *Adelph.* II. 3. 5. *Unam* fac domum. *Adelph.* V. 7. 11. Ego vero jubeo, quam maxume *unam* facere nos hanc familiam. *Adelph.* V. 8. 3. Alias ut omittam miſerias, *unam* hanc vide. *Hec.* III. 4. 6. Per ejus *unam*, ut audio, aut vivam, aut moriar ſententiam. *Phorm.* III. 1. 19. Si tum non dedero, *unam* praeterea horam ne oppertus ſies. *Phorm.* III. 2. 29 Quid! duaſne is uxores habet? *So.* Au! obſecro: *unam* ille quidem hanc ſolam. *Phorm.* V. 1. 27. Inde filiam ſuſcepit jam *unam*, dum tu dormis. Filius, homo adoleſcens, ſi habet *unam* amicam, tu uxores duas? *Phorm.* V. 8. 18. & 52. Viden' tu ancillas, aurum, veſtem? quam ego cum *una* ancillula hic reliqui. *Heaut.* II. 3. 11. Pro Divûm fidem! meretrix & materfamilias *una* in domo? *Adelph.* IV. 7. 29. Tum tu igitur nihil adtuliſti huc plus *una* ſententia? *Hec.* III. 5. 12. Quam fortunatus caeteris ſum rebus, abſque *una* hac foret. *Hec.* IV. 2. 25. Refererque gratiam ei, *una*que nos ſibi opera amicos junget. *Hec.* V. 2, 32. Si advigilaveris, ex *unis* geminas mihi conficies nuptias. *And.* IV. 1. 51. Conloquetur: aderit una in *unis* aedibus. *Eun.* II. 3. 75. Fortaſſe *unum* aliquod verbum inter eas iram hanc conciverit. *Hec.* III. 1. 33. Hoc mihi *unum* relliquum fuerat malum, ſi. *Hec.* IV. 1. 55. Palam beatus: ni *unum* hoc deſit. *Phorm.* I. 3. 18. *Unum* hoc ſcio, hanc meritam eſſe, ut memor eſſes ſui. Verbum *unum* cave de nuptiis. *And.* I. 5. 46. & 65. Crede, numquam hodie tecum commutaturum patrem *unum* eſſe verbum, ſi. *And.* II. 4. 8. Hoc ego ſcio *unum*, neminem peperiſſe hic. *And.* III. 2. 26. Verbum ſi mihi *unum*, praeterquam quod te rogo, faxis, cave. *And.* IV. 4. 14. *Unum* hoc ſcito: contumeliae non me feciſſe cauſa, ſed amoris. *Eun.* V. 2. 38. *Unum* etiam hoc vos oro, ut. *Eun.* V. 9. 54. Jam ſi verbum *unum* poſthac. *Adelph.* I. 2. 55. Labaſcit. *unum* hoc habeo: vide, ſi ſatis placet. *Adelph.* II. 2. 31.

Solum

Digitized by Google

